JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.



John Carter Brown
Library
Brown University

[11096]
crb



AD MORTALIVM OBLECTATIO
NEM. AVCTORIS EFFIGIEM.
HVIC. DIVINO OPERI: STE
PHANVS BASIGNANAS
GORGONIVS: CAR
MELITA: THEO
LOGVS: PO
NENDAM
CVRA
VIT.

¶ CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
APOSTOLICO. ET VICTORIO
SISSIMI FRANCISCI
FRANCORVM.
REGIS.

VLTIMA PARS OPERIS.

TABVLA HVIVS OPERIS ET. PRIMO.

F aſtorum Libri Duodecim
Blaſius Libri Duo.
N icolaus Tolentinus. Libri tres.
B ellum Venetum. Liber vnus.
I nterpretatio prodigij.
E xhortatio ad Inſubres.
D e Cupidine marmoreo ad Heliſabellam. Marchioniſſam. Mantue Silmula.
E legia de Ieiunio quadrageſimali.
D e Cornigero Carmen Iocoſum.
A d Iulium. ij. Pontificem Maximũ
Varia Epigrammata,
D e dedicatione poematum Nicolai Corregij.
A d Illuſtriſſi. Heliſabellam Mantue Marchio.
S upplicatio ad Beatiſſimam virginem.
A d Herculem Cantelmum.
E pithoma vite Auctoris.
E x tragedia que dicitur Atila. Chorus Primus.
E iuſdem ex eadem tragedia alter. Chorus.
A gelariorum Libri Sex.
P robe Centone Carmen diuinum Aditum.

Q uintiani Carmen.

ETbnica cũ caderēt prĩos Celebrata ꝑ annos
F eſta:ferunt menſes Solicitaſſe Iouem
A n fas noſtra Cedant dirruptis noīa faſtis
Q uæ poſuit doctis Naſo voluminibus
T um deus aeternis do nomina veſtra diebus
Q uilibet vt proprio.nomine menſis eat
N oſtra cadent pia feſta:quibus meliora fugatis
S uccedent:Longis Cognita temporibus
H oc Baptiſta dabit:Quem mantua gignet.In huius
C armine:erunt mores in noua feſta noui
L aurigeras veluti rapuit Sibi mantua frondes
H ec adimet noſtris Miſtica numinibus.

¶ Bernar.Matij.Verceleñ.Carmen.

IMpia Suſtulerat pius oīa ſanguine Chriſtus
F eſta:quibus luſit ſecula priſca Iouis
V ana ſuperſtitio Iani ceſſerat & bona toto
R elligio verum ſparſerat orbe deum
P riſcorum tantum faſtorum nomina vt artes
I ngenij ſtabant:Hic tamen vſus erat.
A c veluti Cineres tuto haud Calcantur in vſti
E t ſepe excerpit Sautia virgo roſas
S ic quoq; dum prebes picte tectoria lingue
N aſo animi poterunt impietate capi
A t pater omnipotens tandem vt cumulatior eſſet
V era Salus:nobis prebet & elloquium
E cce fluens omni modulamine:Se quoq; vincens
N aſo alter faſtos dultius ore ſonat
A t tamen hic noſter tanto preſtantior extat
Q uanto alios cultus vicerit alma fides

¶ F.BAPTISTAE.MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI PRAEFATIO IN LIBRVM DE SACRIS DIEBVS/AD LEONEM DECIMVM PONTIFICEM MAXI.

RElligioſa dies redigens in carmina ſacros
Lectorē moneo: Si quis tamen iſtius vnꝗ̄
Libri lector erit/ne forte volumine in iſto
Numina falſa/lares ſtygios/infamia ſacra
Quærat/& ambages/deliramentaq́ Vatū.
Iupiter hic nullus/nulla eſt Saturnia Iuno/
Nulla Venus: non ſtupra leges immunda Deorum:
Non habet hic Europa locum/non filia Solis/
Non Helenæ mater/nec Auerni principis vxor
Hic habitant. Liber iſte docet quo tramite ad aſtra
Peruenere illi Heroes/quibus annuit arcem
Aetheream Pater omnipotens: Quorum annua feſta
Terrigenæ accenſis faciunt ſolenniter aris.
Nec tamen hoc omnis fas eſt includere Diuos
Carmine/cum numero careant: inſignia vulgo
Feſta magis/magis illuſtres hæc pagina ſanctos
Continet: & Regis diuum qui ſæcula fecit
Vltima/depulſis laribus celeberrima facta.
Ergo mihi nec vis/nec mens eſt omnia fandi:
Multaq́ venturis poſt me dicenda relinquo.
Adde ꝙ ætherei Ciues augentur in horas/
Et ſi forte velis omnes celebrare/futurum eſt
Totus vt in cultu Diuum pertranſeat annus:
Quo fit vt iſte labor ſcribendi extendere ſeſe

Poſſit in excreſcens vllo ſine fine volumen.
Hanc igitur nobis ſatis eſt abſoluere partem.
At quia conſuerunt nobis illudere paſſim
Iſacidæ Cœlo inuiſi reſecabimus iſto
Illorum figmenta loco. Solennia quando
Nos celebrare vident/feſtiſq; inſtare diebus/
Audent ſubſannare/rati nos debita ſoli
Sacra Deo libare homini/qui maximus eſſet
Error, & impietas totum damnanda per orbem.
Talia baubantes dictis explodimus iſtis.
Omne bonum ſublime iubet natura quibuſdam
Inſignire modis/certoq; extollere cultu.
Primus honor ſacrum eſt/prima excellentia qua non
Eſſe poteſt maior/patris excellentia ſummi eſt:
Ergo hic eius honor quo teſtificamur ab ipſo
Quod ſumus eſſe Deo/quod viuimus/atq; mouemur:
Ipſe opifex: nos eius opus: pro talibus ergo/
Offerimus meritis illi libamina ſoli.
Alter honor ſunt Pyramides/altaria/templa/
Hymniſonæ laudes. iſtum perſoluere Diuis
Cogimur/illorum mirati ingentia corda/
Magnificamq; fidem/debellatoſq; Tyrannos.
Talis honor Diuis etiam ſine corpore natis/
Qui lemures auſos regem detrudere olympo/
More giganteo ſtygias egere ſub vmbras
Redditur: ipſa Deo perſoluimus orgia ſoli.
lissa. Miſſa vocant noſtri: vox eſt hebrea tributum
Significans: ipſum ſacrorum in fine Sacerdos
Nominat/& populum ſacro iubet ire peracto.
Et quia Diuorum damnant ſimulacbra/loquendum
Et ſuper hoc aliquid. Moſes cum regna videret
Omnia ſacrilego Ditis putreſcere cultu/

Ne ſua plæbs quæ tunc erat imbecilla rudiſq;
Declinaret ad hunc morem vanum/atq; pudendum:
Nam nec adhuc erat improbitas patefacta Deorum/
Damnauit ſtatuas/picturæ/& marmoris vſum
Suſtulit e templis: & multicoloria ſigna.
Nunc autem poſtꝗ penitus natura Satanum
Cognita, & antiqua ſine maieſtate relicta eſt/
Nulla ferunt nobis ſtatuæ diſcrimina/nullos
Fert pictura dolos: iam ſunt innoxia ſigna:
Sunt modo virtutum teſtes/monimentaq; laudum
Marmora/& æternæ decora immortalia famæ.
Roma triumphales etiam modo ſuſpicit arcus/
In quibus apparet probitas antiqua virorum.
Sic colitur virtus: honor hic eſt debitus illi.
At quoniam genus hebreum memorabile ſolis
Cladibus/& lucris damnatum infamibus omni
Laude caret/titulos odit/monimentaq; damnat.
Id nec omittendum ꝙ dijs regnantibus olim
Moris erat faſtis ius exercere diebus:
Quodq; dies Iuris vacuos dixere nefaſtos:
Nos vero ad ritus alios tradduximus annum:
Priſcaq; nominibus ceſſere vocabula noſtris.
Nam dicenda dies veniunt ad iura profeſti
Sacra damus feſtis: fora iudicialia ponunt
Murmura/& occluſis foribus trahit ocia Prætor.
Tunc nos templa vocant/tunc indulgere Tonanti
Tempus/& ingenium ſacris impendere rebus.
Hoc igitur Diuis mare perſuadentibus intrat
Noſtra ratis/date felices ad veſtra volanti
Littora/per ſcopulos & per vada cerula curſus
Cœlicolæ magni: Nec nos dum quærimus aſtra
Ire ſub infernæ ſtygis antra obſcura ſinatis.

DE HEBDOMADIBVS ET DIEBVS.

E d tamē hebdomadas breuiter tractare dieſq́;
S A nte opus eſt/q̄ feſta manus ad ſingula vertā
C æſar vt in menſes diuiſit Iulius annos/
O rdine ſic alio partitus tempora Chriſtus
T raxit in hebdomadas menſes. habet hebdomadas autē
V na dies ſeptem: Tamen obſeruantia venit
T alis ab hebreis: quibus hoc quoq; tempore ſemper
S eptima lux eſt ſacra Deo: nam dicitur olim
S ex opus hoc tantum Deus abſoluiſſe diebus.
S eptima lux expers operis fuit/atq; recepit
A requie nomen/ſed nos titana ſequentem
T radidimus Chriſto: quia tunc rediuiuus ab orco
V enit agens longo ſquallentem carcere turbam.
O gdoas hinc oritur: nam lux octaua recepit
S eptima quem longo cultum perceperat æuo.
P rima dies Diuini operis qua condita lux eſt/
E ſt ea qua Chriſtus victo ſurrexit Auerno/
E t tulit in lucem fuerant qui in nocte ſepulti
T enaria antiquos manes. tunc fulſit in omnes
L ux animas/priſcæ legis quæ ſolueret omne
C redentum de mente Chaos/quæ oſtenderet orbem
A ethereum/populis vbi læta fidelibus arua.
S ic antiqua nouis cædunt/ ſic priſca faceſſunt
S abbata: cunctaq; nouo fiunt noua ſæcula ritu.
A t veluti redeunt conuerſo ſabbata gyro/
S ic domino ſacrata dies ſine fine recurrit
S emper: vt hebdomadis curſus compleuerit orbem
R urſus init dictam Domini de nomine lucem.
N oſtra Deo primam lucem/Iudea ſupremam
H ebdomadas impartit quia prima & maxima noſtris
C ura Dei: hebreis vel nulla vel vltima ſemper:

DE NOMINIBVS DIERVM

VT meus euadat labor hic felicior/addam
Hic obiter/quæ ſit nomēclatura dierum.
Et ſi forſan in his rudis illepiduſq̄ videbor/
Da veniam quicunq̄ legis:res ipſa leporis
Impatiens/negat ornari/contenta doceri.
Prima dies ergo geniti celeberrima mundi
A domino cognomen habet/quia morte perempta
Ipſa reſurgentem vidit de funere Chriſtum.
Conſtantinus enim(tam relligioſa ferebat
Corda)diem tali decorauit nomine ſanctam/
Quinq̄ dies alij q̄ꝑ q̄ꝑ ceſſare labores
Non faciant nomen tenuere quietis & oci.
Nam q̄uis operum ſudent ſub mole/ vocantur
Feriæ:& ipſarum numeris oſtenditur ordo
Forſan/id eſt cunctis nomen commune diebus/
Quod nobis ſit iuge ſacrum velut eſſe ſolebat
Hebreis:feſtiq̄ aliquid ſibi vendicet vna
Quæq̄ dies,dum depoſitis ad templa fideles
Aſſidue veniunt operis vitalia liba
Viſuri:& calices iunctis ad pectora palmis.
Quod ſi nunc mos iſte manet/quid tempore priſco
Cum pietas noua florebat/quid credimus actum
A patribus qui corda fide inflammata ferebant?
Ergo dies veluti quaſdam quibus ibat ad aras
Victima/ſignarunt tali cognomine gentes
Sic noſtri/quia quottidie libare ſolebant
Omnibus hunc patres titulum fecere diebus.
Septima ab hebreis ſabbat:a gente latina Sabbat.
Appellata quies:Ideo ꝙ vt ante relatum eſt
Omnipotens facto genitor requieuerit orbe.
Hæc quoq̄ ſaturni poſſet cognomina ferre/

Prima ꝙ ipſius(ſtellis ſi credimus) hora
Dicitur Erronis primi/ cui nomen in oris
Auſoniæ ſaturnus erat/mandata ſubire.
Altera lux nomen cauſa Titanis eadem
Induit:inſtabilis Lunæ lux tertia: Martis
Quarta:Dei pedibus qui fert talaria/quinta:
Sexta Iouis:poſtrema Deæ quæ nata profundo eſt.
Sic igitur primæ partis dominator in ipſam
Nomina tranſfundit lucem quæ ſolis ab ortu
Surgit:& it ſolis rurſum redeuntis ad ortum.
Hæc vti nota magis tibi ſint ſtudioſius audi.
Illius.Erronis lucem qui nominat/horam
Eſſe memor primam/da ſuccendentibus aſtris
Ordine quem retinent orbes vbi ſidera fulgent
Quæ ſuperant horas:neu decipiare caueto.
Nec ſemel id feciſſe ſat eſt/quoniam vaga non ſunt
Sidera tot/quot lux horas habet vna:reuertens
Sæpius hoc facito/donec perueneris horam
Lucis ad extremam:mox ad primordia ſolis
Alterius tranſi:ſtellam migraſſe ſequentem
Inuenies illuc:primoq̈ʒ in limine fixam.
Lex agit iſta dies:ſtellis errantibus ordo
Eſt alius:Saturnus enim concedit in alto
Aethere ſtellati propter confinia mundi.
Iupiter accepit ſedem ſub patre ſecundam.
Sub Ioue Mars:ſub Marte diem qui ducit Appollo.
Quinta Venus:Sextum retinet Cilenius orbem.
Vltima veolci curſu vaga Cynthia/vultu
Inſtabili ſemper/ſine nubis imagine nunq̄
Significat quæ ſit rebus natura caducis:
Taliaq̈ʒ a noſtro traxit contagia mundo.
Hinc fit vt Errones imitari muſica credas

C um ſubito ſaliunt in quartam Carmina vocem.
A b ioue nanq; Venus quarta eſt ſi ſidera cernas:
C erne dies facto iungunt confinia ſaltu
L ux & enim Veneris Iouis eſt contermina luci
N ec graue ſit veterum nobis audire Deorum
N omina, quæ ſtellis/quæ ſunt conceſſa diebus:
V t Iouis & martis: nam poſtq̃ facta bonarum
N omina ſunt rerum vim depoſuere nocendi.
V t Nepa ſi cupis caudæ reſecetur aduncæ.

QVEDAM DE NATVRA SOLEENNIO.

I c etiam memorare decet ſolẽnia quædam
H O fficio laudum quas decantare miniſtri
S acrorum aſſidue/tacitiſue recurrere verbis
S unt ſoliti/prorſus ſe ſe contenta fateri:
Q uædam aliud poſcunt/operam ceſſare per vrbes
E t per rura volunt ſtudijs inimica profanis.
S unt quædam ex iſtis ſua quæ protendere in octo
V ſq; dies faciant laudum preconia/ q̃q̃
P ublica non faciant ceſſare negotia tantum.
H orum etiam ſunt quæ ſolum noctemq; diemq;
E xpertes operum reddant: nec tendere curent
V lterius: ſunt quæ noſtros ceſſare labores
P luribus/& Genium iubeant regnare diebus:
E x bis prima damus nato ſine patre Tonanti/
C ui ſtepbanus/cui coniungit ſua feſta Iobannes/
F uneraq; infantes pluſq̃ crudelia paſſi.
H ic etiam monuiſſe decet primordia feſtum
S umere ab occaſu ſolis/quando Heſperus exit:
E t cum ſole iterum tenebris occumbere obortis.
N anq; dies feſtos vna incobat/altera finit
V eſpera: ſed vento tempus dare vela ſecundo:
E t celeri curſu per ſingula feſta volandum:

DE CIRCVMCISIONE.

CHriſtigenæ regale genus/regalia feſta
Aduenere/togas opus eſt proferre nitentes:
Atq; ſimul pompis ad templa frequentib⁹ ire:
Exornate lares:longo torrete ſuilla
Exta veru:genio licet indulgere/propinquis
Mittite dona:inopes/vt eam communia totum
Gaudia per vulgus/menſis paſcantur opimis:
Vos locuplex aperite penu / quibus horrea plena/
Aere graues loculi/varia quibus alite chortes
Mane fremunt/quibus in ſtabulis armenta gregeſq;:
Huc conferte dapes:quicquid dederitis egeno
Fœnore centuplici reddet Deus.Ecce per agros
Quanta ſeges:dum tu dormis tibi terra laborat/
Et Deus infundit campis per ſidera tanq̃
Per ſpeculas quaſdam Cœli de limine fruges.
Prima dies noſtri(ſaluete) renaſcitur anni/
Quæ tamen eſt octaua Diei lactentis ab ortu/
Cum pluit infantis primum genitale cruorem
More ſuæ gentis/quæ circuncidere natos/
Et nudare ſolet teneram velamine glandem.
Nam Deus hebræam cupiens diſtinguere gentem/
Gentibus a reliquis primorem ſeminis eius
Compulit Abramum ſaxo precidere acuto/
Vt lex priſca docet,ſupremi colis amictum.
Hoc inſigne tulit Pater:hæc inſignia Natis
Traddidit:& docuit ſic inſignire nepotes.
Tum quoq; Iudea veniens ab origine Ieſu
Nomen adoratu dignum/venerabile ſanctum
Diuinæ impoſitum ſoboli.ſotera per vrbes
Significat graias/Itali dixere ſalutem/

Siue ſalutiferum/quæ congrua nomina magno
Vltima ſaluatum venit qui ſæcula Chriſto.
Prima dies Iani tanto ſplendore coruſcat.
Ianus enim primo feciſſe vocabula menſi
Dicitur a priſcis: ſed qua de gente vel vnde
Venerit/hoc noſtro nondum cognoſcitur æuo.
Propterea ſuper hoc aliquid memorabile fandum.
Ianus hic vt perhibent clara de ſtirpe gigantum
Maximus ille fuit Noe/qui ſæcula Pirrhæ
Deucalioneos fluctus preceſſit/ & vndas
Ogygias: Tantum nobis antiquior ille eſt.
Iſte igitur quando terras abſorbuit ingens
Alluuies/monitu Diuum recluſus in alto
Nauigio/cum prole ſua ſe credidit Auſtro.
Aſt vbi iam poſito tumidum mare concidit æſtu
Suppleuit genus humanum/miſſiſq; colonis
Ad triplicis mundi fines extremaq; regna/
Per mare Tyrrhenum vectus tyberina petiuit
Hoſtia/& aſcendens vbi nunc eſt Roma/ locauit
Thybridis ad ripas etruſco in colle penates.
Et poſt fata ſui collem menſemq; reliquit
Nominis hæredes/quod non abolebitur vnq̃.
Ianus ei cognomen erat de nomine tractum
Aſſirio Iain/Vinum dixere latini:
Ipſe & enim primus vitis viniq; repertor
Fertur: & id talis nomẽclatura docebat.
Sed Iainum primi qui rectius illa ſonabant
Nomina dixerunt: mox littera tertia priſco
Pulſa loco fecit fraudato nomine Ianum.
Fingitur eſſe biceps/quoniam duo ſæcula vidit/
Vnum quod pluuijs auctum mare ſuſtulit: Vnum
Quod ſucceſſit aquis: & ab hac propagine fluxit.

Janus.

Jain. i. vi[num]

Jan[us] bicep[s]

H is quæ de Iano canimus facit inclyta magnam
F ama fidem. memorant etenim ſub principe Iano
A equorea primum ſignata numiſmata puppi:
I ſta fuit puppis/ quæ de fatalibus vndis
E ripuit terreſtre genus/ ſobolemq́ volantum.
S ed falluntur in his/ quia non nouere parentum
P rimorum annales Danai vetereſq́ Latini.
S ancte ſenex igitur nobis feliciter annos
E xordire. Puer ſupremi conditor æui
E ſto tuæ genti/ noſtroq́ ſalutifer æuo:

DE SANCTO BASILIO.

H

A ec eadẽ ſacrata dies tibi magne Baſili/
A tq́ tuum primæ celebrant natale Calendæ
S ed quia cædendum Dñis maioribus/ illinc
T e trahis & transfers in idonea tempora/ iuxta
D iuerſos hominum mores/ vſumq́ locorum.
I n tua decurrit gratum ſapientia fluxu
C orda redundanti/ ſicut decurrere noſtrum
I n mare conſueuit magnis Atlanticus vndis
O ceanus: ſeſeq́ amplum diffudit in equor.
N ec fuit ambarum diuina ſcientia legum
I n te larga minus/ nec graiæ copia linguæ
P auperior: Tua relligio quaſi vinea denſis
P almitibus fruticans longe lateq́ per orbem,
E ſt vulgata: latens in Cæſarienſibus agris
T rans Phryges & Galatas/ & trans bebrycia regna
H eſperiæ populis procul apparebat & Indis.
R umor hic a libycis traxit regionibus Efren
I nſignem probitate virum. Deſerta reliquit/
I n quibus a teneris æuum tranſegerat annis/

Ad ſpectanda tuæ venit miracula vitæ
Iam Senior: tecūq; loquens exire videbat
Ex labris accenſa tuis atq; ignea verba
Iſte domimotus laudum rumore tuarum
Orauit per ſignum aliquod ſe illuſtre doceri
Quantus apud ſuperos eſſes/cui nomem apud nos
Tantum fama dabat paſſim: viditq; Columnæ
In ſpeciem/dum nox claris incederet aſtris
Ingentem flammam ad Cœlum caput vſq; ferentem:
Et ſimul audiuit vocem/quæ a ſidere labi
Viſa per aurarum tractus/verba iſta ſonantem:
Talis apud ſuperos virtus ac tanta Baſili eſt:
Hereticis.ac precipue quos fecerat impos
Cordis & obſcuræ mentis torpedine captus
Arrius impugnator atrox/ac Melleus ingens
Semper erat. Iuuenem qui Cæco illuſus amore
Traddiderat ſeſe Plutoni/ & ſanguine demens/
Ipſe ſuo ſeruum ſtygio ſe ſcripſerat orco
Aſſeruit/populo inſolitum ſpectante duellum.
Nam pater hinc prehenſo Iuuenem rhenone trahebat/
Inde lemur: longo tandem certamine victus/
Cum ſtridore graui fugit per nubila Dæmon.
Sæpe Valens qui tunc extinctis fratribus omne
Romanum ſine Conſortis formidine agebat
Imperium/dum vult hominem proſcribere fractis
Eluſus calamis tandem crudele reliquit
Officium/cum niti odio ſe vidit inani.
Vita viro cum mox eſſet moriturus/ in vnam
Eſt producta diem/quo natum ſemine gentis
Hebraicæ medicum ſacra perfunderet vnda/
Ipſe ſuis manibus: dictu mirabile/poſtq̃
Huic ſatis officio factum/diſceſſit in auras

S piritus: & clauſo requierunt viſcera ſenſu:
C æſareæ paſtor ſanctiſſime porrige dextram
H is animæ clauſæ in tenebris/ & carcere cæco:
E t veluti quondam nurui peccata remiſit
T e impetrante Deus/ ſic te impetrante dolores
A uferat & noſtros/ & noſtra piacula ſoluat:

DE DVOBVS MACARIIS,

M A carios (vt fama) duos ægyptia tellus
P rogenuit vita inſignes ac nomine claros.
D ijs ſtigijs ambo infeſti / veterumq́ Deorum
C oniurati hoſtes. Primus ſitæa per arua
V ixit: & inuento vacuos dum permeat agros
V erticis humani Craneo veſtigia fixit/
A tq́ ait. o quiſquis caput iſtud inane ferebas
T empore mortalis vitæ/ per maxima patris/
P er Nati/ & Flatus ſancti te Numina iuro/
Q uæ fuerit tua ſors doceas dum vita manebat/
Q uæ modo ſit/ quando es membris & corpore functus
I lla nihil conctata ſonos erupit in iſtos.
C enturio romanus eram Ioue principe: Nunc me
O rcus habet/ tantum penetrans in viſcera terræ/
A ethereis q̃tum tellus diſcedit ab aſtris:
S ub nobis genus hebreum eſt: Gens infima vero
C hriſtigenæ/ mores qui non tenuere parentum.
V mbra viro tales dedit adiurata loquelas.
T empore poſt paruo deſerta per auia eunti
O ccurrit Lemur ampullis pendentibus extra
P ertuſæ chlamidis rimas circum vndiq́ onuſtus:
E t percuntanti quid tot ſibi vitrea vellent
V aſcula: reſpondit monachis ſe plurima ferre

P harmaca ſunt curæ quæ nos vti dulcia primum
P ocula delectant ſed mox in toxica verſæ
N os cruciant: ſic præda ſumus fallacibus vmbris
V ndiq́ꝫ/de nobis ita gens lethea triumphat.
T alibus excellens ſignis iam grandior æuo
O ccubuit primi menſis Titane ſecundo
I lluſtrante breui frigentia rura volatu:

DE ALTERO MACARIO

a Lter ab Antoni fruticans radicibus altum
Creuit/& vmbroſas porrexit in aera frondes.
Incola Thebaidos fuit exanimumq́ꝫ cadauer
Rettulit in vitam: Nam cum defendere, ſanctam
N eſciret ſermone fidem/confugit ad iſtud
A rgumentum ingens: ad quod contabuit hoſtis.
N eſcio quem dubio confectum vulnere quando
M orte obita iam corpus erat ſine ſanguine fęcit
O re loqui/ſontis pœnas ne inccurreret inſons.
C um fraudata ſua ſic eſſet imagine virgo
M ercurij technis vt equam pater eſſe putaret/
S aluifico Chriſti mendacem nomine formam
S uſtulit: & veterem fęcit prodire figuram.
S ingula ſi pergam numero comprehendere longas
I bit in ambages ſermo prolixior æquo.
Q uindecies Ianus reuocarat ab æquore ſolem
C um ſenio fractus diſceſſit in æthera longo:

DE EPIPHANIA.

s Exta dies ſplendore magos gradiente per altum
A era deducens toti ſpectacula mundo
Admiranda tulit: gentes ad ſidera verſis
A ttonitæ ſtabant oculis: ſolemq́ꝫ putabant

Aduentaſſe nouum/qui non quia nocte dieq́;
Spargebat late radios occumberet vnq̄.
Stella nouo fulgore ardens veniebat ab ortu
Trans Tigrim/trans Euphratem/Babylona volando
Vidit/& Armenios dextra/leuaq́; relinquens
Turiferos Arabes ſyriæ bipatentibus alis
Ingruit/& tali votis famulata magorum
Officio/nati ſtetit ad preſepia chriſti:
Nec reges vt opinor erant: nec enim tacuiſſent — Magi
Hiſtoriæ ſacræ authores genus iſtud honoris
Inter mortales quo non ſublimius vllum.
Adde q̄ Herodes vt magnificentia regum
Poſtulat/hoſpitibus tantis regale dediſſet
Hoſpitium/ſecumq́; lares duxiſſet in amplos.
Ille penes Perſas magus eſt/qui ſidera norit,
Qui ſciat herbarum vires/cultumq́; Deorum:
Perſepoli facit iſta magos prudentia triplex.
Adiungunt pleriq́; licet ſit credere vanum
Eſſe opus ex natis illos & matribus ortos.
Hi moniti patrum libris de ſemine gentis
Iudaicæ venturum hominem/qui regna per omnes
Porrigeret populos/orituraq́; ſidera eodem
Tempore/quæ indicium nati patriæq́; domuſq́;
Mobilibus radijs facerent/in montibus altis
Peruigiles noctu cœlum obſeruare ſolebant,
Vt videre ignes Chriſto naſcente ſubortos
Corripuere viam Regi tria dona ferentes/
Hæc tria/ſunt/aurum fulgens regale metallum/
Tus redolens/quo feſta ſolet decorare ſacerdos/
Myrrhaq́;/qua tumulo traddenda cadauera inungunt.
Sic magus a prima monſtrauit origine/q̄ rex
Chriſtus erat/q̄ mortalis/ſummuſq́; ſacerdos.

Sunt qui luce velint iſta primordia ſignis
Traddita mirificis/dum connubialia feſta
Exhilarans Chriſtus laticem mutauit hiaccho.
Iſta dies rurſum cœlo labente reuerſa
Ad Iordanis aquas Chriſtum conſiſtere vidit
Cum pater audito per Cœlum murmure Chriſtum
Eſſe ſuam docuit prolem: Cum ſanctus apertis
Spiritus ablutum.ſupra caput aſtitit alis.
Hæc Epiphaniam Grai ſolennia dicunt/
Quod diuina prius ſoboles incognita nobis
Claruit: & tribus his facta eſt celeberrima cauſis.
Pauca loquar contra ſolymos/contra impia corda
Leuigenum/quo conſtet eos de tempore Chriſti
Nobiſcum ſenſiſſe: licet modo turpiter errent
Cum veniſſe negant: paucis memorabimus ergo
Hiſtoriam, cuius noſter ſuetonius authOr.
Cum regeret terrarum olim Nero Claudius orbem
Rumor ab hebreis oriens peruaſerat omnem
Late Aſiam penetrans vltra gangetica regna,
Iudea de gente virum mauorte potentem
Venturum ſubito/terras qui cogeret omnes
Ferre nouas permutato rerum ordine leges.
Rumor hic impleratgentes/totoq́ʒ oriente
Fama volans in ſpem populos adduxerat iſtam.
Iſta fides Iudeum animis ſic hæſerat/vt nil
Romanum imperium veriti contemnere gentem
Auſoniam fuerint auſi/probriſq́ʒ latinos
Irritare duces ſtrictoq́ʒ inuadere ferro.
Propterea Nero rex indignabundus & ira
Percitus ardenti magno molimine bellum
Quo genus id toto penitus depelleret orbe
Miſit in Aſſyriam. Tum late efferbuit æquor

C laſſe noua. Cum patre titus noua claſſica fecit
C langere per Prothei fluctus/per Agœnoris oras.
T alia veridico memorat Suetonius ore.
I ſte furor tantus/tanta hæc audacia mouit
I udeorum animos: quia tunc inſtare uidebant
T empora pacifici multum expectata Meſſiæ:
C redebāt ad ſe imperium deſcendere: & orbis
T errarum ſe rectores/dominoſq; futuros:
N on aliter ſe romanus opponere uulgus.
P reſumpſiſſet iners: neq; plæbs ingloria contra
C æſaream maieſtatem fruſtra arma leuaſſet:
H æc igitur communis erat ſententia genti
A pparere dies Chriſtum debere per illos:
S ed deluſa fuit: quiaꝙ̃ ꝙ̃ uenerit/vt nos
A ſſerimus/non arma tamen regalia ſecum/
N on adduxit equos/neq; murice fulſit & auro
V t fore credebant: tenui ueſtitus amictu
A tq; gerens perſonam inopis per rura per urbes
I uit & ex oculis ut quædam euanuit vmbra.
E t nunc aduentus Chriſti tranſiſſe fatentur
T empora iam pridem: ſed ꝙ non uenerit aiunt
E ſſe ſuæ gentis ſcelera infelicia cauſam.
O genus inſipiens vnde hæc Aoraxia fluxit?
V eſtra videns errata: Deus ſi mittere chriſtum
I nſtituit/cur non miſit? ſi mittere forſan
N on ſtatuit: quare Aduentus predicere tempus
V eridicum fecit veſtro de ſanguine vatem?
O cæcas omnino animas: peccata volentem
T ollere & errores noſtros diſſoluere fingunt
E fugiſſe hominum ſordes: quæ amentia maior
E ſſe poteſt ꝙ̃ nugari ſanare potentem
O mne genus morbi medicum langoribus ipſis

Offenſum non velle ægros inuiſere natos?
Infantem nouere Magi/ Iudea loquentem
Non cognouit: erat curis abſorpta profanis
Funditus: atq; graui ſomno reſoluta iacebat.
Felices ſaluete Magi qui clara ſequuti
Sidera/ vidiſtis puerum/ qui ſidera fecit.
Sic vtinam nobis ſeſe poſt fata videndum.
Præbeat: & greſſus noſtros in ſidera ducat:

DE SANCTO PAVLO PRIMO HERHMITA.

Sicut erat celebris cultu numeroq; Deorum
Cum iouis imperium ſtabat/ Nilotica tellus/
Sic ubi terreſtres cœlo deſcendit ad oras
Expectata ſalus/ patribus fuit inclyta ſanctis/
Qui Nitriotarum campos/ ſitæaq; rura
Thebaidoſq; caſas loca deſolata colebant:
Nam cum cæſarei gens ſanguinolenta tyranni
Prædarentur oues Chriſti nullaſq; liceret
Chriſtigenis habitare vrbes impune ferarum
Conſortes facti fines tenuere ſupremos
Orbis/ & arentes Cancri feruentis arenas.
Primus ad hos (vt fama) locos veſtigia vertit
Sub Detio Paulus cum iam vigeſimus iſſet
Annus: & æſtates illuc incognitus egit
Tris nouieſq; decem propter vada vitrea fontis/
Cui ſuperextentis faciens vmbracula ramis
Palma/ homini tanq; nutrix alimenta ferebat:
Ipſe etiam tunicas de frondibus arboris eius
Texere/ & ambuſtos artus veſtire ſolebat:
Atq; famem patiens uſq; ad ſurgentia noctis
Sidera/ ſoluebat tenui ieiunia menſa

Nox vt in occaſum ſummam inclinauerat vmbram
Ex tepida ſurgebat humo: ſeptemq; triones
Non procul a terris motu reptare videbat
Tardigrado/ lentoq; polū circūdare gyro.
Tunc animo procul a curis terreſtribus acto
Diuertebat apud ſuperos/ vbi dulcia tempe/
Et ſyncera quies/ et conſumata voluptas.
Tum Deus in ſenſus illabebatur et ora:
Diuinaſq; canens vſq; ad titania laudes
Lumina cœleſti totus languebat amore.
Conſimili pietate calens Antonius arua
Sole ſub hyberno dū per deſerta vagatur,
Inuenit ſenis hoſpicium paruoſq; penates.
Tum ſolitus paulo cererem deferre per auras
Quottidie/ victus inopis plus attulit ergo
Hoſpitis Antoni poſuitq; in limine Coruus:
Coruus enim/ vel forte aliquis ſub imagine Corui
Angelus vt naſci ſtellas vidiſſet ab ortu
Ignotis epulas homini portabat ab oris.
Tum ſua diuinans ſibi fata incūbere paulus/
Atq; volens ſine teſte mori: Venerabilis hoſpes
Vade precor dixit/ nec te mora tardet: et affer
Quas tibi donauit tunicas Athanaſius olim:
Nam mox vt fuero functus vitalibus auris/
His Deus inuolui mandat mea frigida membra/
Atq; ſub egeſtas mecum deſcendere arenas.
Ille volans abijt: rediensq; agnouit in aura
Pauli animam per iter diuos ſublime petentem:
Atq; ait: Ah ſic me fraudas pater/ atq; relinquis?
Ibo tamen/ tua ſancta iterum ſaltē ora videbo.
Iuit: & extincti dum ſe inclinaret ad ora
Cum gemitu lachrymans lamētabatur amaro.

Patris ad hoſpicium ſoliti diuertere quondam
Dum viuebat/humo duris(res mira)Leones.
Vnguibus egeſta iuſtum fodere ſepulchrum.
Non ſecus ac ſi nota viri menſura fuiſſet.
Nec minus eſt mirum ꝙ ad illatabile buſtum
Iuerunt plereq́ʒ feræ/ quæ tempore longuo
Cum ſene verſatæ fuerant/ viſæq́ʒ iacentem
Deplorare virum: duris odioſa tyrannis
Simplicitas potuit mollire animantia bruta.
Mox igitur tunicis quas apportauerat arctus
Implicitos superinfuſis cumulauit harenis:
Iam gelidi decimo iani Titane reuerſo:

DE SANCTO HILARIO.

HIc quoq́ʒ natalis tuus eſt memorandus Hilari
Tertia poſt decimam Iani cum frigida tellus
Sub niue dormiret te lux aſcendere ad aſtra
Vidit: & ingenti ſuperos occurrere pompa.
Tu in terris poſitus membris mortalibus alto
Verſabare polo/votis rapientibus illuc
Ingenium/menten/atq́ʒ animum/poteraſq́ʒ putari
Et ſi viuus eras functus iam corpore/& arces
Aetherias habitare inter tot millia Diuum.
Integritas vitæ/legum prudentia/cultus
Cœlituum/ tutela inopum diadema pedũq́ʒ
Pictauienſe tibi/dum nil mortalia curas/
Dum viuis tibi ſorte tua contentus/ab omni
Ambitione procul/populo applaudente tulerunt.
Non nocuit tibi progenies/non obſtitit vxor
Legitimo coniuncta thoro: non horruit illa
Tempeſtate Deus thalamos/ cunabula/ tedas:
Sola erat in precio quæ nunc incognita virtus

Sordet/ & attrito viuit cum plæbe cucullo.
Propterea leges quæ ſunt connubia contra
Eſſe malas quidam perhibent: prudentia patrum
Non ſatis/ aduertit dicunt/ quid fere recuſet
Quid valeat natura pati: ceruicibus aiunt
Hoc inſuaue iugum noſtris imponere Chriſtus
Noluit: iſtud onus quod adhuc q̃ plurima monſtra
Fecit/ ab audaci dicunt pietate repertum.
Tutius eſſe volunt qua lex diuina ſinebat
Iſſe via/ veterumq; ſequi veſtigia patrum
Quorum vita fuit melior cum coniuge q̃ nunc
Noſtra ſit/ excluſis thalamis/ & coniugis vſu.
Adiungunt etiam primi ieiunia veris
Quæ niſi ſint ſeruata/ volunt nos ire ſub orcum:
Aſpice q̃ duris aiunt frenata capiſtris
Gens electa fuit: lex Chriſti æterna/ nec vnq̃
Ceſſatura ſinus (dicunt) ſine tendat in amplos/
Vt ſit conueniens habiliſq; & idonea toti
Humano generi/ non importuna ſenectæ/
Non oneroſa inopi non importabilis ægro
Adijciunt populis habitandam pluribus vrbem
Non eſſe anguſtis claudendam mœnibus: arcto.
Conuenit æſuriens (aiunt) plæbecula clauſtro.
Hæbreum gens qualis erat quam limite paruo
Legifer incluſit grauiumq; indagine legum.
Illud onus Chriſtum dicunt minuiſſe: ſuiſq;
Indulſiſſe. Sed hæc Chriſti indulgentia uiſa eſt
(Vt memorant) laxata nimis ſapientibus iſtis
Qui legem ſtulte ex placida fecere moleſtam.
Duriciem vero legis ſatis arguit aiunt
Prouida poſteritas/ ſtudijs exercita ſacris
Quæ maiorem hominum partem de ſyrtibus iſtis

Subtrahit. & pelago functam pronunciat iſto:
Nam iuuenes donec ceſſent adoleſcere/ & ægros
Excipiunt/ſenioq; graues/ & quos labor haurit
Aſſiduus fabros/ & qui ſub pondere ſudant
Vomeris & raſtri/qui pro mercede locant ſe
Atq; operas vendunt/ & quos fortuna coegit
Mendicare cibos/quæ turba miſerima quiq;
Prægustare ſolent epulas ad prandia regum
Adde viatores/ & quos oneroſa fatigant
Munia nutrices cunis quæ lactea prebent.
Vbera pregnantes/fœtas/cui debile pectus/
Cui caput infirmum/ſtomachi quos humida crudi
Pituita infeſtat. Cauſas numerare quis auſit?
Exclamant: & vti inter ſe quandoq; iocantur
Theſtylis hanc nimio pultem ſale fecit amaram.
Adde ꝙ & patres auſi taxare latinos
Cauſabantur eos ſtulte imprudenter & equo
Durius ad ritum Romæ voluiſſe pelaſgos
Cogere: & antiquum tam precipitanter amorem
Tam ſtolido temeraſſe auſu: concædere Roma
Debuit aiebant/potius ꝙ rumpere pacem
Humani quæ iuris erant: modo ſalua maneret
Lex diuina/fides Chriſti/doctrina ſenatus
Quam primus tulit ore ſuo quia tradita ab ipſo
Chriſto erat humanæ doctore & lumine vitæ.
Nec curandus erat morem conſenſus in vnum
Vſq; adeo, dicunt, quod perſuadere laborant
His breuibus dictis/quiſquis diſcrimine nullo
Vult gentes differre duas/velit ora duorum
Quod natura nequit faciem concurrere in vnam:
Vna Dei domus eſt mundus: ſed non tamen vna
Omnibus eſt facies rebus. Circumſpice terras:

C omtemplare orbes Cœli/diuerſa vedebis
O mnia/ſaturno facies eſt pallida: Marti
I gnea/reſplendens veneri:nunc clara Dianæ
N unc obſcura: Iouis frons eſt affabilis Aſtro.
I pſa quoq; in varias abeunt elementa figuras.
C erne hominum genus/et pecudes/frigentia cerne
M armora quæ ſpartæ/parijs quæ oriuntur in agris
Q uæ ſecat ægyptus/ Humidis quæ Nauita portat
D empta iugis/quæ Luna parit/qui tybure creſcunt.
A ſpice et Indorum ſparſas per littora gẽmas:
M ultiplices vocum flexus/mirare volucrum/
D iuerſoſq; habitus/& multicoloria terga:
S ic quoq; tam grandi ſub religione per omnem
F uſa orbem fas ſit dicunt diſcedere graios
G entibus a noſtris aliquo diſcrimine legum/
Q uas aũt mutare poteſt humana facultas.
Nam leges quas ipſe tulit Deus eſſe neceſſe eſt
P erpetuas:nec fas homini diſcedere ab illis.
Hæc ideo volui noſtris intexere chartis
V t quotiens patres quibus eſt cuſtodia Cymbæ
P etridos a ſummo cobeunt paſtore vocati
S int memores magno ad leges opus eſſe ferendas
I ngenio/multis oculis examine recto.
S ed quo mente vagor? video/mea longior æquo eſt
E chaſis:Ad ſancti feſtum redeamus Hilari.
H ic pater a ſuperis caſtum ne forte pudorem
P erderet, obtinuit magno pro munere mortem
C oniugis:immundum veneris ſic oderat ignem.
I mpetrauit idem Natæ quæ nomine dicta eſt
A ppia/& ad Cœlum quo peruenturus et ipſe
P oſt breue tempus erat miſit cum matre puellam.
C ura uiro munire fidem primaria ſemper

Cum foret ex libris armamentaria ſacris
Fecerat: & contra Chriſti ſe armauerat hoſtes/
Preſertim Ariadas/quorum ſpirabat in orbem
Aura ferens diram Chriſti per ouilia peſtem:
Sanctum nectar olens doctæ facundia linguæ
In mentes hominum Chriſti inſpirabat amorem.
Propterea exilium paſſus peruenit in arua
Cincta freto ligures inter cirneaq́ʒ ſaxa:
At cum plena forent atris ſerpentibus/acta
In Crucis effigiem dextra procul ire coegit
Mortiferas pecudes: iuſſitq́ʒ habitare ſeorſum
Limite ſignato pulſi (res mira) Colubri
Seruauere patris ſemper confinia ſancti:
Inuenitq́ʒ feras/quibus eſt infame venenum
A/pietate minus q̃ corda humana remotas:
Audijt infantis ſacro ſine fonte recentem
Emigraſſe animam: vetuitq́ʒ a morte teneri:
Nam proſtratus humi iacuiſſe in puluere fertur/
Nec ceſſaſſe Deo lachrymas offerre tepentes
Donec in exangues arctus reuocata lacertos
Protulit: & matri blandis arriſit ocellis.
Tum ſubito immerſit luſtralem crinibus vndam
Ne ſine lege iterum fato concederet infans.
Multa quoq́ʒ in ſcriptis animi monimenta reliquit
In quibus effulget diuina ſcientia dulci
Eloquio/& linguæ cultu decorata latinæ:
Semine tam claro tellus Aquitanica gaudet:
Nos quoq́ʒ ſancte Pater facias gaudere precamur
Semper in Elyſijs tecum poſt funera campis:

DE SANCTO GREGORIO NAZIANZENO.

C Appadocum tellus eſt illuſtrata virorum
Ingenijs/pietate fide:preconia quorum
Temporibus recitanda ſuis.Nunc maximus ille
Gregorius,cui dat diuina ſcientia tantum
Nomen adeſt hodie ſacros habiturus honores.
Præſule patre ſatus nam tunc id iura ſinebant
Paſtorale pedum geſſit poſt funera patris:
Cum vero iuuenis quondam veniſſet Athenas/
Et tota ingenuas ſe conuertiſſet ad artes
Mente/ferunt illum nymphas ſub luce diurna
In thalamo vidiſſe duas:neu forte putaret
Eſſe malos lemures/prior eſt ſic ore loquuta.
Ne noſtros trepides vultus:ſapientia nomen
Eſt mihi:nomen habet quæ me comitatur/honeſtas:
Venimus vt ſancto tibi coniungamur amore
Et ſimul æternos tecum viuamus in annos:
Sic igitur factus liber formidine contra
Mouit in amplexus & in oſcula mutua greſſum.
Talia de magno quædam finxere pelaſgi
Hercule ludentes/& de ſcipione latini.
Quæ vero a priſcis hoc de paſtore feruntur
Nemo hominum figmenta putet:duo nanque tonantis
Imperio diui tales iniere figuras/
Vt iuuenem facerent illis aſſueſcere curis/
Et totam grauibus ſtudijs intendere mentem:
Vel ſimulachra duo/forſan duo dona fuere/
Virtuteſque duæ/quas tunc infudit in alta
Corda deus ſubito.Quod longi temporis vſu
Quærere mortales & conſuetudine poſſunt/
Hoc afferre ſolet virtus diuina repente

C uȝ libet:eius enim tanta eſt opulentia/tantus.
F ſt theſaurus opum/cauſas vt ſæpte ſecundas
P ræueniens:donet bona q̃ ſine fine redundant.
H oc ego crediderim potius/ſapientia nanq̧
F ius ab ingenio teneris ita fluxit in annis.
M ox vbi cœleſtes formas aſſiſtere vidit
V t populis non ſit minus admirabile viſum:
Q ñ ſi luciferum phœbi precurreret ortus.
C umuero in patriam rediens prope Troadis oras
V ela daret /ſubito boreas a vertice lapſus
I ngruit antennis/& propulſauit ad vſq̧.
L ittus abydenũ freta perſalientia puppim.
T erritus hoc caſu Iuuenis diſſoluit ab omni
V itæ huius fermẽto animum:penituſq̧ recepit
C orde Deũ reuocans curas a ſenſibus omnes.
T um populos farrago omnes ariana ferebat
I n rixas in bella etiam liteſq̧ cruentas:
G regorius contra peſtem hanc/vt maximus olim
A lcides contra terrarum immania monſtra
B izantina tulit fauſtos in mœnia greſſus.
N am tunc forte Valens Ceſar deceſſerat :eius
Q ui ſectæ defenſor erat dum viueret:Ergo
O pportuna videns operi data tempora ſancto
I uit/& incepit ſtudijs dare vela/repente
F ama viri traxit varijs ex gentibus agmen
D iſcipulorum ingens illic academica fecit
G imnaſia:& veteres illuc traduxit Athenas.
N am quot erant toto orbe viri qui ſcire profundos
Scripturarum aditus vellent & myſtica ſenſa
E t Cabaliſtarum latebras ea littora adibant.
H ieronymum fama eſt illuc veniſſe trilinguem:
E t legis dediciſſe ſub hoc arcana magiſtro:

A d ſummos igitur breuiter peruenit honores:
N am patriarchatus ſceptrum ſanctamq́ꝫ Cathedram
E ſt largita homini conſenſu Thracia magno.
D icitur & longo ſacram coluiſſe poeſim
T empore: & heroo modulatus carmina plectro/
Q ue ſuperant: quibus Aonij dant oſcula Vates.
S ed cum iam ſenio foret incūbente parumper
S egnior effectus & ſe liuore videret
I nſidijſq́ꝫ peti patriam repetiuit: & illic
C um Ianus gelidas iam perueniſſet ad Idus
P acifica tandem migrauit in æthera morte.
R elliquias eius multo poſt tempore Thraces
M etropolitanam reuocaſſe feruntur in vrbem.
N unc procul a graijs vectæ recubare putantur
Q ua ſedet in medijs Manto Cadmeia lymphis.

DE SANCTO ANTONIO.

Eptima poſt decimam torpentis frigore Iani
s A ntoni tibi feſta dies altaria cingunt
F rondibus, hybernas quæ nō timuere pruinas.
L aurus adeſt/hedere veniunt/prouinca lacertis
Q uæ ſparſis proſerpit: humi: redolentia Myrti
V imina/pacificæ per templa ligantur oliuæ:
E t quos fama refert immortales Amaranti.
T e memorant olim ſatyros vidiſſe bicornes
P anaq́ꝫ Capripedem dum per deſerta vagaris
I nuia/trans Memphim/trans centum mœnia portis
I nclyta/ſoliuagi luſtrans veſtigia Pauli.
T e memorant non cum lapythis que gloria parua eſt/
N on cum Centauris: ſed quod mirabile multo
A mplius eſt/cum tartareis belialibus olim
D e certaſſe ipſo ſtante ad ſpectacula Chriſto:

Qui quia te vidit pugnaſſe:viriliter/ire
Continuo totum tua nomina fecit in orbem.
Tu ſatus in Campis/vbi quondam mœnia magnus
Fecit Allexander dñi ſeruantia nomen.
Diceris ignipotens/et fers incendia dextra:
Qđ tua vis ignem potis eſt extinguere ſacrum.
Et quia(res miranda)ſoles quãdoq; proteruos
Et nimis infrenes/qui relligioſa malignis
Templa/domos aĩs audent violare/furenti.
Aggrederis morbo/ſubitaq; vredine torques.
Sæpius hoc alias/noſtro quoq; tempore viſum
Non ſemel eſt:ſalit extemplo per viſcera peſtis
Ignea/et oſſa rapit:neruoſq; imaſq; medulas
Fulminis in morem vorat in nihilũq; reſoluit
Et ſunt qui diuos auſint contemnere/necdum
Tot moniti exemplis homines aduertere poſſunt
Eſſe Deum ſanctaſq; animas humana potentes
Vlciſci ſcelera/atq; animos cohibere furentes?
Cum demum tetrice poſt tot miracula vitæ
Iam longeuus iter vellet conuertere ad aſtra
Diſcipulos circunſtantes ſermone potenti.
Quẽ dabat affecti cordis ſuauiſſimus ardor
Erudijt longum:conuerſus ad oſcula tandem
Aeternum dixit mea viſcera ſancta valete.
His dictis alacri tantam pretendere vultu
Lœticiam:et tanta viſus clareſcere luce eſt/
Vt iam cum ſuperis verſari et viuere credi
Poſſet:et ante deum mutata aſſiſtere vita
Dumq; ea ſic fierent ſubito velut vltima flama
Que fugit abſumpta penitus face/purior auro
Spũs in tenues abiens ſe ſuſtulit auras.
Nunc colit æternũq; colet ſublimia mundi

Culmina perpetuæ gradiens per paſcua vitæ.
Et quoniam nox iſta vigil ſolet eſſe quotannis
Currite votorum memores/deponite lænas
Rhenones dupliceſq́ togas: accurrite nudi:
Et pulſo in lucem ſomno vigilate reuerſam:
Ponite ſegniciem: ſurgit iam veſpera/flamis
Iam rogus in templi medio rutilantibus ardet:
Fallite colloquijs noctem: percurrite ſanctos
Qui coluere olim deſerta ægyptia patres
Arſenium/Vitalem/Helenum/quo tempore Paulus
Et quare ad ſteriles primus deuenit arenas
Dicite: ſit ſermo vobis Euagrius/Efren/
Et Cronius. magno de beſſarione loquendum:
Pambus & Eulogius memoretur/& inclytus Hāmon:
Ac reliqui: quorum conſors Antonius orcum
Vicit/& in terras fecit deſcendere Diuos.
Pergite. Cum rapida Cœli vertigine tempus
Euolat: & celeres ad curſum concitat horas.
Iam cecinit mediam volucris titania noctem
Et Leo decœdens ſummo declinat olympo:
Ne ſinite extingui flamas: date ligna miniſtri
Et ramis onerate focos: opus ignibus altis
Expugnare gelu flatuſq́ Aquilonis acuti:
Pergite: iam totus Chiron ſurrexit ab vndis:
Incipit apparere Caper: iam Lucifer altus
Aſtra fugat: vicina dies albeſcit ab ortu:
Præcipitat Cancer: gelidis iam terminus vmbris.
Pyramides dudum magnæ tinnire Parenti
Incipiunt. Canit excubitor feruentius Ales.
Matutinus adeſt/tyriaq́ in veſte ſacerdos
Fert manibus calices: genibus procumbite flexis:
Atq́ deum ne vos tetrico pater arguat ore;

Q uærite:et ad Cœlum totas conuertite mētes.
I te domum:nec vos hodie dementia cogat
F ingere perſonas/ſumptiſq́ incedere laruis.
S ancta dies ſancte debet ſuccedere nocti:

DE SANCTO SEBASTIANO

N clytus armorum ductor de nomine graio
I Q uod ſi quis velit in noſtrā tradducere linguā
D icet adorari dignum venerabile ſacrum:
T ractum nomen habens colitur:procedite Turbæ.
A d ſacrum ſolenne dies vigeſima quando
C rudeles pœnas & fata immania paſſus
T ranſijt ad ſuperos/villas imitat & vrbes.
M ox vbi percepit Chriſti myſteria duxit
C œleſtem in terris/hoc eſt ſine crimine vitam:
C onfregitq́ ſuis manibus ſimulachra deorum
P lurima/& aduerſum manes tulit arma ſuperbos.
I n pœnis etenim quas deteſtabilis ætas
I lla dabat noſtris/ſi quos titubare videbat
M ox aderat reuocans animos/& pectora verbis
G randibus attollens/non clam ſed vocis apertæ
F ulmine & vt tragicis mos eſt/clamoribus altis.
A nte ipſos etiam circo admirante Tyrannos.
S ed tum precipue tantos prorupit in auſus
T aliter exarſit quando ex primatibus vrbis
R omulæ geminos duro in certamine fratres
P erdere paulatim vidit roburq́ fidemq́.
V xores etenim flentes & parua ferentes
P ignora demiſſis aderant per terga capillis
O rabantq́ viros ne ſe natoſq́ domumq́
D eſererent/nec tanta ſuis opprobria ferrent.
N en ſubito traherent peſſum genus omne ſuorum.

Iſtud idem pater orabat/morituraq́; mater
Præ lacbrymis/præ lamentis/præ angore dolorum
Tum pius exiliens miles fortiſſima dixit
Pectora quo pacto robur muliebribus omne
Blanditijs ammiſiſtis? quo veſtra receſſit
Strenuitas? quæ tanta tulit diſcrimina Martis
Tum cum pro tenui decertabatis bonore?
Nunc eſt propoſitum vobis Cœleſtis olympi
Imperium: dabit bæc vobis victoria ſemper
Viuere cum ſuperis/& conregnare: Deumq́;
Cernere/cum diuis æterna in luce ſedentem.
Eia agite excelſos animos in ſidera ferte:
Cœpta nec ignauo maculate ingentia fine:
Ne trepidate Iouem/q̃uis Capitolia & arcem
Tarpeam teneat: ſterilem contemnite Veſtam:
Saturniq́; genus totum: Cybelemq́; profectam
A/pbrygijs Romam: quæ dementire miniſtros
Cogit/& epotis bomines emaſculat vndis:
Abiurate deos veteres quot tota per orbem
Terra colit: matrem Eneæ: patremq́; Quirini.
Chriſtus adeſt laturus opem certamine in iſto
Vltimo & exili triſtes deponite curas.
Vos quoq́; Conſortes/importuniq́; parentes
Ne lugete/polos adeunt/non perditis illos:
Sed preeunt vobis regnum immortale paratum.
Taliter ante oculos plæbis patrumq́; loquutus.
Ipſum ideo leuibus ſcopulum fecere ſagittis:
Totq́; tulit plagas/quot ſeptem tela pharetræ
Quot potuere arcus emittere ſpicula ſeptem.
Quæ ſtipata meat ſpinis bicoloribus Hiſtrix
Tot ſuper armato non fert baſtilia tergo.
Viſcera mortiferis tandem contuſa flagellis

C orporeis animum vinclis ſoluere potentem/
I taliam peſtis quondam graſſata per omnem
N on prius extingui potuit/ꝗ̄ Condita Diuo
A ra ſagittato: ſic admonuere prophetæ
A tq; ſacerdotes: qui pro moriente precati
P læbe Deum diuos ſic audiuere loquentes.
V enit vt in vulgus fama hæc/Ticinia plæbes
A ccinxit ſe ſacro operi/ſubitoq; dicauit
Q uæ quoq; nunc magnis celebratur honoribus aram.
P roptere a te ſancte vocant tua feſta frequentant.
Q ui ſtygiæ peſtis trepidant crudele venenum:
E t tibi iam non ſolum aræ/ſed plurima vbiq;
S chematibus varijs ſurgunt ingentia templa.
T u Narbone ſatus: fecit te Inſubria Ciuem.
Mortuus in terris & apud mortalia regna
V iuus in Elyſio/non quod mare circuit vndis
O ceanitidibus: quæ fortunata poetæ
A rua vocant: non quod media telluris in aluo
D icitur Eneæ phœbi monſtraſſe ſacerdos.
S ed neq; lunari quod gens antiqua ſub orbe
A eris in campis poſuit: ſed quod ſuper altis
C ardinibus mundi fouet alta in pace beatas
A tq; nihil terrena animas contagia olentes.
O ſſa cubant vltra Chriſti veſtigia Romæ:
A ppia campanas qua ſemita tendit ad vrbes:
A d Criptas Calliſte tuas tenebroſaq; buſta

DE SANCTA AGNETE

L V x Agnetis adeſt: Iani vigeſima prima
R omanas aurora nurus ad adorea ſacra
C onuocat: Vrbanæ ꝑperãt ad tẽpla Cateruæ.
V irginei prodite Chori: velata rubenti

C andida virginitas venit in proſcenia cocco.
H æc eſt quæ vanis adhibere repagula curis
V os docuit/ſtolidi furias quæ fregit amantis:
N am romanus eam Iuuenis tam perdite amauit
V t fuerit cœco nullum medicamen amori:
H uic genitor prefectus erat:teneramq́ʒ puellam
Q uo Iuuenis tantos vel ſic extingueret ignes
P roſtitui nudamq́ʒ trahi per compita iuſſit:
D um trahitur(res mira)ſuis ſic clauſa repente eſt/
S ic veſtita Comis vt opus non eſſet amictu.
T anta fuit Cœlo reuerentia virginitatis
V t Crines pro veſte pedes deſcendere ad imos
F ecerit:inceſtæ contra petulantia turbæ
L umina/cui Deus eſt venus/& læmangia/& aurum.
A t domus ĩmundæ tenebroſa et olentica floræ
Q uo perducta fuit tanta reſplenduit aura
L ucis vt ĩmenſo radiorum ardore ſepulta
N on poſſet Virgo a turba ſpectante videri.
C um vero iubar id ſanctum furibundus/& æſtus
I mpatiens tanti temere incurriſſet amator
E xpirauit agens animam fœdam & graue olentem.
I pſa autem Iuuenem precibus cõmota parentis
A ſtyge vitales iterum reuocauit ad auras.
H æc veteres perteſa deos confugit ad vndas
C hriſte tuas/& terga dedit fallacibus vmbris/
Q uæ velut antra feræ ſtatuas habitare ſolebant.
A rdentes heu nuda rogos intrare coacta
I ngeminas iuſſit flammam deſcendere partes:
E t veluti Moſes quondam maris æquora rubri.
I nnocuas prebere vias incendia fecit.
V irgineæ Chriſtus dilector ſimplicitatis
N on aberat:ſed ei pugnam comes ibat in omnẽ

In fauces tandem violenter adacto/
Limina victricem tulit ad Cœleſtia palmam
Quæ cupitis matres ſexus vtriuſq; Iuuentam
Vulnificos cœci vitare Cupidinis arcus/
Et Caſtam ſeruare domum/celebrate puellam/
Hanc ornate diem: Diua hæc iuuenilia ſanctis
Corda ligat ſtudijs:frenumq; imponit amori.
Hoſpitio longinqua quidem/ſed proxima fiet
Auxilio/neq; vos ſurda fruſtrabitur aure.
Ite Nurus ad templa piæ/ne hyberna timete
Frigora:iam redeunt clementia ſidera: vernum
Tempus adeſt/prodite domo:per rura volucres
Apricantur:humus virides iam cogitat herbas.
Hac quoq; luce ferunt longuo quaſi frigore functos
Vadere per ſepes et per dumeta lacertos:

DE SANCTO VINCENTIO.

Altera Vincenti tua lux:tua gloria gentes
Heſperias decorat/ſicut Carbunculus aurum
Vnio ſepmentum/ſplendor Titanis olympum
Cum clamore ferox fureret Datianus atroci
Magna minans vt te ſtygijs ſubmitteret vmbris:
Sic memorant Crudo te reſpōdiſſe Tyranno.
Pone minas operam perdis Datiane.memento
Chriſtigenas quotiens pro religione duellum
Ingruerit/ſolitos ferrum contēnere/et ignem/
Lætari in pœnis/fuſum ridere cruorem/
Expectare necem tanq̄ conuiuia ſemper
Duratura/velut grandem æternūq; triumphum.
Cæſareæ Auguſte tunc in certamine tecum
Vrbis paſtor erat:ſed cum frigentia verba
Vix daret/et timido voces diſperderet ore

Tu miſeratus eum languentia murmura pone
E t ſine dixiſti dare me reſponſa tyranno
S ancte pater: De Chriſto alacri ſermone loquendū eſt.
F ormident qui ſaxa colunt/ ſimulacbra putantes
E ſſe Deos metuant obſcœnam attollere frontem
N os qui corde Deum ferimus/ q̄ vera tenemus
N umina/liberius fari decet: atq; potenti
O re per heſperias ſermonem effudere gentes.
N os Ioue contempto templa hæc Datiane Deoſq;
Q ui ſunt tartarei manes infernaq; monſtra/
D eteſtamur/eant peſſum: regnetq; Tonantis
I nclyta progenies æterna in ſecula Chriſtus.
S ic ais. At index in te Crudelis atrocem
E xaturare ardens iram/ſene cuncta relicto
A nte oculos ferri iubet inſtrumenta dolorum/
T erribili quorum aſpectu nil territus iſtis
V tere dixiſti/quo tandem agnoſcere poſſis
C hriſtigenum magno quæ ſit Conſtantia Cordi:
E t quali omnipotens mortalia pectora Chriſtus
V i firmare ſolet/cum vult aperire tuorum
N equitias/fraudes/& nafr amenta Deorum.
O vocem pluſq̄ humanam fortem intrepidanq;:
E t dignam cui concedat Deus æthera & aſtra:
A t neq; magnificis fuit experientia verbis
I nferior: tu nanq; focos/chalibenq; tuliſti
E xcelſo grandiq; animo: tormenta videre
T anta Valentini vix ſuſtinuere penates.
H oc animo robur/menti vigor iſte remanſit
S emper & in pœnis facta eſt magis ardua virtus.
A d molles demum plumas tranſlatus ab igne
A egrius id ſtratum q̄ ſanguinolenta tuliſti
V erbera/& ignitas crates: lectoq; teneri

Mens tua non potuit/potuit que incendia ferre.
A tq; ideo laceros fugiens euanuit arctus.
E xanimum corpus campo Datianus aperto
A litibus dedit in predam/canibuſq; feriſq;
C um vero in gyrum volitans roſtroq; cruento
I ncrepitans Coruus volucreſq; feraſq; fugaret
A d freta delatum pelago ſepelitur in alto:
S ed mare turbatum ſubito de ſedibus imis
C um ſtaret placidus ventis ceſſantibus aer
A uditum eſt mugire graui cum murmure: & æſtum
T ollere ſpumantem/grandeſq; excire procellas:
N am ſe ſe indignum reputans quod ſacra teneret
V iſcera/correctũ fluctu ſaliente cadauer
T ranſtulit in littus populis reuerenter habendum
C hriſtigenæ vero cum nox altiſſima crebris
I gnibus arderet/Nemeæq; aſcenderet aſtrum/
C onuenere manu faculas & tura ferentes.
E xuuiaſq; anime ſacras de littore in vrbem
S ecretis egere vijs/quas inclyta quædam
(N omina non licuit ſciri) matrona ſepulchro
C ondidit: & ſummum victori exſoluit honorem
F eſta Valentini Colles celebrate/ propinquo
O ora afflata mari violas producere tempus.
T ranſit hyens/abigit gelidas Vincentius auras/
Et reuocat tepidi Clemœntia ſidera Veris.
N ix abeat: fruticet tellus/refloreat arbor:
T u quoq; patrono lætare Valentia tanto:

DE CONVERSIONE SANCTI PAVLI.

A cra dies magno vigeſima quinta/magiſtro
5 Q ui docuit gentes/q; regna per omnia Chriſtũ
T ranſtulit/atq; fidem muris circundedit altis.

Ipſe tamen Chriſto fuit aduerſarius olim/
Cum iuuenilem animum feruens accenderet ætas.
Nam cum iam teneris Moſem didiciſſet ab annis
Viſa fuit Chriſti nouitas abſurda: nec ante
Deſtitit illius ſe opponere grandibus orſis/
Quam proſtratus humi cœleſtia fulmina ſenſit.
Non aliter potuit mente frenare ſuperbam.
Ipſe dedit ſtephanum leto/lapidumq́ volantum
Grandine contriuit: ſic impetuoſus & audax
Dum ſaul eſſet adhuc Iuuenis/fuit: at noua poſtq̃
Nomina percepit priſcos cum nomine mores
Exuit: Aſt animum non exuit: ardua ſemper
Corda tulit ſecum: domuit Moſemq́ Iouemq́
Ibat equo inuectus/multoq́ ſatellite circum
Septus in antiquæ florentia rura Damaſci
Multa mouens animo/ furijs agitatus & acri
Percitus irarum ſtimulo/cum magna ſereno
Confeſtim horrendum ſonuere tonitrua Cœlo:
Tum ſimul exiliens lux ardentiſſima flammis
Eſt rapidis complexa virum: tremefactus & alto
Lapſus equo percuſſit humu; : lucemq́ ſequuta eſt
Vox ingens audita procul: qua percita Pauli
Corda venenoſum mox depoſuere furorem.
Amiſſiſq́ in luce oculis ducente miniſtro
Ignotum pariter magnam peruenit in vrbem
Cœcus/& in ſtupida tridiuum caligine traxit:
Mox anania ferens diuina oracula ab eius
Luminibus fecit manare putamina quædam
Vipereas tanq̃ ſquãmas/duplexq́ recepit
Lumen/vt expulſis animiq́ et corporis vmbris
Aſpiceret ſolem æternum/ſolemq́ diuinum.
Dumq́ ſoporatum corpus ſine luce iaceret

Mens fuit ad ſuperos trans ignea ſidera miris
Rapta modis? vbi conſilijs interfuit aulæ
Illius æterne? totum quæ temperat orbem.
Illic intuitus triados myſteria/ et omnes
Cœlituum populos/ et quo deus ordine tantam
Terrarum ac Cœli molem regit/atq; futuri
Temporis euentus/ et quæ cognoſcere non eſt
Fas humane animæ/dum fert mortalia membra.
Nectareas illic epulas libauit et illam
Ambroſiam cuius Diuos odor ebriat omnes:
Et cœlum æternis facit indulgere choreis:
Propterea tanto terrena pericula corde
Vicit/& aduerſos liber formidine caſus.
Cætera pretereo. Pauli vulgata per orbem
Gloria iam ſatis eſt: Gaudete recentia Chriſti
Sæcla nouum ſortita ducem/prodire poteſtis
Nunc in bella: tremit Pluto: maneſq; profundi
Concilio munire parant ſua regna coacto.
Tarſe caput regni Cilicum clariſſima Pauli
Patria quam poſuit quondam danea propago
Tu quoq; tardigradam tactu ſanare podagram
Cydne potens gaude/tanto lætatus alumno
Curre alacris. Tauriq; fluens de fontibus equor
Cæruleum niueis ſaliendo allabere lymphis.
Nidigenæ priſci quoſdam quaſi ſigna futuri
Obſeruaſſe dies quarum hæc fuit vna/feruntur:
Iſta ſuperſtitio veterum peruenit ad annos
Hos quoq;: vulgares animi tam credula res ſunt
Tale igitur dant omen ei: ſi lucida pulſis
Nubibus effulget/pinguem denunciat annum:
Nix ſterilem pluuieq; volunt: Certamina venti
Martia ſignificant/pallent ia nubila peſtem:

DE SANCTO CYRILLO.

P Roducente diem phœbo gelidamq; fugante
E x agris hyemē fert annua feſta Cyrillus
V rbis Alexandri paſtor: defluxit ab alto
V ertice Carmeli: ſanctæ primordia vitæ
H eliÿæ de fonte tulit: Creſcentibus annis
R elligio Creuit: rerum prudentia creuit:
E t quia diuinæ legis ſapientia & ore
S uauiloquo viſus cunctos precellere patres
A d decoris tanti ſacros peruenit honores.
E rgo per ægypti populos nabathea per arua
A tq; per aſſyriæ gentes Arabumq; per vrbes
L uxit: vt elapſus quondam de Perſide fulgor
S ideris/& pendens ſuper incunabula Chriſti.
A equore tranſmiſſo patrum comitante caterua
I n Lycios fines ephesinaq; littora venit
N eſtorium contra/ſanctæ quem fulmine linguæ
F udit: & inſtituit ventura in ſæcula credi
P rogenuiſſe Deum Chriſti debere parentem.
H ic eſt qui Maumet Arabem corrupit: & vnum
M iſit in errorem populos orientis, & Auſtri
N eſtorius: nata hinc turcorum improuida & excors
Relligio/nata impietas ſtultiſſima Maurum/
Q uæ Chriſtum vetat eſſe Deum/quæ credere fingit
E ſſe nefas habitaſſe Deum ſub imagine noſtra.
A ttendebat enim ſolum quæ opprobria paſſus
C hriſtus erat? non quæ totiens miracula fecit
N eſtorius leuis/& petulans/elatus/& audax:
S ed neq; per ſacras quæ ſunt inſperſa videbat
S cripturas arcana oculis vt noctua tardis:
N ec vegetabatur diuina intrinſecus aura.
H unc igitur toto patrum ſpectante ſenatu

Diuino eliſit feruens ardore Cyrillus.
Propterea ad vulgus ſe ſe rude vertit: & inter
Vecordes Arabum ſparſit Zizania turbas.
Patris ab ingenio fluxere volumina ſancti
Plurima quæ ſuperant: ſicut liber aureus ille
Qui nomen theſaurus habet: ſi cætera Noſſe
Scripta cupis/vade ad Graios/per achaica quære
Scrinia: percurras veterum ſacraria patrum
Inuenies quanta dicendi floreat arte/
Sacrarium ꝙ diues opum. Nos illius oro
Nos inq́ quibus eſt idem tituluſq́ genuſq́
Cura regat: noſtros ſua per veſtigia greſſus
Ducat ad Elyſios, vbi pax & gaudia campos.
Mors hominis qua corpus humo/mens reddita cœlo
Exigui menſis quarto memoranda Calendas:

FINIS.

DE SANCTO EGNATIO.

Menſis adeſt Breuior/quarto cui ſꝑ ab anno
Additꝰ vna dies: tunc æquiperare ſodales
Spat/& in digitos ſurgẽs ſe attollit ĩ altũ.
Verũ vbi cognouit ſtudio ſe icũbere vano/
Vt pote q ſemꝑ reliquis eſt mẽſibꝰ impar,
Luget/& in villi iacet extenuatus amictu:
Nam veris plerũq́ trahit ieiunia ſecum.
Tempore luſtrabant animas antiquitus illo:
Atq́ ideo menſi fecerunt februa nomen:
Februa nam priſci dixere piacula patres:
Hunc quoq́ feralem quidam dixere poetæ/
Quod fierent illis feralia ſacra diebus.
Eſt autem ferale ſacrum quod manibus olim
Cæca ſuperſtitio veterum perbibere ſolebat.
Prima dies tibi ſancte Pater ſacrata/Calendas

Tu Colis Egnati: tua ſunt exordia menſis:
Hæ tibi primitiæ: tibi ſe ſuccedere fecit
Petrus/ & Antiochi clarum tibi traddidit vrbem
Cum petijt gentes/ atq; altæ mœnia Romæ.
Fortunati oculi/ felicia tempora noſtros
Quæ videre atauos/ quæ tot quaſi ſidera ſanctos
Conſpexere patres/ & tot ſpectacula nunq̃
Viſa prius tot mutatis miracula ſæclis.
Hic Mariam matrem magnam dum vita ſuperſtes/
Sæpe ſalutauit/ ſæpe illius ora reuixit:
Ora mq̃ quibus infanti dabat oſcula Chriſto
Et fidei noſtræ didicit myſteria ab ipſa.
In latios tandem Traiano principe campos
Ductus & ærumnas tanq̃ ſolatia læto
Amplectens animo ferrum exanclauit & ignem:
Expoſitumq; feris gemini extinxere Leones
Non laniare auſi q̃q̃ ieiunia paſſi
Importuna forent: Hic a lictore rogatus
Cur totiens in tormentis clamaret Ieſum
Nomen id inſcriptum Cordi ſibi ſæpe relabi
Dixit in os/ id poſt fatum perquirere Lictor
Nixus in execti conſpexit vulnere cordis
Nomen id ex auro ductis ſplendere elementis:
Res ea Traianum ſimulac vulgata/ retraxit:
Illacq; Chriſtigenis fecit per tempora pacem:

DE PVRIFICATIONE.B.VIRGI. MARIAE

A Ltera lux Chriſti quæ bis vigeſima ab ortu
Iam procedit: & eſt eius ſacrata Parenti.
Mos erat hebreis/ & lex antiqua volebat
Vt connixa marem ſuſcepto ſemine mater
Facta parens īmunda foret/ cobituq; careret

Ad decimam quater vſq; diem: Tum deniq; ad aras
Infantem cum muneribus luſtranda ferebat.
Iſta dies aderat: mater cum pignore templum
Ingreſſura venit. Simeon preſagus & æuo
Grandior (omnipotens ita rem texebat olympus)
Ocyus occurrens puerum cognouit/& vlnis
Suſtulit/ac verſus quos huius ad orgia lucis
Mane ſacerdotes adhibent/vt in illius ora
Miſit verba Deus/nanq; his Deus omnibus Auctor
Aedidit arguta conuerſus ad æthera voce:
Addidit & ſortem Nati matriſq; futurum/
Et triſtes caſus/atq; illætabile fatum/
Omnia/que qm̃ modo ſunt vulgata/ſilentur.
His actis iuere viam. Stipante ſacerdos
Agmine ſolenni puero venit obuius vſq;
Aedis ad ingreſſum/matremq; adduxit ad aram.
Poſteritas huius facti memor annua feſta
Inſtituit pompa & facibus celebranda quotannis.
Ecce ſacerdotum Cæra flagrante coruſcat
Agmina/quæ turbam faculas iaculantur in omnem
Irruit vndatim vulgus: pueriq; frequentes
Ad ſacra porrectis manibus munuſcula currunt.
Sæpius accenſis pubes villatica Cæris
Laſciuire ſolet per ruſtica templa/quod olim
Me memini vidiſſe/faces immittere certant
Alter in alterius crines/fumumq; ciere
Ludo incompoſito/tetris nidoribus aras
Inficiunt: riſuq; leui delubra profanāt.
Sacrorum ſic lapſus honor/ſic ſancta receſſit
Relligio: patrum ſic diſciplina ſepulta eſt.
Hæc ea pubentes quæ tempeſtatibus agros
Quæ frumenta premunt/& quæ vinea trucidant

Q uæ iumenta necant/peſtemq́ in ouilia mittunt.
N am quotiens hominum vitio vileſcere Diui
S acra vident/odio nos in ſectantur acerbo:
C um vero ſuperum ceſſat cuſtodia: Laruæ
O mnia ſubuertunt: nec habent mortalia pacem
R egna/ferunt noſtri nulla emolumenta labores:
D iſpenduntur opes in mutua damna: per vrbes
S editio regnat: per corda humana ſimultas
P ululat: et ſumit vires animoſa libido.
H inc tot bellorum ſtrepitus: tam multa per omnes
A rma ſonant italos vrbes populantia & agros.
S ancta parens igitur/cuius ſolennia præſens
S acra dies celebrat tantos compone tumultus:

DE SANCTO BLASIO.

T Ertia Cappadocum paſtor ſanctiſſime blaſi
L ux tua: tu exilium ſub Cæſare Maximiano
P aſſus es et tetricos montes habitare coactus
I nter mille feras/tibi quæ manſueta ferebant
O bſequia/et tecum poſita feritate per vmbras
O bſcuri ſaltus/perq́ anfractus nemoroſos
E rrabant/vti per campos cum matribus agni.
M aximianus enim tanta impietate per orbem
S euijt/vt ſicut viſu baſiliſcus acuto
O re truci nutuq́ homines extinguere poſſet.
V ox autem tonitru longe reſonantior illi
T anta erat/vt quotiens alto clamore tonabat
V ſq́ ad ſauromatas exaudiretur et indos.
M onſtrum immane/potens hominum tot millia aperta
A bſorbere gula/quot ſanguinolenta volebat
S æuities: monſtrum illud erat ſeu bellua partum
V irginis extento cupiens extinguere collo:

C uius ab aſpectu ſumptis diuinitus alis
V t ſacer ægeæ vates canit incola Pathmi,
F ugit ad extremæ loca virgo incognita terræ.
V irgo fuit primo fruticans eccleſia ſæclo:
C hriſtigene ſoboles eius: quos bellua adegit
Q uærere deſertis aliena penatibus arua!
M aximiano autem Conſors regniq́ animiq́
I unctus erat ceſar fundo Phlegethontis ab imo
H auſtus: & in predam tota his data terra duobus
D iluuio humani ſtabat ſubmerſa Cruoris:
N ec tamen has timuit clades hæc aſpera fata
B laſius: at ferrum & flammas ſuperauit & vndam
N on aliter gradiens ſuper æquora q̃ ſuper agrum
L ibera prolatis ferimus veſtigia plantis.
A dſis ſancte tuis/et nos dignare clientes
C uſtodire: nihil nobis Angina nec vlli
O fficiant morbi: tua præſentiſſima nobis
S ic tutela ſalus: tibi mitra corda fuerunt
S emper/et es ſolitus voces audire precantum.
T u nurui reddis Cicurem/ tu guttura verbo
S uffocata aperis: & nos audire memento:
N os inq̃/tua qui quondam memorauimus acta/
I n languore tuas quotiens clamamus ad aures:

DE SANCTA AGATHA.

G Loria ſicaniæ gentis pulcherrima virgo
Diua Agathe nonas menſis tua feſta ſecundi
Sacrauere. Nurus illo votiua ferentes
D ona die veniunt digitis fulgentibus auro:
S ericeiſq́ tuas adeunt in veſtibus aras.
M ens tua marmoribus q̃ ſunt Atlante ſub alto
Q ue ſunt caucaſeo ſub vertice/que ſub olympo/

A tq́ iugis ſub hyperboreis quę fulmina rident
F irmior aduerſis non eſt concuſſa procellis.
I mmutare tuos meretrix Aphrodiſia ſenſus
N on potuit: fruſtrá́ ſuas exercuit artes.
N on nocuit tibi blanda venus/quę ferrea mollit
P ectora/non iaculis armatus & igne Cupido.
Q uæ tibi veſtalis virgo/quæ nympha Dianæ
C onferræ poterit? vel quæ romana pudorem
A equabit matrona tuum? Lucretia cedat:
C ædat & aduerſo Cybelem quæ flumine traxit/
Q uæ Cribro portauit aquas/mandante tyranno/
M itteris in rapidos ignes: tua lactea tortor
V iſcera ſculcauit ferro: tua forcipe dunca
V bera contriuit/laceroq́ a pectore traxit/
C arnifici daris in prædam/velut alba voraci
A gna lupo: primis tua membra tenerrima in annis/
H eu res cruda nimis/ſunt facta doloribus incus.
T unc tibi non Chiron/non natus apolline ſerpens:
Sed Petrus Cœleſte tulit medicamen: & ecce
P riſtina ſanatum rediminit gratia corpus.
A d tua cum centum diuis in veſtibus albis
F unera deſcendit Chriſtus/titulumq́ reliquit/
E t monumenta tuam breuiter teſtantia laudem.
D iua vale/noſtriq́ memor dignare quotannis
N on Catanam ſolum patriam ſiculoſq́ penates/
S ed noſtros etiam veniens inuiſere fines:
E t pacare animos hominum qui ſæua per omnem
I taliam mittunt veſani incendia Martis:

DE CARNISPRIVII MALA CON SVETVDINE

H I c memorare libet quoddam graue tp̄is huius
C rimen: & ipſius ſubiungere Criminis ortum.

Roma lupercales ludos antiquitus iſto
Menſe celebrabat: poſita grauitate per vrbis
Compita curſabant ſtolidi ſine veſte luperci,
Et ſcuticis olidi tractis de tergore Capri
Pulſabant nuruum palmas: quia verbere tali
Pana Deum faciles credebant reddere partus.
Iſta ſuperſtitio leuis hæc inſania noſtros
Tranſijt in mores. Veteris contagia morbi
Hauſimus/& quodam ſimili langore tenemur.
Nam Iuuenes iſtis facit inſanire diebus
Pan Deus Arcadiæ quondam: totaſq; per vrbes
Currere: & acceptis facies abſcondere laruis.
Eſt pudor in facie: facies velata pudorem
Significat læſum: ſciri laſciuia non vult/
Ora tegit: Scelus eſt pauidum/metuitq; videri.
Cuncta ſub ignotis petulantia vultibus audet
Quæ ablegat grauitas & quæ proſcribit honeſtas.
Per fora/per vicos it perſonata libido:
Et Cenſore carens ſubit omnia tecta voluptas:
Nec Nuruum palmas ſed membra recondita pulſat:
Perq; domos remanent fœdi veſtigia Capri.
Hoc quoq; Roma leui curſu gaudebat equorum
Tempore: & in Martis celebrabat equiria Campo.
Altera nil melior nuper dementia venit:
Sordida produxit vetitos Comœdia ludos.
Scorta/ambubaias/balatrones/& paraſytos/
Et genus id reliquos trahit in proſcænia menſis
Improbus: vnde trahunt iuuenilia pectora peſtem
Mortiferam: fiuntq; ipſæ ſine fronte puellæ.
I/pudor in villas/ſi non patiuntur eaſdem.
Et villæ vomicas: Vrbs eſt iam tota lupanar:

DE FESTIS MOBILIBVS. S. PASCHA ASCENSIO. PENTE. TRINITATE ET CORPORE CHRISTI.

HIc immobilibus fas eſt adiungere faſtis
Quos variat tempus: quos inconſtantia lunæ
Hac illac errare facit/modo ſurgere ſero/
Et modo veloci ſolem preuertere curſu.
Nam veluti Cœlo ſunt ſigna erratica/ſicut
Saturnus/Mars/Luna/Venus/ſol/Iupiter/Hermes
Necnon firma/velut quæ nox/ſine nubibus orbe
Monſtrat in octauo: ſic feſta errantia quedam/
Quædam firma ſuam ſemper retinentia ſedem.
Mos erat hebreis/& lex in vertice ſinæ
Tradita conſtituit lunam que frigore pulſo
Duceret æquidij placidiſſima tempora verni/
Primam anni Lunam eſſe noui qui feſta gubernat,
Annus enim duplex ſolymis. Ver incobat vnum/
Alter ab Autũno ducit primordia/quando
Maximus a prima proceſſit origine mundus.
At cum luna eadem completo cornua circo
Iungit & ore micat toto/ſolennia fiunt
Inclyta/que Paſa nomenclat Iudea vetuſtas.
Paſcha vocant noſtri corrupto nomine: & iſtam
Iudaice mendam tulit ignorantia linguæ.
Iſte tamen fluxit grais a gentibus error:
Quæ quod nos patior paſcho dixere: putabant
Quod Meſſiam paſſum audierant ea tempora circum/
Nomen id exortum: noſtro Paſa dicitur ore
Tranſitus/hoc nomen clades ægyptia fecit:
Nam cum primitios diuina potentia partus
Percuteret (noti annales de cladibus illis
Aegypto illatis/vt rex manſueſceret) alta

Nocte Deus feriens tranſiſſe per oppida fertur:
Taliaq́ʒ a Caſu fluxere vocabula triſti.
At bene conueniunt paſchali nomina feſto/
Quando quidem Chriſtus melioris Conditor æui
Tranſijt ad manes & ad infima tartara primum/
Mox ad regna patris feriens ægyptia tecta
Hoc eſt ſacrilegos ritus ac templa deorum
Quos tulit ægyptus: nam gens ea perdita diuos
Multiplices finxit/nomen preſtare Deorum
His quoq́ʒ quæ ratione carent animantibus auſa/
Nedum homini: tanta impietas genus illud agebat:
At neq́ʒ nobiſcum celebrant ſolemnia verpi
Hæc Canaanicolæ: verum celeberrima noſtro eſt
Solis prima dies oriens poſt Azima ritu.
Sic priſci ſanxere patres: mutata parumper
Lex ea: & iſtius fuit obſeruantia feſti.
Noſtra dies etenim quandoq́ʒ recedit ab illa
Longius: induxitq́ʒ nouas eccleſia leges
Deſtituens Cyclos veteres/peregrinaq́ʒ ſcita.
Pontifices etenim romanæ antiquitus Aulæ
Semper ab Aegypto tempus paſchale ſolebant
Diſcere: & illius gentis documenta tenere.
Iſta ſed ætherios motus & ſidera docti
Altius explorent/ſummuſq́ʒ arcana ſacerdos.
¶ Luce quaterdecima poſt hæc ſolennia Chriſtus
Iuit in elyſios campos regnumq́ʒ paternum: &
Iſtud ab Aſcenſu traxit cognomina feſtum.
¶ Cum ſoles aurora decem ſuperaddidit/adſunt
Tempora diuino quæ ſunt illuſtria vento:
Et decades luci fecere vocabula quinq́ʒ.
Prima dies ſolis Trino eſt ſacrata Tonanti.
Prima Iouis/clauſo panis ſub imagine Chriſto.

Sed tamen hæc alibi rurſum memoranda relinquo:

DE QVADRAGESIMA.

Sanctũ paſcha volẽs veterum prudẽtia patrũ
Reddere nobilius dignoq; attollere cultu/
Subiunxere dies atros/ & tempora longa
Dura fame: poſtq̃ Chriſtus ieiunia fecit
Exemplo veneranda ſuo/ cum flumine tinctus.
Iuit in excelſi deſerta cacumina montis:
Atq; quaterdenos vltra ſua prandia ſoles
Diſtulit expoſitus vento gelidæq; pruinæ.
At quia lux ſolis nunq̃ ieiunia ſeruat
Chriſtus enim dedit hunc illi rediuiuus honorem/
Sex iunxere dies hæc ad ieiunia ſancti
Pro totidem quos hæc fugit obſeruantia / patres
Prætereo tris hebdomades/ quas addidit iſtis
Religio/ quia vim legi dare noluit vſus:
Vſus enim firmare poteſt & frangere leges
Temporis iſtius tetrici nimiumq; ſeueri
Prima dies cupiens infrenem extinguere luxum
Mane ſacrat cineres/ turbiſq; ad templa vocatis
In caput effundit/ memoratq; nouiſſima fata.
Adde q; aſſidue vir religioſus in alto
Pegmate declamans hominum vicioſa ſeueris
Acta premit cilijs: & acerbo crimina vultu
Diſſipat ad Cœlum reuocans mortalia corda.
Tum quoq; preterito quicquid peccauimus anno
Pandimus: & veluti qui triſte hauſere venenum
Irritare ſolent vomitum de cordibus imis
Reijcimus turpes curas & noxia vota.
Mox vbi paſchali rutilant altaria luce
Imus ad extremæ Chriſti conuiuia menſæ.

Hæc ſtudia/hi mores/hec regula temporis huius.
Hinc abeant menſæ pingues/obſonia craſſa.
Prandia viſceribus ſint Pythagorea relictis:
Viſcera damnantur: prodire legumina & herbæ
Incipiunt: Genius friget/gula languida mœret.
Non tamen illicitum piſces adhibere minutos:
Gregorius grandes probibet: ſed longior vſus
Obſtitit: & ponti pecuaria magna per omnes
Iam volitant procerunt menſas & prandia regum.
Sordida Gregorij leges obſeruat ægeſtas/
Quæ tenues ſcrutatur aquas & flumina ſumma:
Grande ac pingue pecus fundo verſatur in imo.
At ſacri proceres qui lina capacia Petri
Altius immergunt laqueant genus omne natantum.
Hoc tempus quo plus creſcit finiq́ propinquat
Sanctius eſt/& plus ſemper pietate redundat.
Quinta dies ſolis/quia tunc recitare ſolemus
Hiſtorie partem Chriſtum quæ limina templi
Euaſiſſe refert et ſe in ſecreta tuliſſe
Tecta metu/triſtes delubra per omnia cantus
Incohat/& magni reſerat preludia planctus.
Tum Crucibus mos eſt clauſis abſcondere Chriſtum:
Indicioq́ grauem tali memorare tumultum.
Sexta ciet pompas/& cum viridantis oliuæ
Frondibus & palmis ſimulat fallacia quædam
Gaudia/læticiæq́ breuem mutabilis vmbram:
Chriſtus enim poſtq̃ ſtygio reuocauit ab orco
Lazareos manes ſolymam paſſurus ad vrbem
Venit/& a turbis tanto ſuſceptus honore
Pontifices crudeli odio ſtimulauit & ira.
Iſtius hebdomadis celebrat lux quinta ſupremas
Chriſti epulas/& tot ſancte myſteria Cœnæ.

Sexta aperit vexilla Crucis: Corpuſq; cruentum
Tollit & afflictis lachrymas e cordibus haurit.
Ille amor: illa Dei pietas tam feruida & ardens
Ad mortale genus voluit ſe extendere tantum.
Prætereo gemitus Nuruum lamentaq; matris
Immanes motura feras/ Comiteſq; fugatos/
Confuſãq; domum Chriſti: ſuſpendia Iudæ.
Tum pius ablutum corpus Nicodemus & vnctum
Adiutore Ioſeph grandi ſub marmore clauſit:
Prætereo lapides fractos: ſine lumine ſolem:
Cæteraq; in vulgus terras iam miſſa per omnes:
At non pretereo Chriſti q̃ tempore paſſi
Hæc extra depulſa ſuam ſolemnia lucem
Miſit in auroram demens Iudæa ſequentem:
Nam quotiens Triuiæ ſidus mutabile feſta
In Veneris fert iſta diem/ ſynagoga propinquam
Traijcit in lucem/ ne feſta ſequentia turbent.
Poſt opus exactum/ poſt conſumata ſalutis
Sacramenta dies ſubter caua ſaxa quietem/
Septima conceſſit Chriſto velut ante loquutus
Fatidicus Moſes orbis dum ſcriberet ortum.
Interea ſtygerem ſubter penetrauit auernum
Libera mens: cæcoq; manens in limine ad vmbras
Clamauit/ reſerate domos/ attollite portas/
Reddite captiuam (redeunt noua ſæcula) gentem.
Ex templo patuere fores: vox iſta per omnes
Inferni eſt audita ſinus/ obmutuit ore
Cerberus attonito: rapuit ſe in tartara Pluto
Intima/ cum Plutone canes/ vmbræq; ſilentes
Nyctimenæ ſimiles piceas fugere per vmbras.
Ipſe etiam Iudas ſtygiæ nouus incola noctis
Vt breuis incuruos felix qui euaſerit vngues

M uſculus in foricas alti properauit Auerni:
A t ſinus Abrami vox eſt vbi cognita/magnos
E xtulit applauſus tota cum prole nepotum
Q ui ſtyga neſcierant: Primi exiuere parentes
I am nati tot ſæcla dies quot vidit in alto
V ertice ieiunus cadere atq; reſurgere Chriſtus
A gminibus tantis victo ſtipatus Auerno
S candit/& abſterſa mortis ferrugine corpus
S uſcipiens ſubito clauſtris erupit apertis.
A ltera nox poſt fata diem ducebat & altus
L ucifer ex primo ſtellas oriente fugabat.
I ſtam paſcha diem veteres dixere Pelaſgi.
P aſab vocant ſolymi: ſicut memorauimus ante.
H ic tandem accipiunt finem ieiunia: pubes
L æta reſurgenti celebrat ſolemnia Chriſto.
C onueniunt ad templa Nurus: maturior ætas
T ota cobit confeſſa humili ſcelus ore/lauanſq;
C um lacbrymis anno cõmiſſa piacula toto/
V ltima cœnantis venit ad conuiuia Chriſti:
Q uæ modo præteriens alias dicenda relinquo.
T um quoq; ſupplicijs & ſacræ aſpergine lymphæ
V iſcera ſacrifici luſtrant epulanda miniſtri/
A tq; alias hæc ante dapes ientacula mandunt
C hriſtigenæ: tali claudunt ieiunia ritu:

DE TEMPORIBVS VERIS.

O ſt Cineres primi ſecum ieiunia portant
P M ercurij/Veneriſq; dies/quibus adde ſequẽtis
F alciferi lucem: Namq; inſtituere Parentes
T alis vt in partes anni tranſfuſa quaternas
R elligio/nobis felicem redderet annum.
Q uattuor hæ partes ſunt Ver/Autũnus/Hyemſq;/

O raq; pampineis Aeſtas vmbrata Coronis:

DE MVTATIONE VIGILIA. IN IEIVNIA.

I D quoq; nam ſcitu locus eſt digniſſimus / addã
Quod noſtri in tẽplis Atavi vigilare ſolebant/
Excubiaſq; pati ſolemnia mane ſequenti
Feſta recepturi:morem noua ſuſtulit ætas.
Nam quia nox ſceleri ſolet eſſe occaſio/et illud
Obſeruant qui furta volunt cõmittere tempus/
Ieiunare diem viſum eſt ſapientius illam
Quæ preit/ & clauſo noctem dormire cubili.
Hæc ita decerpſi curſim pro tempore:tractis
Altius Antemnis/ad non vaga feſta reuertor

DE SANCTA APOLLONIA.

G Loria fœminei ſexus Nilotica Virgo
Quæ capis antiquo veniens ab Apollinenomen
Nona dies menſis tibi conſecrata ſecundi
Lampadas accendit/flammis & odoribus aras
Lætificat:magnoſq; tibi perſoluit honores:
Tota tuas celebrat modulans eccleſia laudes.
Et coniuncta choro ſalientibus organa pulſat
Articulis pſaltes:reſpondet ad organa cantus/
Aerios contra lemures regemq; profundi/
Romanoſq; deos/maieſtatemq; Senatus
Et tanti molem imperij duce bellica Chriſto
Signa ferens audes toti te opponere mundo:
Dij veteres qui ſentimanos vicere gigantes
Te trepidant:faber ille Ioui qui fabricat arma
Ignea/in etneis qui fulmina temperat antris:
Te fugit:ipſe Deum fingit quem fabula regem
Triſtis & attonitus non fert tua Iupiter ora.

Per te victa Venus totiens exire latebris
Te preſente timet/fictoſq; oſtendere vultus.
Tu Coleris/tu templa tenes/tu ſidera calcas.
Illi habitant ſtygias ſine maieſtate paludes.
Non tamen ad tantos facilis via duxit honores/
Nec te lenta quies/nec deſidioſa voluptas
Ad tantum decus euexit: tua concudit ante
Ora ſilex/dum fert ægre tua verba tyrannus:
Verba Iouis probrum Chriſti reſonantia laudem.
Dum ſermone Deos laceras/& numina falſa
Deſtruis/iſtud opus ſuperos ita mouit/ vt omnes
Annuerint vno cilio tibi cœlica tecta.
Hei mihi quis dolor ille tuus cum marmora dentes
Excuſſere tibi? Cum membra tenerrima flammæ
Vndantes ſubito volucri clauſere volatu?
Has tua per ſyrtes iuit ratis/ iſta charybdis
Inſidiata tibi eſt: hac tempeſtate carinam
Mergere Dij voluere tuam/miſeratus olimpus
Te in duro poſitam caſu ſua longua tetendit
Brachia: & ex illo rapuit te turbine in aſtra.
Diua precor faueas rebus mitiſſima noſtris/
Et ſenio miſerere graui/miſerere ſepultæ
In varijs vitæ ærumnis. iam veſpera noſtram
Eſt clauſura diem: cum tempore labitur ætas
Precipiti curſu: cæcas poſt fata tenebras
Ne incurramus ades/noſtro ſuccurre periclo.
Iliacum Iuuenem fugiens titania lampas
Ingreditur piſces: ſurgunt cum piſcibus aſtra
Andromedæ curuoq; genu/quæ incumbit imago
Herculis/Engonaſim dicunt/& raptus ab vndis
Cetus/& octauo ſedem.ſortitus in orbe/
Tempora grata ferens aperire Fauonius arua

I ncipit/& tepido violis applaudere vento.
I am ſatio vicina fabis. Grus ordine longo
C um clangore volat: proiectaq; ſemina campis
E ſurit: e lingui venit alba Ciconia roſtro.
P aſtina fert humeris olitor: conſiderat hortum:
E t reparare nouo vult mortua gramina cultu.
S ic vtinam nobis animi reparentur: & in nos
S anctus ab excelſo Zephyrus labatur olympo.
O Virgo tot functa malis de faucibus orci
E ruta/& in ſummo quæ nunc trahis ocia mundo.
N os ægros & adhuc corpus mortale ferentes
A uxilio dignare tuo: maneſq; coherce
I nfeſtos nobis ſæui Plutonis ob iram.
C lementes extende manus: animæq; ſub iſto
P ondere anhelanti ne ſuffocemur/adeſto:

DE SANCTO IOHANO HOSPITALI.

I M berbis Iohanus adhuc lanugine prima
I am fruticante agros ſaltuſq; Agitare ſolebat/
V enatuq; ferum pecus exercere frequenti.
D umq; per anfractus & teſqua per inuia tendit
I ncidit in Ceruum/cuius deus ora mouendo
T alibus inſonuit verbis. Iohane parentum
I nterfector eris: ſcelus hoc euadere tenta.
I d meditans ſimul atq; timens longinqua petiuit
Littora/ne caſu ſcelus hoc incurreret vllo.
E t quia fortis erat Martiq; aſſuetus & armis
C ontinuo illius domino regionis adhæſit:
A tq; breui/dum depoſita formidine laudi
S eruit: & ad ſummum bellando aſpirat honorem
C lara duces inter primos ſibi nomina fecit.
C onnubio demum preclaræ coniugis auxit

Prole domum naturam hominum moremq́ ſequutus.
Talia de nato ſimulac ſciuere parentes
Accenſi pietate pari ſtudioq́ videndi/
Inuaſere viam: longiſq́ laboribus illuc
Appulſos abſente viro/ gratanter in alta
Tecta nurus ducens/ proprio dignata cubili eſt.
Mane autem feſſos dum ſub lodice teneret
Somnus adhuc ſoceros cum ſe in delubra tuliſſet
Ecce vir ex agris rediens thalamumq́ ſubintrans
Perpendit lecto geminos accũbere: dumq́
Credit adulterium/ furiata mente parentes
Enecat infelix/ & pectora ſancta cruentat.
Et ſic fata viam ſceleri inuenere patrando.
Vidit vt vxorem ſacro rediĳſſe peracto/
Atq́ ſuos didicit lecto recubare parentes/
Obſtupuit: facinuſq́ animo defleuit amaro.
Et placare Deum cupiens diſceſſit ab armis.
Ac prope torrentis ripas vbi magna ſolebat
Turba inopum ferri/ rapidoq́ in flumine mergi/
Conſtituit tectum/ quod pretereuntibus eſſet
Hoſpitium cõmune dicans ſeq́ & ſua tali
Officio gratis: Coniunx cum prole ſequuta eſt
Sponte Virum: cum vellet ea migrare relicta
Non tulit antiquæ pietas diuortia vitæ.
Manſit in his operis vſq́ ad ſuprema ſenectæ
Tempora. Tum veniens ægri ſub imagine ab orbe
Stellifero diuorum vnus poſt debita vitæ
Subſidia & morbo certis accepta diebus
Se confeſſus ait gaude Iohane: redemit
Te pietas: Diuina tibi Clementia parcit.
Dixit, & in Cœlum paſſis ſe ſuſtulit alis.
Ipſa quoq́ e membris egreſſa ſenilibus vmbra

S ancta viri terras tandem mutauit olympo:
C um februi biſſena dies decurreret/ ipſo
V eris in ingreſſu: quem ſol iam fecerat auctis
V iribus auſtrinæ rediens a cardine terre.
O fficiꝫ nomen retinet poſt funera: namq́
S eruijt hoſpitibus/cognomen ab hoſpite ſumpſit:

DE SANCTIS FAVSTINO ET IOVITA

Rixia Fauſtinum genuit Comitemq́ꝫ Iouitam
B I ſte miniſtrabat ſacris/erat ille ſacerdos.
A mbo faces fidei claræ radioſaq́ꝫ morum
L umina ſanctorum/ Cū rex Adrianus haberet
I mperium dominans lata ditione per orbem.
H os horrenda duos/dum vult extinguere Chriſtum
E t ſeruare Iouem/fecit ſpectacula Ceſar
V rbibus & populis quot ſunt a fontibus Oli
S ebinoq́ꝫ lacu procul vſq́ꝫ ad Thybridis amnē:
N am ſecum quocūq́ꝫ ibat crudelia corda
E xaturare volens pœnis & ſanguine Diuum
A ere catenatos quaſi bruta obſcœna trahebat:
E t cruciatu ambos paſſim afficiebat atroci.
I n patriam demum miſſi/cum vincere poſſet
I ngentes vis nulla animos poſt mille viarum
C arceris & famis ærumnas/poſt proba/ minaſq́ꝫ/
V erbera/vincla/feras/ignes/ capitale tulerunt
S upplicium/Februo iam decreſcente/ dieſq́ꝫ
P oſt decimum quintus cum perueniſſet ad ortum
S icq́ꝫ triumphato cœleſtia regna tyranno
A ccepere/velut grais florentibus olim
R obore qui forti viſiſſet olympia / ſignum
P erpetuæ laudis querna de fronde coronam
A ccipiebat: & hoc illis decus eſſe ſolebat/

Non minus/ac Romæ fuerint poſt bella triumphi.
Non referam quotiens atro de carcere clauſis
Traxit eos valuis virtus diuina: ſilebo
Sancta miniſterio niuee tranſlata Columbæ
Liba/quibus ſuberat panis ſub imagine Chriſtus.
Prætereo baptiſma datum cœleſtibus vndis:
Nam quia non aderat lympharum copia/Nimbus
Affuit: & ſubitum nubes defluxit in imbrem
Hæc & plura breui non attingenda relatu
Tranſeo: venturi facient hæc cognita Vates:

DE CATHEDRA SANCTI PETRI.

P Etre gubernator noſtræ ſanctiſſimæ Cymbæ
Luce bis vndecima vernas Februarius auras
Spirat/& exultans ſecum tua feſta reportat
Quæ veteres noſtræ gentis dixere Cathedram.
Nominis iſtius paucis oſtendere cauſam
Præſtat: & annales priſcarum euoluere rerum.
Vrbs antiqua potens opibus longe inclyta magno
Nomen ab Antiocho ducens qua currit Orontes/
Eſt ſita/in aſſyriis vrbs florentiſſima campis.
Huc Chriſti primæua domus conuenit ab omni.
Iudea ſolymæ fugiens odia aſpera turbæ.
Hic ſibi cognomen Chriſti de nomine tractum
Impoſuit: quod mox totum migrauit in orbem.
Neu foret excipiti Creſcens eccleſia Vulgo
Par/fecere gregis patrem ſummumq; magiſtrum
Ionigenam Petrum: ſacraq; in ſede locarunt
Communi conſenſu hominem: ſedemq; ſenatus
Pauper & aſtantes appellauere Cathedram.
Nomen id argolicum: quod iam romana recepit
Lingua: quod Europa nunc eſt venerabile tota:

Ipſa magiſterium diſciplinamq́ paternam
Significat ſedes: ſub qua ſubſellia vulgus
Accipiunt legis documenta audire paratum.
Ergo ſacerdotum ſemen regale genuſq́
Pontificum ſolio populi venerantur in iſto.
Ite reuertentem ſolenni more Cathedram
Suſcipite antiquos ritus abolere Deorum
Solliciti: gentes quando regnabat Apollo
Iupiter & Mauors iſtis conferre diebus
Ad tumulos/tanq̃ manes ſilicernia poſcant/
Solennes epulas/& adorea liba ſolebant.
Inter ſarcophagos fumabant viſcera plenis
Lancibus: & nigri ſtabant ad buſta lebetes:
Atq́ coronati flauo crateres biaccho.
Iſta ſuperſtitio ducens a manibus ortum
Tartareis ſancta de relligione faceſſat
Chriſtigenum: viuis epulas date/ſacra ſepultis:

DE SANCTO MATTHIA.

Atthia donate Deo/Sic nãq́ latino
M Diceris eloquio: lingua Theodorus achiua/
Nomina res ſequitur: nam cũ poſt funera Iudæ
Sacrilegi vellet fractum reparare ſenatum
Et numerum ſupplere deus/te lumine fuſo
Cœlitus, & radijs circum tua tempora miſſis
Illuſtrauit: & hoc dignum monſtrauit honore.
Hæc ſors illa fuit quam coram patribus olim
Te ſupra cecidiſſe ferunt. apparuit iſto
Indicio quidnam de te ſentiret olympus.
Propterea lux hæc Martis vicina Calendis
Eſt ſacrata tibi: Quotiens adiungitur iſti
Vna dies menſi: quod fit cum quattuor annos.

Atropos occarit/vigeſimaquarta locanda eſt
Semper.hyperbolicæ ſedes ea debita luci.
Præter enim bis ſex menſes ſex continet horas
Annus: & ex iſtis quarto ſubnaſcitur anno
Vna dies horis ſexto finita Calendas
Martis: & hinc menſis vigeſimaquarta ſecundi
In geminas lux verſa dies bis ſexta vocatur.
Idq́ ideo talem nomen tranſfudit in annum.
Iulius hoc Cæſar diſtinxit tempora quondam
Ordine: & in partes diuiſit quattuor annum.
Quæ redeunt verſo ſua per veſtigia curſu.
At Deus in finem qui dirigit omnia/parti
Officium dat cuiq́ ſuum. Nam frigore pulſo
Attribuit Veri flores exordia frugum.
Primigenas autem fruges ſibi vendicat æſtas:
Vt Corylos/pyra/pruna/Cicer/frumenta/fabaſq́:
Cætera ad Autũnum veniunt. At feſſa ferendis
Frugibus hyberno tellus ſub frigore dormit:
Ac reparat vires: & fit fœcunda cubando.
Contigit id preclarum illud dignumq́ notatu/
Quod veluti patrum numerum ſuperadditus auges
Sancte Senex/ſic quæ menſem producit & auget
Lux tibi ſorte datur: poſitus pro limite talis
Sol tuus augumenti fit caſu illuſtrior illo.
Sed mirum eſt quod fama refert/hunc ſcilicet annum
Ominis eſſe mali: ſolitumq́ offendere fruges:
Atq́ hominum varios infortunare labores.
Tum male depangi vites male ſemina ſulcis
Rura putant credi/pecoris male pignora naſci:
Semina pomorum pedibus conuerſa ſupinis
Et capite in terram memorant adoleſcere miſſo.
Sæpius audiui cum quis dare rebus agendis

P rincipium vellet/dici meliora require
T empora/hyperbolico fruſtra conaberis anno:
N il tamen interpres Cœli/nil tuſcus Aruſpes
N il magus inuenit/quod dici debeat huius
C auſa mali: quod virus agat tam triſte per orbem.
Q uo fit vt errorem nugis vulgaribus iſtum
A ttribui debere putem. felicior iſte
I udice me credi debet: quia longior annus
S cilicet in ſyluis arbor magis ardua fertur
D ignior: in caulis taurus preſtantior alta
C ui ceruice magis caput a tellure leuatum eſt
G rana magis laudant quæ ſunt maiora Coloni
H æc mala ſaturno quidam tribuere putantes
S idus id infeſtum terris diſcrimina in annos
T alia conſuetum ſemper tranſfundere quartos:
S icut & in febri quam fert ſaturnius humor.
M ittitur in quartum morbi violentia ſolem.
S ed tenebras palpant: cœcoq́ʒ errore feruntur.
Q uiſquis enim neſcit rerum dignoſcere cauſas
E ffectus/vt ſcire aliquid videatur / olympo
I mputat: ignorans iſtis defenditur armis.
S i tamen occulti quicq̄ fortaſſe veneni
A nnus habet: Tu ſancte pater qui ſidera calcas
E t ſuper excelſi reſides curuamina mundi
H is occurre malis/talemq́ʒ interfice peſtem
D e fato non vna tuo ſententia patrum:
S unt qui pacifica dicant te morte receptum
I n ſuperos: ſunt qui romano more ſecuri
P ercuſſum exhalaſſe animam/cum ponere nolles
S acra Ioui memorent: omnes vno ore fatentur
T e poſtq̄ longe ac late Iudea per arua
P erq́ʒ paleſtinas vrbes ſyriaq́ʒ per omnem

E rraſti Chriſto famulans in ſidera ſumptum.
A ſpice nos igitur Cœli de ſedibus illis
Q uas habitas: hodieꝗ̃ meas bonus accipe voces:
A tꝗ̃ tuam facias in nos deſcendere ſortem:

F I N I S.

DE SANCTO CYRILLO CARMELITA.

Artius ingreditur Martis de nomine dictus
C uius vt annales ꝓhibent/fuit īclyta ꝓles
M Romulus: a Nato pr̄ hūc accepit honorem.
N ūc enigma vetus quo gignere filia matrē
D icitur, explanat tempus: nā filia lymphæ
E ſt glacies/quæ nunc verſo parit ordine lympham.
N unc quoꝗ̃ montanis labens de rupibus amnes
N ix onerat: telluſꝗ̃ gelu durata luteſcit/
D epoſuit canos atꝗ̃ ora ſenilia mundus:
P ubeſcitꝗ̃ iterum. Zephyrus vitalibus auris
P eruolitat campos: & mille coloribus arua
P ingit: apes gaudent/iam ſylua repullulat/herbæ
I am fruticant: proliꝗ̃ domos metatur Hirundo:
I ndulgent ſoboli volucres: & carmine rura
O mnia letificant: fuerit cum Lucifer ortus
V ndecies nobis/Aries Hiperione gaudens
H oſpite diſcludet ſtabulis armenta gregeſꝗ̃:
A equabitꝗ̃ diem nocti lucemꝗ̃ tenebris.
E t cupiens ſolem pote qui tenet inter olympi
L umina primatum/regali incœdere pompa
A lbeſcente die primo cum ſurget ab ortu
S ecum aget inſignes ſtellas/Oriona, & Argo,
A urigam/ſeptem nymphas Atlantides/Aedos/

Et Iouis altricem/nebulas quæ genuit imbres.
Huius vt ad Diuum redeam ſolennia menſis
Sexta dies Cyrille tuum venerabile nomen
Cõmemorat/ſacraſq́ tibi famulamur ad aras.
Te ſacro dignum pietas celeberrima cultu
Et doctrina facit geminæq́ peritia linguæ:
Graius eras doctus primum precepta Lycæi/
Quicquid habet frugum ſapiens Academia/quicquid
Porticus a varijs nomen ſortita figuris
Poecila verſaſti ſtudioſæ in flore Iuuentæ.
Nec diuina tibi minus explorata fuere
Scrinia cum flores in frugem tranſtulit ætas.
Inclyta Carmeli traxit te gloria montis
Longius, & fecit peregrina inuiſere regna:
Vulgares igitur fugiens moreſq́ domoſq́
Vertiſti ad ſolymos & corda & vela penates.
Cæſareæ mons eſt in finibus æquora propter
Vertice ſublimi ſurgens in ſidera ſyluis
Vndiq́ crinitus/ſtatio placidiſſima ſemper/
Nam cum friget hyems & ſolis & æquoris æſtum
Accipit: æſtatem frigenti temperat aura:
Helijæ magni quondam domus/illius inq́
Helijæ qui viuit adhuc vbi naſcitur Eurus.
Sanctificat locus hic homines/noua corda/nouoſq́
Influit affectus/hic ſunt ergaſtula vitæ
Simplicis & mundæ qualem vixere parentes
Ante nefas primum. Diui labuntur olympo
Sæpius/& ſanctis habitant cum patribus: Ergo
Argolicis illuc nauit Cyrillus ab oris.
Nec mora longa fuit/Diuum conſortia nactus
Euaſit diuinus homo: Cum ſacra litaret
Mane ſub Auroram ſacra veſtitus ab olla

(Res miranda)puer fulgenti ſplendidus ore
Aſtitit ante virum liquidis ſuſpenſus in auris:
Argentumq́ꝫ docens annorum fata ſequentum
Protulit: & manibus pronis demiſit in aram.
Adijciens: Deus iſta tibi ſecreta reuelat
Sancte pater: tu fac populis ea nota latinis.
Continuo mutans romanis attica verbis
Nomina ad Abbatem ſiculum tranſmiſit: & ille
Confeſtim in Latium ſcholijs ad ſingula iunctis/
Quæ ſuperant/& habentur adhuc/paſſimq́ꝫ leguntur:
Tu poſtq̄ꝫ probitas tua ſe virtutis in altum
Felici profectu apicem prouexit ab ipſa
Gente tua factus paſtor Cōmunis habebas
Ius ſuper Helijæ totum genus/omnia iuſſis
Parebant ſemnæa tuis aſiana per arua.
Tunc noſtros Europa patres non nouerat. Inter
Aſſyriæ montes loca per deſerta latebant/
Per ſiluas Arabum/Nili ſtagnantis ad amnem.
Aſt vbi barbaricæ gentis violentia tandem
Chriſtigenas omnes illis a finibus egit
Annauere Cyprum/Cretam/ſiculoſq́ꝫ penates:
Et ſenſim Europam ſe ſe effudere per omnem.
Sarmaticos habitant agros per Cimbrica viuunt
Littora/per terras magno quas gurgite cingit
Oceanus fines vſq́ꝫ ad glacialis Hybernæ/
Vſq́ꝫ ad Olyſponem/terras quæ terminat omnes.
Tu vero venerande Pater per medica cum iam
Regna/per Armenias vrbes/parthoſq́ꝫ per omnes
Vndiq́ꝫ ſparſiſſes diuini ſemina verbi
Attritus grauitate æui grauitate laborum
Ad ſtata perpetuæ migraſti gaudia vitæ.
Aeternum vale/& eſto tuæ cuſtodia genti:

DE SANCTO GREGORIO.

C Vrrite paſtores ouium/quæ paſcua tondent
Cœlica/quæ Chriſti fontes & flumina potãt
Currite: Gregorius Romanæ maximus vrbis
Paſtor adit ſuperos: totus lætatur olympus.
Hæc Martis biſſexta dies. iam duxit Apollo
Frigore ab hyberno meliora ad ſidera currum.
Inſignis pietate pater fugitiua relinquens
Gaudia/& ad Cœlum nixu conuerſus anhello
Vela dedit/noſtroq; ratem de littore ſoluit.
Nomina/rura/domos/terrena peculia vendens
Emit opes immortales. patrimonia factis
Grandia Cœnobijs (meminit Trinacria roma,
Helia ab antiquis Luza appellata) reliquit.
Sic diues/ſic factus inops: & viuere adortus
Cœleſtem vitam in terris conſortia Diuum
Emeruit: Sicut quando ſub imagine Nautæ
Naufragium paſſi matris cratera recepit
Angelus: & rurſum quando inter prandia finxit
Nunc Iuuenis/nunc ora ſenis: cum ſacra litanti
Ante oculos Romæ Diui reſponſa dederunt.
Et cum romanæ poſt tot crudelia gentis
Funera Cæſarei reſidens in mole ſepulchri
Angelus abſcondit rutilantem Cæde Machæram.
Altus erat: fecit ſe humilem: potuitq; putari
Decoxiſſe: tulit piceo veſtita cucullo
Tempora/purpureas veſtes perteſus & aurum:
Sed quanto magis ima petit/tanto altius alis
Præpetibus fertur virtus eſt lucida: ꝗ̃ ꝗ̃
Non velit apparet: ſoliq; ſimillima mittit
Per rimas tenues radios: ſeq; indicat ipſam.

A t quid opus multis? Petro ſucceſſit: & alto
I n ſolio reſidens faſtum neſciuit: & ægra
M ente tulit ſummum tanq̃ graue pondus/honorem.
O re/manu facundus erat. monumenta ſuperſunt
P lurima: fatur adhuc: nec fari deſinet vnq̃.
H ic docuit cantare choros: meliciſq; animauit
V erba notis: ſacriſq; dedit formamq; modumq;.
C ompoſuit mores hominum: ſua ſæcula fecit
S ancta: ſacerdoti decus vſq; in ſidera miſit.
S ancte Pater Cymbæ cuius proreta fuiſti
A tq; gubernator/faueas: Scyllam atq; Charybdim
N unc legit: aduerſo ſyrtes nunc remigat Euro.
H ac quoq; luce Cruor chriſti quem Mantua ſeruat
A ndrea monſtrante locum per multa cubanti
S omnia Adalberto/ſcrobibus veniſſe ſubactis
D icitur in lucem/qua tempeſtate Beatrix
I nclyta Mintiadum campos vrbemq; tenebat

DE SANCTO LONGINO

S V nt qui Cappadocem: ſunt qui teſtant̃ Iſaurũ
T e armorum Longine decus. Tu bella gerebas
T empore quo nobis proles diuina ſalutem
A ttulit: ipſe ſuas Mauors tibi dedicat Idus.
O ctobris vero decimum tibi Græcia ſextum
T ure diem celebrat/multoq; illuminat igne.
R ege ſub Auguſto ſub ſucceſſore fuiſti
C enturio. Demum in foribus cum lenta ſenectus
I am foret/ad Chriſti crudelia fata cohortem
I am lippis duxiſti oculis & lumine tardo.
T u cæcus non mente minus q̃ corpore ſanctum
L ancea & admoto pectus mucrone petiſti:

Inde Cruor confuſus aquis baſtilia circum
In digitos lapſus tetigit cum lumina/morbum
Suſtulit: iſta Deus collyria miſit: vt atram
Ex animo/ex oculis fugiens Aoraſia nubem
Secum ageret: vitæq; daret te cernere fontem.
At cum vidiſſes ſolem ſine luce ſepultum
In tenebris/clauſamq; diem ſtellaſq; per altos
Apparere polos/colliſaq; mormora frangi
Atq; ſolum tanq̄ pelagus nunc ſurgere in vndas
Nunc cadere alternis/volucres neſcire volatum
Præcipiteſq; dari/te abiecta protinus baſta
Cum gemitu & lacbrymis in talia verba repente
Prorupiſſe ferunt: fuit ab/fuit iſte Tonantis
Progenies noſtro quæ ſe veſtiuerat ore:
Et nos inſenſati bomines neſciuimus illum/
Quem mō deplorant elementa & marmora & aſtra.
Orbe peragrato demum Cbriſtoq; per omnem
Diuulgato Aſiam cum pontica regna petiſſes
Emiſti Elyſios effuſo ſanguine Campos.
Nam Iudea tuum gens atrociſſima grandi
Eſt precio mercata caput: nec mente quieuit
Donec in Aſſyrios illud de littore vidit
Tranſlatum ſcytbico/Syriæq; per oppida miſſum.
Sic voluit crudele odium ſaturare tuendo,
Atq; ſuum tam dulci eſca lactare venenum.
Tu tandem caput ipſe tuum ſine bonore relictum
Diceris in ſomnis viſu monſtraſſe carenti
Fœminæ/& inſigni tumulo iuſſiſſe recundi:
Et Nurui functæ tali pietate ſubinde
Reſtituiſſe acies/ac propulſaſſe tenebras.
Sæcula poſt aliquot tua ſunt tranſlata per vndas
Corpora in Italiam Cbriſti cum ſanguine ſacro

A d Crucis excelſæ quondam veſtigia lecto:
A tq; in vaſe breui tecum poſt fata ſepulto.
V ltima diuino ſedes tibi Mantua nutu
H oſpitiumq; fuit/mediјs vbi mœnia in vndis
D icitur antiquus quondam poſuiſſe Bianor.
H ic requieſcis adhuc:tua ſunt coniuncta duorum
O ſſibus oſſa virum:qui te dum bella gerebas,
D um noua per varias Chriſti miracula gentes
S edulus inuulgas ſunt vſq; in fata ſequuti:
E t tecum poſt fata iacent.Cõmunibus ergo
S upplicijs Diui noſtros ſeruate Penates:

DE SANCTO IOSEPH.

A nƈte Faber veniens ab hebrei ſanguine regis
S Q ui fuerat paſtor:tua ſunt natalia noſtris
A ddita(ſic ſtatuit patrum prudentia)faſtis:
T e Deus in terris ex tot mortalibus vnum
R epperit/arcani fieres qui conſcius alti:
C ui bene virginitas magnæ ſanƈtiſſima Matris
C ui bene Cõmitti diuinæ infantia Prolis
P oſſet/& alterius ſæcli ſurgentis origo.
H uic tua q̃pta foret nobis cognoſcere fas eſt
I ntegritas:tua perſpicuis Deus intima corda
I nſpiciens oculis culpæ veſtigia vidit
N ulla/nec indicium ſcabræ rubiginis vllum.
F elix officio tali felicior illo
S yncæri candore animi/quem Reƈtor olympi
I ntuitus ſubito ad tantos te aſſumpſit honores.
T e tamen omnipotens talem formarat vt eſſes
B aiulus & cuſtos ad munera idoneus illa.
I ſta tibi vt diuis qui ſcire pericula poſſunt
C õmunis tutella fuit.facienda monebant

Ipſe capeſſebas animo iuſſa omnia forti.
Ipſi aderant quando nilotica rura petebas:
Quando poſt cædem infantum lamentaq; matrum
Quæ penetraſſe polos & olympica tecta feruntur/
Inde reuertebas in auernum herodibus actis.
Poſt decimam lux nona tua eſt: tua templa ſacerdos
Velat/ & ad numerum tibi tinnula verberat æra.
Verrit humum: legit areolis noua gramina tonſis:
Et poſtes vernare facit/ frondere columnas.
Albentes ſplendere aras/ redolere ſacellum.
Tura cremat/ lentoq; ſuper myrrham infriat igni.
Græcia iam ſileat veteris Corybantes alumnos
Cuſtodeſq; Iouis: finxerunt talia Grai.
At tibi (quæ loquimur non ſunt inſomnia/ non ſunt
Vana) fuit data Diuinæ cuſtodia prolis.
Nos quoq; ſub tanto nunc glorificatus alūno
Reſpice/ & optatum memor impartire ſalutem
Italiæ toti, noſtriſq; penatibus eſto:

DE SANCTO BENEDICTO.

Vrſia montanæ/ ſi vera eſt fama Sibyllæ
N Proxima nunc tendit vicos aulæa per omnes:
Aeraq; in excelſis alterno turribus ictu
Pulſat: & extollit lætos eccleſia cantus.
Sacra cucullato martis vigeſima Patri
Prima dies oritur/ qui relligionis amore
A teneris hominum conſortia fugit & vrbes.
Huic nomen Benedictus erat: contraxit in vnum
Quotquot erant illa qui tempeſtate peroſi
Vulgaris ſtrepitum vitæ deſerta colebant.
Felix prole virum tanta/ talíq; parente
Poſteritas felix/ niſi degeneraſſet ab illo.

Id cōmune tamen vicium fuit.orta ſeneſcunt
O mnia paulatim.quondam florentia regna
N unc æuo conſumpta iacent:rapit omnia tempus.
P rogenies huius longos imitata per annos
A cta patris Diuos auxit/ditauit olympum
C iue nouo.Petri multis vertentibus annis
F uncta magiſterio ſcopuloſa per æquora Cymbam
R exit/& imperium Chriſti firmauit & auxit.
N unc quoq; poſt lapſum conata reſurgere ſumptis:
V iribus ad priſcum decus aſpirare videtur:
E t tanq̄ primo quæ vere repullulat arbor
S e reparat:frugumq; facit ſpē floribus amplam.
I pſe pater poſt multa modis operæ ædita miris
Q uæ longus narrare labor/deceſſit in alto
V ertice quem veteres montem dixere Caſinum:
V nde malos prius ipſe Deos eiecerat.illum
P ræcipue delphis qui tot mendacia finxit:
Q ui cuſtos Soractis erat/cui nomen Apollo:

DE ANNVNTIATIONE BEATISSIME VIRGINIS.

C Vm Deus extremi vellet primordia ſæcli
T exere/progeniem diuinæ mentis alūnam
M iſit/& humanæ veſtiuit imagine formæ.
P ropterea miſſus ſummo legatus olympo
C œlica qui matri ferret mandata futuræ.
H æc fœtura recens Cœlo mirabilis/& Orco
T erribilis/quia Dijs priſcis fatale ferebat
E xilium/traxit Phœbo primordia ab iſto.
M ercurius qui tunc caſu veniebat ab orco
V idit vt ex ſummo Carmeli vertice ſanctum
G abriel allabi verſus florentia rura
N azaret/inſidias metuens poſt illius iuit

Virginis ad thalamos celeri veſtigia greſſu.
Limineq́ȝ in primo reſidens audiuit eorum
Colloquium. nec cuncta tamen verba auribus hauſit:
Sed quia verſutus/quiddam deprehendit in illis
Arcani/quod ſe/diuos quod tangeret omnes.
Tum ſe proripiens Romam prope Leuctra Deorum
Repperit ingentem Cuneum: quibus omnia fatus.
Illi autem magno inter ſe trepidare tumultu
Incepere: Venus fleuit: ſaturnia Iuno
Fleuit: & abiecta Pallas contabuit haſta.
Moxq́ȝ ait: O Comites quodcun̄q́ȝ euenerit æquo
Ferte animo: regnum quod tempeſtate tenemus
Iam longa(fari inter nos licet omnia)furtum eſt.
Nos quoad ille ſinet cuius ſunt regna/fruamur
Imperijs: Cum nos regno ſpoliabimur iſto
Ad fraudes alias/alias vertemur ad artes:
Nec ſine lucro erimus: per vaframenta doloſq́ȝ
Dedecore & damno Chriſti afficiemus alūnos.
Tunc princeps ſignorum Aries tria ſidera portans
Vertice/Delta vocant/primo ſurgebat ab ortu
Cum Titane/ſuos cum iam Philomella pararet
Aedere per villas & per viridaria cantus:
Exonerata gelu tellus gaudebat: & omnes
Floribus & tenero vernabant gramine Campi.
Hæc igitur preclara dies vigeſima quinta
Menſis apud veteres primi/damnata fugauit
Sæcula: & ætati fecit primordia ſanctæ.
Propterea non inmerito ſibi vendicat anni
Principium penes Etruſcos: & digna videtur
His titulis: viditq́ȝ deum deſcendere ab aſtris
Ante alias/& prima fores aperire ſaluti
Digna fuit: Cōmune bonum prior ipſa recepit/

Et cōmune decus. longis ſperata diebus
Dona Dei lux iſta dedit: laudabilis ergo
Gloria quam miſit lucem Tyrrhenia in iſtam.
Tunc Deus æternis cœpit mortalia vinclo
Iungere perpetuo faciens hominemq́ Deumq́
Perſonam coitu miro concurrere in vnam.
Tum ſuperi cœpere homines reuerenter habere
Maioremq́ operam noſtris impendere rebus:
Tum fœtura recens timidas ingreſſa per aures
Creuit in ignara coitus & ſeminis aluo.
Nazaret exulta Libano contermina tellus
Carmelo vicina iugo/Phœnicia verſus
Littora qua Tyrus & Sidon florere ſolebant.
Hæc arcana tui quondam videre penates.
Iubila & exulta fortunatiſſima tanti
Fama operis tellus/regio te predicat omnis
Nulla ætas ſine laude tua deſcendet ab aſtris.
Ipſe tibi decus hoc tantum cœleſtis olympus
Inuidet: & ſibi deberi hunc teſtatur honorem.
O rerum ſeriem æternam quæ pendet ab alto/
O magnas miraſq́ vices quas ſidera voluunt
Quas Deus importat. ſæclorum immobilis ordo eſt:
Ponite mortales curas/facit omnia Cœlum:
Cœlo agimur/ſicut naues ſpirantibus euris.
Sancta Parens cui luce Deus cōmunicat iſta
Splendorem regnumq́ ſuum/cui ſubijcit orbem
Terrarum mundiq́ polos/dignare tuorum
Exaudire preces: & noſtra piacula ſolue:
Nec ſine nos ſtygijs ludibria manibus eſſe:
Quæ noſtrum interitum ſicut Tritonia dixit
Qui tua quiq́ tui quærunt opprobria Nati:

FINIS.

DE SACRIS DIEBVS
DE SANCTO AMBROSIO.

A
Prilem Veneri ſacrum fecere Quirites
Qđ venꝰ Eneæ gẽitrix/Qđ cõdidit vrbẽ
Romulus Eneades. Qđ vero ſemina rerũ
Omnia/tellurẽ/fruges aperiret/& annum
Nominis id menſi fecit romana vetuſtas.
Quarta dies eius magnum decedere vidit
Ambroſium: magnaq; polos conſcendere pompa.
Ipſe fuit terris clarum iubar omnibus. Vrbem
Quam Mediolanum dicunt quia conditor eius
Brenus in his agris monſtroſum repperit aprum
Veſtitum partim ſetis/& velere partim.
Seu potius ꝙ ſit fluuijs incluſa duobus/
Rexit: & abraſo fecit ſqualiore nitentem.
Arrius humani generis lætale venenum
Legis in excidium natus fideiq; ruinam
Polluerat gentes/totumq; infecerat orbem
Præſertim Italiam. Tunc tota Inſubria fractis
Viribus ægrotans iſto in langore iacebat:
Ambroſius qui tunc erat ex proconſule factus
Paſtor/in hanc hydram claua inſurrexit & arcu.
Et velut Alcides alius Lernea fugauit
Toxica niligenas abigens ab ouilibus hydros.
Nilus enim tulit hoc monſtrum viroſius omni
Aſpide: ſaxificæ crudelius ore Meduſæ.
Ambroſius vero genus a primatibus vrbis
Traxerat Eneadis: & erat romana propago.
Auguſtinus ab hoc ſancti vitalia fontis
Sacramenta habuit/fideiq; exordia rectæ.
Theodoſium mundi dominum delubra volentem
Indugredi vetuit/donec peccata dolendo
Ablueret: tulit æquo animo Rex iurgia: tali

Maieſtate fuit venerandus/& indole paſtor.
Cum populus paſtore carens veniſſet in vnum
Et multa a multis ſuper hoc orata fuiſſent
(O res mira)Deus qui conſulit omnibus æque
Venit in Infantis linguam:populoq́ꝫ ſilente
Ambroſium tali dignum clamauit honore.
Difficile effectum res eſt ſortita/laborem
Hunc illo fugiente.Deus qui cœperat/ipſe
Conſumauit opus:victumq́ꝫ in ſede locauit.
Vt ſuſcepit onus/mox tanq̃ mane rubentem
Sol ſuper auroram veniens efulſit:& omnes
Illuſtrans populos noctem ſubmouit opacam:
Fœcundauit agros animarum:& ſemina culto
Sancta ſolo iaciens collegit in horrea Chriſti
Frugis in ingentes onus ex ſurgentis aceruos.
In melius ſacros ritus & ſancta reduxit
Sacramenta docens populos:documenta nepotes
Illa tenent & adhuc eius veſtigia ſeruant.
Scripta manent quæ quanta fuit prudentia in illo
Significant:lingua q̃ptum pollebat vtraq́ꝫ.
Cum puer in cunis olim dormiret apertis
Forte labris examen apum ſuper illius ora
Sidit/& ingrediens buccas tenerumq́ꝫ palatum
Inueniſſe fauis tectum ſe credidit:At mox
In ſublime volans altos diſceſſit in Auſtros.
Hoc pater augurio lætus:ſi vixeris inquit
Chare puer/tua te mittet facundia ad aſtra.
Ipſe duos tumuli:ſedem monſtrantibus ipſis
Martyras inuenit fratres/te ſancte Protaſi
Te pie Oribaſi:quibus eſt poſt funera tandem
Additus/hoc omni populo flagitante repertor.
Quarta dies aprilis erat quæ vidit aperto

Ambroſium ſupra ſcandentem ſidera Cœlo.
Sancte Pater qui tanta potes nos aſpice ab alto:
Italiæ pacem/populiſq; Inſubribus/ora:
Et placare Deum noſtro reminiſcere ſæclo.
Luce dies octauus ab hac ad ſidera ſeptem
Pleiadum/quæ ſunt tauri prope cornua ſolem
Transferet: & citius faciet diſcedere noctem:

DE SANCTIS LEONIBVS.

P
Ontifices aliquot qui ſe dixere Leones
Hic ſimul intexam: genuit Thyrremia primum
Qui velut annales memorant vigilãtia & alto
Ingenio rerum cauſas cognouit & artem
Quæ docet excultis animos accendere verbis.
Hoc facile ex libris eius quos tempora paſſim
Noſtra legunt/conſtare poteſt: quãtum decus addat
Florida diuinis eius facundia rebus
Quis referat? nemo veterum me iudice patrum
Dulcius eloquitur: Nec plus antiquus Arion
Orpheus/Amphion laudis meruiſſe videntur
Carmine q̃ pater hic proſa & ſermone ſoluto.
Nec pietate minor nec religione putandus
Quam fuit eloquio/Charitas diffuſa cucurrit
Per Conſanguineos/per ruſtica tecta/per vrbes
Per totum mortale genus. diſperſit in omnes
Quæ poſſedit: vti fert omnibus omnia tellus.
Si libet illius mores percurrere ab ortu
Ad ſenium/Cilices intrare videberis hortos/
Olfacere hybleos flores/& hymetia prata:
Perluſtrare Arabum ſyluas vbi thura leguntur
Cynamaq; & ſecto ſtillans de Cortice Myrrha:
In Iericontino credes te incedere tractu

Per fruticum lucos humiles vbi balſama ſudant/
Tum Nardi ſpirabit odor/redolebit Amomum:
Quæq; per eoos naſcuntur aromata Campos.
Sic probitas Diuos ſolet oblectare Deumq;
Vt nos mortales harum fragrantia rerum.
Artibus his ad ſummum apicem peruenit honorum:
Ac tribus emeruit caput inſignire coronis.
Accipe rem quæ perpetua digniſſima fama eſt.
Attila deuictis conuerterat agmina Carnis
Flaminiam verſus: ſub papilionibus Hunni
Prandebant vbi lata Padi vada Mintius intrat.
Eridanus ſolito maior ducebat aquarum
Terrificam molem/ripiſq; iratus & agris
Ac velut indignans q̄ libere in arua vagari
Non poſſet ſe vorticibus ſorbebat hiulcis.
Tum Leo pro Italiæ Romanorumq; ſalute
Sollicitus de more patris ſine milite & armis
Affuit: & contra tantam formidine pulſa
Barbariem fari eſt auſus. Compeſce furorem
Attila: nec tranſire amnem (deus imperat) aude.
Hoc ſermone ferox princeps mutare coactus
Propoſitum/vidiſſe duos in vertice ſummi
Pontificis nudo enſe viros/ſibi fata minantes
Dixit: & ex illis abijt perterritus oris.
Effigies ſancti viſas in vertice Patris
Non dubium Petri & Pauli ſimulacbra fuiſſe/
Vt pote quos Italis Chriſtus præfecit & vrbi.
Tum Chalcedonijs habitum regionibus ingens
Concilium/quo Neſtorij veſania peſſum
Corruit: & Mannis proiecta volumina in ignes/
Tum quoq; Vandalicæ quæ punica regna tenebant
In furias actæ gentes ad littora Romæ

N auibus appulſis predam rapuere/domumq́
P er libycos fluctus plenis abiere Carinis.
A t Leo bis denas cum iam regnaſſet & vnam
T andem hyemes obijt curis oppreſſus & æuo/
V ndecimo quarti menſis Titane reuerſo:
Ertius in regno primi peruenit ad annos:
T A tq́ diu romanorum fœdiſſima paſſus
I urgia/damna/minas iter eſt īgreſſus ad alpes
V t ſibi gallorum regem ſociaret: & illo
A uſpice terrorem romanæ euaderet iræ.
D um meat audito ſancti rumore Cruoris
N uper adinuenti greſſum conuertit ad vrbem
N omina cui fecit Virgo Cadmeia Manto:
E t quæ purpureus ſanguis faciebat in boras
M ira opera intuitus credi debere putauit
E ffuſum noſtra pro libertate Cruorem.
I mperij tandem Roma applaudente coronam
I mpoſuit Carlo tantiq́ inſignia regni.
M ox poſuit mortalem hominem cum proxima Cancro
I am biſſexta dies Iuni producere noctem
V ellet: & æſtiuum retro conuertere ſolem.
I ſmaelitarum prope Thybridis Hoſtia quartus
F regit mille rates:traxit noua mœnia ab arce
P ontis/ad aduerſi delubria ingentia Petri.
S eptima poſt decimam Iuli ſurgebat ab ortu
C um mœrore dies quando pia funera duxit
R oma patris tanti ſacroq́ in marmore clauſit.
V nc Decimus Leo tyrrhena de gente futurus
N P ræteritis ſicut numeri prenunciat omen
G randior/Imperiū Petri Cymbāq́ gubernat/
P er varios vitæ caſus mortalis euntem.
I pſe quidem claris a progenitoribus ortus

Et teneris ſemper mores ſectatus ab annis
Ingenuos/ſtudijs etiam quibus illa vetuſtas
Optima nobilium natos ornare ſolebat
Predictus/excellens aliquid promittit & altum:
Magna gerendarum ſupereſt tibi copia rerum
Sancte Pater:rem magnam animo complectere gradi.
Sed tria preſertim reſtant cura atq; labore
Digna tuo:bellum eſt primum quo feſſa laborat
Italia:& pleni bumano iam ſanguine Campi.
Eſt aliud romana graui maculata veneno
Curia:quæ ſpargit terras contagia in omnes:
Poſtremum eſt oppreſſa fides expoſta rapinis
Vndiq; & in predam populis proiecta cruentis.
Iſta tuis animo ſe Leo ſeruata diebus
A te ſubſidium magnis clamoribus orant.
Sancte pater ſuccurre Leo:res publica Chriſti
Labitur:ægrotatq; fides iam proxima morti:
Si potes ex noſtris bella bæc crudelia regnis
Transfer in aduerſos diuinis legibus boſtes:

DE SANCTO GEORGIO.

E Cce Dionei vigeſima tertia menſis
Militiæ patri lux eſt ſacrata tribuno:
Miles adeſt:prodit nitidis Georgius armis/
Et femori berentem dextra complectitur baſtam.
Tertia iam Tauri pars eſt ab Apolline vernis
Veſtigata rotis:æſtas frondoſa propinquat:
Pleiades aſcendunt.placidum ſe nauibus æquor
Præbet/& ad Zepbyros laxant ſua carbaſa nautæ.
Miles adeſt:votiua nouo fer dona gradiuo.
Tbrax erat/vt fama eſt mauors/Gæorgius autem
Leucoſyrus:Graij ſic appellare ſolebant

Cappadoces: nanq; illa ſyris eſt proxima tellus
Qua iuga ſublimen Taurus ſua porgit in auram.
Vltima ad algentem mittit veſtigia pontum:
Ipſa viros genuit fortes belloq; ſuperbos:
Verum alios omnis tantum Gæorgius anteit,
Argolicos/quantum magnus preceſſit Achilles:
Iliacos Hector: Mauors Oeagrida gentem.
In Libyam miſſus renouauit Perſea quãdo
Regia ab interitu ſeruata virgine monſtrum
Suſtulit, ad trepidæ ſtagnum lugubre Silenæ.
Inde Paleſtinam veniens ea regna latinis
Regibus infrenans gentem crudam atq; rebellem
Reſtituit/Iuga Carmeli conſcendit, & alto
Repperit in ſaltu noſtros habitare parentes.
Hi ſuaſere Duci penitus deponere ſumpta
Arma toga: & vitæ genus vſurpare quietæ.
Seq; ſuperuacuis armorum abſoluere curis.
Ipſe bonos igitur monitus: audiuit/& hauſit
Mente deum tota. Sed dum ſublimia ſemper
Voluit facta animo teneris ita doctus ab annis,
Conſtituit forti vitam finire duello.
Ergo per Aſſyrias ſi quos audiuerat vrbes
Chriſtigenas tormenta pati pullo vſus amictu
Quem noſtri poſita armorum ferrugine patres
Traddiderant (ſæcli faſtum ſic vicerat omnem)
Ibat/& in pœnis poſitos animabat ad aſtra.
Talibus incũbens operis nabathea petiuit
Arua: ſubintrauit Perſas/vbi flagra rotaſq;
Ferrum ignes/paſſus migrauit in æthera tandem,
Maxime bellorum rector/quem noſtra Iuuentus
Pro Mauorte colit/pro Pallade/reſpice terras/
Armorumq; graues iras quas ſuſcitat Orcus

C omprime/& expulſo duc aurea ſæcula ferro.
F ac ſtygios procul ire canes/fac barbara regna
E t fidei noſtris arceri a finibus hoſtes:
D a noſtris animos populis & regibus:arma
N oſtra per Armenios ſignis victricibus ire
P erq; tuo facias conſperſos ſanguine campos.
N eu ſinito Auſonias Turcos equitare per vrbes:

DE SANCTO MARCO/ET FORMIS EVANGELISTARVM.

Arce Comes Petri quondam/leuitica proles,
M Cui faciunt Vates os effigiemq; Leonis
V t perhibent quidam/quorum ſententia neruis
N ititur infirmis:& cruribus ambulat ægris.
E xit enim de ſomniferæ caliginis vmbris
I n ſcrutabilibus vatum monſtroſa loquentum
V iſa per ambages hominem ducentia longas.
Q uo fit vt interpres nullus cognouerit illas
Q uattuor effigies/quæ diſtribuuntur in iſtos
Q uattuor authores.ideo diuerſa loquuntur/
N ec ſapiunt vnum:tamen hæc inoleuit vbiq;
P erduratq; fides librorum exordia propter
V t Matthæus homo/Marcus Leo/prima Iohannes
S it volucris:Lucas creſcens in cornua Taurus.
M arcus enim regale aliquid dignumq; Leone
P rincipio fatur:ſonat alta arcana Iohannes.
E t penetrat ſtellarum ignes viſu atq; volatu.
I ngreditur Matthæus humi/dum ſanguine Chriſtum
D ucit ab humano.Lucas velut hoſtia ad aras
D ucta Sacerdotum primis ſonat orgia verbis.
T alibus antiqui dictis ſecreta laborant
D eclarare tuæ patres myſteria formæ.

S ed quid opus vano conſumere tempora nixu?
H æc tua Marce dies quæ naſcitur ante Calendas
S eptima cum redolens tellus parit omnia Maias.
T u recitas breuibus Chriſti miracula chartis.
I ndice te Carni primum didicere ſalutem
Q ua ſtetit in campis Aquileia paluſtribus olim.
V rbs Aquileia potens magnæq́ Colonia Romæ.
T u petis Aegyptum peregrina per æquora vectus:
M ultaq́ pro Chriſto pharijs perpeſſus in oris
D um per humum traheris coniecto ad colla rudente
O ccidis: & terras fugiens aſcendis olimpum.

LITANEA MAIOR.

H Ac maior quoq́ luce meat Litanea per vrbes
A c per rura procul clamore per aera miſſo.
I t populus ſupplex longis per compita pompis
M ane recens viridi dum ros in gramine lucet.
P rotulit hunc olim morem dum peſtifer annus
M auritio Romam premeret ſub Cæſare/maior
G regorius: quando paſſis apparuit alis
A ngelus Auguſtæ ſuper alta cacumina molis
P oſt multis Veneti ſeclis tua membra tulerunt
P er maris Adriaci fluctus ad mœnia gentis
P rima ſuæ/quæ dum magno ſe Proteus æſtu
E xonerat/procul effuſis circũnatat vndis.
E t delubra tibi miſſis ad ſidera tectis
P rotinus eximio poſuere ingentia cultu.
T empore tu ex illo Venetis tutella fuiſti
P ace domi/belloq́ foris/terraq́ mariq́:
Te duce Turcorum totiens fugere tumultus/
E uaſere minas/& vim regum armipotentum.
Conſilium/vires/animos/aurũq́ dediſti.

Et nunc aduerſis oppreſſi caſibus orant
Subuenias: nec regna ſinas antiqua tot annis
Auſpicio ſeruata tuo predam hoſtibus eſſe.
Neu decus Italiæ tantum patiare repente
Prolabi: nen des Arabis hæc gaudia regnis:

DE LITANEA MINORE

AN te triūphali Chriſtus ꝗ̄ ſidera pompa
Conſcendat Litanea minor per rura per vrbes
Incedit tres mane dies pulſantibus æra
Turribus & ſparſis paſſim cum floribus herbis.
Tum floret roſa Veris honor/tunc lilia Candor
Explicat: & calices apis innuba paſcit apertos.
Vrbs ſedet ad Rhodanum Galli dixere Vienam/
Quæ tulit aduerſos caſus paſtore Mamerto/
Et longum vexata fuit: Nam fulmine crebro
Arſit/& horrificis terrarum motibus arua
Sciſſa dehiſcebant rimis penetrantibus vſq;
Ad ſtygios amnes/vbi ſunt Iouis antra profundi.
Adde lupos: qui tartareis agitantibus vmbris
In furias acti/ne dum iumenta per agros/
Audebant laniare homines & in vrbibus ipſis.
Caſibus his perculſi omnes diuina coacti
Quærere ſubſidia/& Diuos excire precando.
Hinc traxit Litanea ortum: tranſiuit in omnes
Religio ſimilis paruo poſt tempore gentes:
Quæ quoq; nunc agitur/ſed non pro cladibus illis:
Sed pro fruge noua pro pubeſcentibus agris/
Pro Canis Icarij morbis æſtuq; maligno:

DE ANNO IOBELEO/MVSICA/ ORGANIS ET CAMPANIS.

E c contenta fuit ſolis dare feſta diebus
N P oſteritas Chriſti: feſtos quoq; reddidit ãnos.
M os erat hebreis/ & lex ita priſtina ſanxit
V t decies quinto per cuncta reſurgeret anno
O ppida libertas. Tellus venundata primos
A d Dominos rediens nullo vexata bidente
O cia ducebat: ſimplex natura per agros
G ramina fundebat paſſim ſine ſemine & arte.
L iber erat ſeruus: proprioſq; redibat ad agros
L ætus: & irriguis per paſcua fontibus vda
C um gregibus paſtor ducens armenta canebat.
H uic anno cognomen erat Iobeleus / ab ipſo
Q uod Iobel appellat ſoboles Abramica cornu.
C langebant & enim rauco per compita cornu
L ibera. ſolenni celebrantes tempora ritu.
I ſacidas imitans morem hunc prudentia noſtræ
G entis ad humanos animos poſt plurima tandem
S æcula. conuertit: ſed tanti gaudia plauſus.
D iſtulit in Centum Paſtor bonifacius annos.
M ox autem ritu Clemens diſceſſit ab illo:
E t poſt luſtra decem voluit tam læta reuerti
Tempora: & in ſontes fieri qui limina petri
Cæteraq; excelſæ peterent ſacraria Romæ.
P roptereá quotiens hec fauſta reuertitur ætas
V ndiq; ab extremis terrarum finibus ingens
T urba cohit. Romamq; petens rura implet & vrbes.
P ontificum princeps iſto ſolemnia Paulus
S tare loco vetuit/ quoniam breuiata putabat
T empora mortalis vitæ. Vigeſimus ergo
Q uintus in hos tantos annus peruenit honores.
I udice me concors vero ſententia non eſt
T empora quæ dicit vitæ breuiata: ſuperſunt

N unc quoq; qui viuant Centum vel circiter annos
I ncolumes: Vidi ipſe hominem quem diceret annos
V ndecies vixiſſe decem vicinia tota
I re ſuis alacrem plantis/& viribus vti/
N ec ſe deſidiæ/nec inerti dedere ſomno.
S ub Carolo quondam magni cognomen habente
M iles erat/cui ſi qua fides annalibus eius
T emporis eſt/Deus indulſit tria ſæcula vitæ.
F atidicus Dauid paulo poſt tempora Troiæ
R ex apud Aſſyrios vitam ſe extendere dixit
A d decies octo vſq; hyemes fortiſſima nactis
C orpora: & id tempus ſupra reſtare dolores
A erumnaſq; graues/& cuncta ſimillima morti.
Q uod ſi nec tunc maior erat mortalibus ætas
Q uam modo ſit/quo nam pacto breuiata putari
V ita poteſt? Prima de tempeſtate ſilendum eſt/
Q uæ fuit ante dies Noe/cum terra profuſo
N on fuerat corrupta mari: tunc omnibus herbis
F rugibus arboreis virtus erat inſita maior/
A tq; magis natura potens extendere vitam
V lterius poterat: ſed in his conſumere tempus
D edecet: aſſumptus curam labor arguit iſtam.
E rgo dies verſus mea Cymba reuertere ſacros.
S ed tamen ante libet poſtq̄ de Calle parumper
P agina diuertit/quoſdam percurrere mores
Q uos vetus adiunxit noſtris eccleſia ſacris/
L audatura Deum diuoſq;/per omnia poſtq̄
R egna datum libare palam cordata vetuſtas
I mpoſuit verbis numeros/quia muſica mentes
E lleuat/& ſuperis iungit mortalia corda.
C orripit humanos animos & in ardua mittit
C um libuit pacis belliq; negocia cantus.

Aſpice quot gyros/quot ruſtica tibia ſaltus
Excitet: & quantos adigat perferre labores:
Tota dies abit in choreas: ſudoribus ora
Pectora terga madent/nec adhuc cerita iuuentus
Sentit onus/poſtq̄ leuibus per compita plantis
Proſilijt nigram in noctem Titanis ab ortu.
Quid tuba quid litui/quid bombo cornua rauco/
Tympana quid poſſint/quotiens mauortius ardor
Ingruit aduertas/ſaliunt in ſpicula in enſes/
Obijciunt ſe tormentis/in ferrea currunt
Fulmina mortales/& in ipſa tonitrua a henæ
Machinæ/& in cauti nigro abſorbentur auerno.
Hinc ea quæ recitant de te miracula Vates
Orpheu/quæ Amphion fecit/quæ fecit Arion.
Propterea cupidi nil pretermittere patres
Quod poſſet prodeſſe animis ad verba ſonantes
Applicuere modos vt ſegnia corda mouerent.
Nec laſciua tamen prolabi in carmina fas eſt/
Qualia ludebant Phrygij muliebribus apta
Blanditijs: grauis & ſimplex & maſcula noſtris
Eſt adhibenda choris deraſo muſica luxu:
Ipſa malos etiam manes cum noſtra ſubintrant
Corpora compeſcit: ſolyma qui primus in aula
Sceptra tulit ſaulem tali medicamina morbo
Quo vexatus erat medicam quæſiſſe per artem
Commemorant: fidibuſq; larem placaſſe ſonoris.
Adiunxere etiam molli conflata metallo
Organa quæ feſtis reſonant ad ſacra diebus.
Aes quoq; cui nomē noſtras Campana per oras/
Quod veluti perhibent illud Campania primum
Repperit ad plæbem diuorum in templa vocandam/
Atq; cohercendos lemures cum nubila vento

Conglomerant/pleniſq; volunt infligere campis
Perniciem:ſcopuliſq; vagas allidere puppes:

FINIS

DE SANCTO IACOBO APOSTOLO.

Aie tuas faciũt celebres duo feſta Calẽdas:
Atq; ſimul veniunt lucẽ duo gaudia ĩ vnã.
M Mane ſub aurorã cũ matutinus in herbas
Ros pluit/ et terei q̃rit Philomella rapinã/
Cũ ſoror occluſas nidi memor aũ feneſtras
Excubat & garrit/Iuuenes gradiuntur in agros
Ac ſpoliant ſyluas/& regrediuntur onuſti
Frondibus/& larium figunt ad limina ramos.
Mentibus has Maius curas inſpirat / amorem
Exitat:& dulci vegetat precordia Cœlo.
Roma vetus nomen tulit a ſenioribus iſtud
Atq; dedit menſi.Sacer eſt maioribus ergo
Maius/& vt decimo Titan emerſerit ortu
Intrabit geminos / vbi nuda renaſcitur æſtas.
Sunt tamen æſtatis qui dent primordia Cancro/
Autumnũq; velint naſci cum ſidere Libræ
Ver cum Lanigero ſignorum principe / brumam
Surgere cum capro.Nam ſunt ea ſidera quedam
Phœbæ menſura viæ:duo nanq; reportant
Aequidium duplex/pacato frigore & æſtu:
Et duo cum cœli redit inclementia duplex/
Solſtitium duplex:nec diſſentimus ab iſtis:
Sed vulgata magis potior ſententia viſa eſt.
Iſta dies Iacobe tibi:tibi ſacra Philippe:
Hæc nemorum vobis damus ornamenta comantum:

T u Chriſti ſobrinus eras Iacobe: vocabāt
T e Domini fratrem Comites: quia vultus vtriq́;
V nus erat: ſolymis paſtor tu primus in oris:
M yſtica ſupreme referens conuiuia Cœnæ,
T u primus Cyatho primus tu pane litaſti.
T u iuſtus, tu ſanctus eras. cognomina turbe
H ec tibi tradiderant. Chriſti poſt funera fama eſt
T e toleraſſe famen donec rediuiuus ab vmbris
E xijt: & menſæ iuſſit te accumbere Chriſtus.
D enic̨ tu celſo templi de culmine preceps
M iſſus es/atq́; odio Chriſti percuſſus acuto:
S tipite/& ex cuſſo tranſlatus in aſtra cerebro.
H anc putat ob noxam Ioſephon qui patria bella
T exuit/hebreorum vrbem cecidiſſe ſuperbam:
F ataq́; iudaice veniſſe nouiſſima genti:

DE. S. PHILIPPO APOSTOLO.

E vero qua voce canam quo carmine dicam
T P aſſe tot iſidias lemurumq́; hoīmq́; Phillippe?
T u Chriſtū īuulgās Cronij petis æquoris orā:
B arbara gens totas hyemes vbi ducit in vmbris/
E t ſine ſole dies ſemeſtri in nocte ſepultos/
S ol vbi tranſacto factus iam mitior æſtu
T ranſijt in Libram/donec cum Vere reſurgat
P rincipium ſignorum aries in vellere fuluo/
A d ſtatuam Martis tractus ſub mole latentem
M armorea feciſti atrum prodire draconem:
C uius vt aſtantes ſpirando hauſere venenum
P eſtiferamq́; animam vel deceſſere repente/
V el morbo iacuere graui: Marte inde remoto
F ixiſti pro Marte Crucem/quæ protinus ægros
R eſtituit/vita functos reuocauit ab orco.

Arctico ab Oceano remeans per inhoſpita montis
Veniſti iuga Ryphei/per ſauromatarum
Littora/per Ianaim/per thermodontica rura
Per Pontum per Cappadoces/Bebrycis ad oras/
Ad Phryges antiquæ ſteterant vbi mœnia Troiæ.
Hic tibi meta fuit tandem vitæ atq; laborum.
Hic graue ſupplicium Crucis & crudelia paſſo
Vulnera ſtelliferi patuit tibi limen olympi.
Tunc te per varios caſus per multa ſequutæ
Regna duæ doctæ fari preſagia natæ
In Phrygia tecum paſſæ tecumq; ſepultæ.
Diui quorum hodie laudes exaggerat omnis
Mundus ad italie pacem conuertite curam.
Cuſtodite nouas glaciali a grandine fruges:
Atq; ſalutarem pulſis date febribus annum.
Veſtra ope terrigenis ſint omnia læta Colonis/
Et veniens nobis bona ſit mortalibus æſtas:

DE SANCTO ATHANASIO.

Natus in ægypto primos Athanaſius annos
Graiorum excoluit ſtudijs:lanugine vero
Iam fruticante viam recto:quæ tramite ducit
Ad ſuperos tenuit:verum tamen inter eundum
Incidit in plures ſcopulos/variaſq; Charybdes
Arius illius ſæcli teterrima peſtis
Tunc viuebat:in hunc totis Athanaſius armis
Iuit:& hoc vidit primum Nicea. ſecundo
Laodicea patres vbi conſedere parati
Virus id infernum ſtygiamq; extinguere echidnam.
Laodiceæ & enim conflictu percitus acri
Arius effudit/ſic expoſcentibus eius
Iam dudum meritis/vtero inteſtina ſoluto

Et phlegethonteis hodie quoq; in ignibus ardet.
Præbuerat ſectæ Cæſar Conſtantius aurem
Tam ſtolidæ: & contra noſtros nudauerat enſes.
Catolicorum ideo princeps Athanaſius orbe
Pellitur ex toto: terras incognitus omnes
Permeat: & paulo quam cladem incurreret iſtam
Vrbis Alexandri cuſtos euaſerat ante.
Sed precibus tandem fratris qui regna tenebat
Gallica mutauit mentem Conſtantius. Ergo
Liber ab exilio patrias Athanaſius oras
Inuenta iam pace tenet: ſed & altera paruo
Tempore poſt orta eſt nubes a flumine Lethes:
Accuſatus enim duplici de crimine iuſſu
Cæſaris ad Tyriam multis cum patribus vrbem
Tendit/vt a cunctis vnus dãnetur: eatq;
In primum exilium/terraſq; per ambulet omnes.
Vnum Crimen erat ſtuprum/truncata miniſtro
Dextera conſueto ſacris ſeruire/ſecundum.
Sed Deus eliſit tantas hoc ordine fraudes.
Fœmina quæ fuerat ſtuprum mentita/repente
Succubuit. Nam cum Iudex aſſiſtere quandam
Perſonam quæ rei ficto pretendere vultu
Feciſſet/ſe ſtare putans ante ora Athanaſi
Cæpit eum mulier duris inceſſere probris:
Atq; inceſtati falſo inſimulare pudoris:
Sic neſcire hominis quem contra venerat ora
Eſt deprehenſa: palam ſic fraus eſt prodita fraude.
Cum vero mox ante patres prolata fuiſſet
Dextera quæ ad ſcelus hoc erat indagata prob ardum
Continuo adductus ſcythici ſub imagine vernæ
Affuit atq; manum tendens vtranq; miniſter
Diluit infamen maculam mirante ſenatu.

Talibus inſidijs functo gens perdita patri
Obiecit magicas artes: ꝙ ludere ſenſus
Sciuerit humanos/ & facta infecta videri
Fecerit/Exilio rurſum mulctatur atroci.
More feræ per luſtra meat/per apoca vagatur
Antra: bibit fontes/ & gramina paſcitur vt bos.
Imperio tandem ſuceſſit apoſtata Cæſar:
Et quo principium regni iucundius eſſet
Omnibus/ad proprios fecit remeare penates
Pontifices quos audierat de finibus actos.
Sed breuis hec fortuna fuit/cum nanq̄ videret
Imperij firmata ſui primordia/rurſum
Egit in exilium cunctos. Athanaſius vrbe
Pellitur: & repetens ſyluas pecudumq̄ latebras
Symbolon in cripta fertur ſcripſiſſe latenti.
Ad patrios alio demum ſub Cæſare fines
Venit: & æternam moriens in pace quietem
Poſt tot fortunæ ambages/inuenit olympo.
Ille dies Maio fuit ingrediente ſecundus
Nuper adinuente celebrem Crucis ante triumphum:

DE INVENTIONE.S.CRVCIS.

Tertia lux deuota Cruci/quæ ſæcula tandem
Poſt tria iam requie noſtris apparuit orta:
Conſtantinus enim cum pugnaturus ad vrbem
Vindicibus Diuis veniſſet & auſpice Chriſto
Somnia per noctem vidit cœleſtia: in alto
Aere fundebat magnam Crux aurea lucem:
Atq̄ notis ſuberat Carmen ſplendentibus iſtud.
Conſtantinus in hac vincet: Vexilla repente
In Cœlum ſimili effigie ſignata leuauit.
Vicit: & in patrium cecidit Maxentius amnē

Tunc Helenam regis matrem quæ ſomnia Nato
Audierat narrante bonus furor egit ad vrbes
Protinus Aſſyrias/vbi Crux inuenta citatis
Confeſtim hebreis veterió e rudere tracta.
Et quia tres tellure Cruces iacuere ſub vna
Vera modis patuit miris.impoſita cadauer
Quod tunc ad tumulum turbis comitantibus ibat
Reſtituit vitæ:res non conceſſa duabus
Quæ tulerant Chriſti ſocios in morte latrones.
Id regina videns opus admirabile lignum
In geminas ſecuit partes:vnamq́ reliquit
Argento incluſam ſolymis/pro munere grandi
Detulit ad Natum clauis cum quattuor vnam:
Et triplicem titulum:noſtris:quem reperit annis
Forte faber reparans eius laquearia templi
Quod Rex ipſe Cruci Romæ conſtruxerat olim:

DE SANCTO CYRIACO.

HAec Crucis Inuentor Iudas miracula cernens
Exuit antiquam mētem/Poſuitq́ veternum:
(Scabriciemq́ animi fluuialibꝰ abluit vndis)
Et mox in ſolymis eſt factus epiſcopus oris/
Iuda in Cyriacum verſo:qui tempore longo
Poſt obijt cum iam regnaret Apoſtata Cæſar.
Cæſar hic inconſtans/ſuperis inimicus. & orco
Dum peteret perſas Iudam violenter adortus
Mille modis hominem ſtuduit peruertere:dextra
Multatum liquidi merſit ſub balnea plumbi:
Tranſtulit in ſtratum ferri candentis/in alta
Horridaq́ iniectis primum ſerpentibus antra/
Inferuens oleum:ſed cum fruſtrata Tyranni
Spes foret in pectus merſit capulo tenus enſem:

Vinclaq́ꝫ diuinam ſecuit retinentia mentem.
Corpus in Anconem longinqua per æquora vectum
Sæcula poſt aliquot ſublimi in monte recumbit/:
At cum Maius agit quartum ſuper æquora ſolem
Cyriaco tunc æra ſonant: tum iubilat Ancon/
Totaq́ꝫ ſubiecti gaudent freta Cærula ponti.
Eſto igitur ſuperi cuſtos maris. omnia longe
Littora Diue precor ſerua. Picenus/& vmber/
Flaminius/ſamnis te protectore biremes
Non metuant phrygias/nec ſint preda obuia Turcis.
Marcus erat cuſtos huius maris: heu graue noſtris
Excidium regnis/Cuſtos iam deſinit eſſe.
Atq́ꝫ ea barbaricæ pars quæ contermina genti
Neſcio conſilijs quibus indefenſa remanſit.
O vtinam res hæc Turcis non porrigat auſum
Marcus enim quondam dominus maris omnia vtrinq́ꝫ
Littora ab inſidijs & vi ſeruare ſolebat.
Nunc vt fama refert Roma cogente relinquit
Momenti officium tanti/curamq́ꝫ operamq́ꝫ:
Quod fuit Italiæ longo iam tempore vallum.
Adria piratis datus eſt: datus eſt agarenis:
Et via ſidonijs noſtras aperitur ad oras.
Diue precor tantos Italis a finibus hoſtes
Pelle. Sat eſt alijs terra hæc vexata ruinis:

DE SANCTO ANGELO CARMELITA.

A Ngele Carmeli venerabilis incola montis
Cui natale ſolum fuit in regione Siriſſa
Lux tibi conuerſo ſacrata reuertitur anno:
Et Maij tua quinta dies: tu prima Iuuente
Tempora & ætatis ſpecimen floremq́ꝫ dicaſti
Chriſtiparæ matri coniecto in vincula ſenſu.

V ſq; adeo tua virginitas tua neſcia fraudis
S implicitas placuit diuis vt ſæpe relicto.
A d tua contulerint ſeſe gurguſtia Cœlo:
V t tibi langores hominum caſuſq; ſiniſtros
S ubdiderint: poteras etenim depellere morbos/
I nfrenare malos manes/ſuccurrere Nautis
Q uando procelloſo ſpumant freta concita Cœlo.
C um mare tranſiſſes cupiens inuiſere Romæ
R elliquias/ſacros Cineres/monumentaq; patrum,
E t Lateranenſis ſtares in limine templi
C ontigit æternis res commemoranda diebus.
N am minor Etruſcæ veniens de monte Lauernæ
A d tua Franciſcus ſeſe veſtigia flexis
P roſtrauit genibus/ſacris dedit oſcula plantis:
I n ſuper adiecit/Salue pater Angele montis
I ncola Carmeli/te mors manet inclyta/Chriſti
T eſtis eris: tibi rex diuum decus annuet iſtud.
T e quoq; Franciſco memorant reſponſa dediſſe
T alia/ſoluendæ tanto pro munere grates
O Franciſce Deo: ſed erit tua gloria nuſq;
I nferior: tibi Chriſtus enim ſua vulnera quinq;
I mprimet: & fies Chriſti pacientis imago.
D omnicus hiſpanis qui tunc veniebat ab oris
F orte aderat tam mira notans preſagia patrum:
Et tulerat caſus mũdi hæc tria lumina in vnum.
P rætereo q̃ptum poteras ſermone. fluebant
A d te turmatim velut ad ſpectacula Romæ
S cænica dicentem populi: Tu corda mouebas/
V t mouiſſe ferunt lapides Amphiona quondam/
P rætereo q te ſuperi monuere ſcytharum
H oc infame genus Turcos tunc temporis vltra
C aucaſeos montes poſitum trans boſphoron eſſe

V enturum excidio grais/fineſq́; aditurum
A uſonios: quod nos hac tempeſtate dolentes
V idimus impletum: quando per Iapidis agros
A tq́; per Hydruntis colles/ea turba profuſa eſt.
A tq́; vtinam veniat tua quem dixere futurum
R ex nouus ex Francis oracula: qui fuget iſtam
P rogeniem: peſte hac totum qui liberet orbem:
N ec ſinat ærumnis homines tabeſcere tantis.
C um vero inceſti graue perſequerere Tyranni
C rimen vt Helias lucos & Iezabel aras/
E t Baptiſta nefas regis veneremq́; nefandam/
H eu caput/heu pectus gladijs crudelibus hauxit
H oſtis iter pandens Animæ ſuper aſtra volanti.
C um fierent ad buſta viri miracula in horas
P lurima conſenſu populi tellure leuatum
I nſigni poſuere loco venerabile Corpus
C um vero iniectis vellent occludere glebis
O s tumuli/ſubito turbis mirantibus vnda
E luxit/& in vitreum verſa eſt humus arrida fontem:
Q ui quotiens redit iſta dies/licet aera nullæ
P eruolitent nubes clauſo licet arreat imbre
O mne ſolum/Creſcit/ſummiſq́; dat oſcula ripis.
T unc cadit in ſacrum(ſiculas res iſta per vrbes
C ognita iam dudum)virtus diuina liquorem:
F itq́; ſalutaris/dictu mirabile/morbi
O mne genus cui ferre nequit medicina ſalutem
S oluit: & abluitur tactis anguſtia lymphis.
P ræſtat idem circa fontem manantis oliui
E x tellure liquor/ſanctos ita curat olympus.
S ancte Pater fer opem nobis: animæq́; volenti
Ad ſuperos niti faueas: & porrige dextram
P alpanti tenebras/loca per ſalebroſa meanti:

DE.S.IOHANNE ANTE PORTAM LAT.

I N clyte Iohannes Chriſti ſobrine volantis
O ra ferens Aquilæ tua lux eſt proxima Nonis.
H æc fuit illa dies qua te Iouis atq; Deorum
D eſtructorem Epheſo miſſum Romanus adegit
C æſar in ardentis ſolium deſcendere oliui.
A ſt Deus extremos qui te ſeruabat ad ignes
I ncolumen fecit de tali exire lauacro.
C æſar id admirans te carcere iuſſit aperto
I re vias: vincliſq; Epheſum remeare ſolutis:
E t quia tormenti portam locus ante latinam
I pſe fuit: portæ feſta hæc tenuere Latinæ
N omen: & hic templum tibi Roma ſequentibus annis
Condidit. hæc operis tanti monumenta ſuperſunt:

DE SANCTO IOHANNE DAMASCENO

H Ic iuuat in Diuos magnū trāſferre Iohannem
Q ui genus a veteri traxit ſublime damaſco.
C larus enim toto fulget ceu lucifer orbe:
E t docet exemplo vite quid agamus & ore.
E x Arabo genitore ſatus ſaracena colebat
D ogmata Cornigero quæ ſunt contermina Moſi.
S ed virides annos Deus eſt miſeratus: eūq;
I rradians fecit Veri cognoſcere fontem.
M ox ſacris perfuſus aquis ſapientie in altum
D iuinæ humanæq; apicem vigilantius ire
C œpit: & accenſis cauſas perquirere votis.
N ec longus fuit iſte labor: nam tempore paruo
I llius in mentem largo prudentia nimbo
V traq; defluxit/pelaguſq; euaſit in amplum.
V enit ab Aſſyrijs ad Thracum mœnia quondam
P auſaniæ Lacedæmonij/ fundata labore:

H æc erat imperij ſedes.quo quicquid habebat
P ræclari terrarum orbis tranſibat in horas.
H ic ſuperum Domini matrem decorauit/ & hymnis
E xcoluit ſacris/quos templa per omnia graius
H ac quoq; tempeſtate pio canit ore ſacerdos.
D um graditur ſpatians ſamij per littora ponti
A equoreis(heu)preda fuit latronibus: & mox
R aptus in ægyptum peluſiaſcoſq; penates
V enditur.at poſt q̃ decus.imperiale recepit
T ertius e regnis paruo poſt tempore pulſus
T heodoſius/qui magna hominem pietate colebat
S oluit eum/multaq; domum mercede retraxit.
C ũq; a ſecretis Regi foret/inuida Erinnys
E ſt aggreſſa virum technis & crimine ficto.
N am cum facta fides eius ſuſpecta fuiſſet
T heodoſio/truncæ poſt dura opprobria dextræ
M ulta dolens animoq; ferens id dedecus ægro
P ellitur ex proprijs in clauſtra monaſtica tectis.
M agna Parens tandem charum miſerata clientem
R eſtituit dextram miſero/quæ pendula ab alto
A rruerat ſuſpenſa tholo/ res amplius ante
N unq̃ viſa:manus ſimulac cõmiſſa lacerto eſt
H æſit/& accepit vitamq; animãq; priorem
I llico/& inſecto ſi virga ſit inſita trunco.
T unc pietas in corde viri concluſa repente
M ille modis patuit/ſicut iam vere reuerſo
T erra tepens florum ſe mille coloribus ornat:
Q ui cupis ingenium magni cognoſcere patris
H uc ades/illius lege græca volumina/nectar
D iuinum inuenies:decurret in ora legentis
M anna fluens/vt mella fauis ſtillãtia preſſis.
P eonias etiam tractans ſubtilius artes

Plurima membratim querulis medicamina morbis
Repperit(vt fama eſt)noſtro quibus vtimur æuo.
Cæſarea demum vir conſultiſſimus aula
Functus ad anguſti rediit gurguſtia clauſtri:
Et ſenuit virgo: Maiiſq; ad ſidera Nonis
Iuit: & ad magnos Diuum tranſiuit honores:

DE APPARITIONE SANCTI MI- CHAELIS ARCHANGELI.

Michael octauo Maias apparuit Idus
Quando ſipontinis in bella volentibus ire
Affuit/atq; diem pugnæ monſtrauit & horã.
Campanos etenim rabies armarat/& ipſam
Parthenopen contra populum Diomedis & vrbem.
Tunc reſidens alto Gargani in vertice montis
Suſtulit e pelago nubes/boreamq; vocauit
Montibus a ſcythicis ſeptemq; trionis ab axe.
Adiiciensq; procellæ ignes & fulgura/& imbre
In glaciem verſo mugire tonitrua fecit.
Mox fulmen cœlo atq; freto reboante triſulcum
Soluit: & infeſtos nimbum perflauit in hoſtes.
Sic igitur ventis illos & grandine & vnda
Præcipiti velut attonitos ac lumine captos
Reddidit & fractis animis dare terga coegit.
Poſteritas operis tanti non immemor iſta
Luce Sipontinos celebrat noua feſta per agros.
Iſta dies alio caſu eſt memorabilis. illo
Scilicet excelſa cum ſtans Archangelus arce
Peſte laborantem Romam luſtrauit/& Auſtrum
Expulit immiſſo campis Aquilone/nocentem.
Si tamen hæc vna duo ſint miracula luce
Aedita neſcitum eſt. forſan quia proxima ne tot
Feſta forent/populus traxit Romanus in vnam.

P iritum nobis hic eſt natura parumper
S E narranda/ſuo dum ver iam munere functum
I ncipit æſtati teneras concædere fruges.
P rincipio rerum quando Deus omnia traxit
E x nihilo: ſparſitq; nouas per corpora formas
S pirituum quoq; progeniem quo tempus in omne
V iueret incolumis ſine mole & pondere finxit
D iuiſitq; nouem genus hoc in regna: deditq;
I ura ſuper terras ſuper æquora & aera & ignes
A ſtraq; & ætherios orbes: & traddidit artem
Q ua regerent opus hoc tantum/cui nomina mundus.
S ed pars vna ſuum nimis admirata decorem
A tq; poteſtatem renuit ſeruire Tonanti/
T am demens tam læua fuit: pars altera manſit
F ida ſub imperio patris: cœloq; rebelles
E xpulit: & magno in tenebras molimine truſit.
H i ſunt qui patria pulſi ſtuduere per orbem
I nter mortales decus vſurpare Deorum.
N unc quoq; priuati priſco ſplendore latenter
I nſidias tendunt animis qui attollere ſeſe
A ltius attentant/& olympica limina quærunt.
S aturnus defluxit ab his/ſaturniaq; omnis
P rogenies/etenim lemures preclara ſubibant
N omina magnorum Heroum/quos fama canebat/
Q uiq; ſui memores populos fecere merendo:
V t genus allicerent ad ſe mortale colendos.
A priſcis hæc regna chori dicuntur/& vrbes
D iuiſi in varias per tranſmundana volabant
C ulmina terreſtres vt nos peruadimus oras.
Q ui ſtabiles illa ſunt tempeſtate reperti
P erpetuo leges obſeruauere paternas.
D e quorum numero Michael qui prefuit olim

Gentibus hebreis dum res iudea manebat
Eſt: & nomen habet clarum/quia ſemper agendis
Incubuit rebus pro maieſtate Tonantis
Magnifice: ſed preſertim cum mutua in arma
Cœlicolas egit flagrans diſcordia Ciues.
Chriſtus eum poſtq́ populos contraxit in vnum
Prepoſuit regno/cui nunc eccleſia nomen:
Prefecitq́ animis vt cum mortalia membra
Deſtituere prius meritorum exanime viſo
Ad lances/perducat eas in idonea tecta.
Creditur & mundi ſupremæ in fine ſenectæ
Fortiter acturus pro libertate piorum
Tartareas aduerſum acies regemq́ profundi/
Qui ſupra ſæuire modum conabitur illo
Tempore: & in noſtros grandi exercebitur ira.
Has ob res thoraca gerit/ferroq́ nitenti
Terribilis dextra gladium leuaq́ bilancem
Suſtinet: ac lemurem pedibus conculcat ahenis/
Ergo diem celebrate alacres ſolenniter iſtam:
Aera ſonent/vireant poſtes: altaria fument:
Votaq́ cuſtodi gentis perſoluite noſtræ:

DE SANCTO EVSTACHIO.

M Agnanimus ductor Placidus romana propago
Sic eius moderante Deo menteq́ viamq́
Alipedem Ceruum dum venaretur in altis
Rupibus offendit cuius de vertice ad auras
Cornua ſurgebant: atq́ inter cornua/ viſu
Horrificum/ſtabat Chriſti pacientis imago:
Quæ affari ſic orſa virum. Tua mitia corda
In miſeros operæq́ piæ fecere benignum
Me tibi: ſum Chriſtus qui numina falſa ſubegi.

Ad fontes cum prole meos cum coniuge vade.
Atq; redi: nam rurſus in hoc te monte videbo.
Mox te multimodis iactatum caſibus inter
Cœlicolas magna cum maieſtate locabo
Iſtud idem noctu Coniunx per ſomnia vidit:
Quod vir vt audiuit/ſi nos deus aduocat inquit
Ire decet: nihil eſſe poteſt ſecurius. Ergo
Paruit: & Placidus ſacro ſub fonte remanſit:
Prodijt Euſtachius: Coniunx Theopiſta vocata eſt:
Natorum vero princeps Agapetus: & alter
Nomine materno ſexu de fine repulſo.
Hæc vbi facta/locũ Placidus repetiuit eundem:
Affuit & Chriſtus: Placidũq; arcana docendo
Plurima/conſumpſit multas ſermonibus horas.
Tempore poſt paruo ſtygijs a ſedibus orta
Peſtis & in famulos primum graſſata veneno
Tabifico/Iumenta greges armenta Colonos
Suſtulit/infecitq; malis nidoribus auras.
Surripuere aurum veſtes & cætera quæ nõ
Eualuit morbi rabies abradere/ fures.
Indoluit pulſus ſubito de culmine rerum:
Erubuitq; videns humilem ſe extempore factum
Aerunnoſum/inopem/& miſerorum in ſono ſepultum.
Mox rate conſcenſa cum prole & cõiuge ad vrſam
Flexit: & Epiri ignotus peruenit ad oras.
Cum vero nauem egrediens mendicior hyro
Pendere non poſſet naulum/conſorte retenta
Spe veneris Nauarchus eum petulanter abegit:
Atq; ita deluſus lachrymis diſceſſit abortis.
Venerat ad fluuium tenera cum prole tumentem
Imbre nouo/quem cum vellet tranſire / leuauit
In ſcapulas natum: natum ſubſiſtere in vmbra

Iuſſit arundinea donec remearet: Et ecce
Dum remeans amnē medium tenet/ hinc lupus vnū/
Inde ferox alium rapuit Leo. Credere poſſes
Cōiuraſſe feras in tam lacbrymabile furtum.
Et quaſi concordes ſceleri ſtuduiſſe cruento.
Non periere tamen: nam qui per rura Coloni
Inſtabant operis facto poſt terga ferarum
Agmine currentes iterum rapuere rapinam.
Sed pater ignorans finem ſua chara reliquit
Pignora/ & ammiſſis famulis/ patriaq; / opibuſq;
Coniugeq; & natis fertur per deuia flendo
Amenti ſimilis: nec ſcit quo tendere greſſum
Debeat: & curis animum conſumit amaris.
Non procul inde igitur vico per amœna reperto
Rura ſtetit: poſuitq; vie finem atq; dolori
Quoad potuit: tantos etenim finire dolores
Tam cito tam leuiter nequeunt mortalia corda
Vtq; erat ingenio ſolers hominum genus illud
Ore manu facile & ſubito ſibi fecit amicum.
Poſt tria luſtra volens Perſis indicere bellum
Maxima Traianus romani gloria regni
Cœpit ad arma animum totamq; appellere mentem.
Venit in Epirum fama hæc: fluit vndiq; miles:
Quo factum vt ductor quidam veteranus ad vrbem
Hac properans Romam caſu conuerterit ora
In placidi vultum/ frōtemq; agnouerit olim
Vulnere ſignatam: dextras iunxere: diemq;
Cum ſumpſere ſimul/ longis ſermonibus illam
Cæſar ab hoc monitus Placidum ſupereſſe/ vocari
Iuſſit: & antiquo ſuccedere fecit honori:
Ergo tribunatu Traiano a Cæſare ſumpto
Rurſus in Epirum cum maieſtate reuerſus

D um ſtudet ex illis equitum conducere turmam
F inibus inuenit caſu ſua pignora/ nam dum
C aſu audit quoſdam Iuuenum Romana volentum
A rma ſequi quondam raptos ex ore ferarum/
I uſſit eos coram adduci: viſoſq; repente
I ndole ab egregia matriſq; ab imagine nouit.
E t ſubito extentis patrem confeſſus vtrumq;
(Non tulit vlterius pietas) complectitur vlnis.
N ec dum multa dies ierat/cum plurima fando
P oſt epulas alacres linguas cum reddit Iacchus
A mbraciæ quam Nicopolim ſæcla illa vocabant
A udijt eſſe Nurum ſolitam ſe dicere multo
C um gemitu prope Leucate confinia quondam
A mmiſiſſe virum geminoſq; in littore natos:
A ccerſita nurus venit natoſq; virumq;
P rotinus agnouit: tota eſt ſic auſpice Chriſto
I nſtaurata domus/ verſiq; in gaudia luctus.
T alia Traiano memorant ſub principe geſta.
S ucceſſor vero q̃uis & mitis & æquus
I n reliquos: fuit Euſtachio truculentus et atrox:
N ãq; vt nouit eum Chriſto ſeruire Deoſq;
D eridere/ feris clamans in manibus omnes
E xpoſuit: ſed cum ſanctos inuadere nollent
I n fatali vtero Tauri clauduntur abeni
C ui ſuberant late effuſis incendia flamis:
A tq; ita in æternam dum lux vigeſima Maij
S urgeret herbicomi cõmigrauere quietem:

DE DVABVS SORORIBVS MARIE VIRG.

V ſtachij poſt fata diem venerabere quintam
E I ſta luce duas fama eſt antiqua ſorores
C hriſtiparæ matris, Cœli regione potitas.

Ante obitum videre ſui miranda nepotis
Acta per Aſſyriæ fines/videre cruenta
In Cruce pendentem Chriſtum: videre ſepultum
Et rurſum ad ſuperos victo Plutone reuerſum/
Scandentemq; polos: non deſeruere ſororem
Caſibus in duris/natiq; in funere acerbo:
Plorauere ſimul/ſuſpirauere/ſinumq;
Altera in alterius lachrymas fudere tepentes:
Vnam Zebedeo memorant nupſiſſe: Secundæ
Vir fuit Alphæus: Sanctæ matreſq;/patreſq;/
Pignora ſancta. Domus fuit hæc ita grata Tonanti.
Nec Conſanguinitas iſtud feciſſe putanda eſt.
Nam bona largiri nequit immortalia ſanguis:
Sed pietas: etenim pietas complexa videtur
Virtutum genus omne: Deum qui pectore toto
Concipit a terris ſurſum ſe attollit/vt Imber
In nebulas æſtu ſolis defertur: & æquat
Ipſum ſe ſuperis/ac Numina flectit amando
Diuinumq; ſibi facit aſpirare fauorem.
Cui Deus aſpirat/diui famulantur. obædit
Mundus: & infernæ populus proſternitur aulæ.
Regnare eſt ſeruire Deo. tota iſta propago
Diuinum potuit ſic promeruiſſe fauorem:

DE SANCTO VRBANO.

Ver abijt/geminos fratres intrauit Apollo.
Mane Lepus cum ſole oriens in luce diurna
Clauditur: & lumen maiori in lumine perdit.
Torrida iam primis intrat cum frugibus æſtas.
Fraga legunt pueri/folia inter denſa rubentes
Apparent Ceraſuntis opes. Siliqueſcit in hortis
Iam faba: iam tecas inflat fœtura virentes.

Muſca volans noctu/dicunt lampyrida Grai
Nunc latet aſtrictis/nunc lucet biantibus alis
Per ſegetes/procul aſpicens cerealia rura
Scintillare putes/vel nare per aera lychnos.
Iam ſpicata Ceres longuas producit ariſtas:
Iam tondentur oues/deraſis gramina pratis
In cumulos ſurgunt: ſonitus ſtridoris acuti
It procul incuruas dum Cos terit aſpera falces.
Iam paſtor romanus adeſt Vrbanus: & illi
Et ſacrata dies Iuuenum quæ octaua Calendas
Ante venit: redolent herbis & floribus aræ.
Magnus hic ille dei cultor qui conditus antro
Appia Campanos qua ſe via flectit in agros/
Cæciliam lauit/lauit cum fratre maritum
Patricios Iuuenes: demum iam grandior æuo
Principe Alexandro liuentis verbera plumbi
Pertulit: & iuſſus Marti dare tura Deorum
Expuit in facies/conflataq́ʒ poluit æra
Mox ſecta Ceruice ſolum mutauit olympo.
Sancta ſub hoc fieri locuplex eccleſia tandem
Cœpit: & argentum in Calices conflauit & aurum:
Vendebant priſci quæ donabantur: in æſq́ʒ
Verſa dabant inopi: tunc incepere locari
Prædia non vendi/ſi quæ legata fuiſſent:
Sed prouentus erat plœbi cõmunis: & omnes
In miſeros ibat fruges diuiſa viritim.
Nunc mores periere boni: regnatq́ʒ libido
Improba/& excluſos inopes conſumit ægeſtas.
Omnia ſacratus noſtra ſibi vendicat ordo
Tempeſtate: ſinuntq́ʒ patres peſſum omnia labi.
Templa ruunt/paſſim ſordent altaria/cultus
Paulatim diuinus abit: Reſipiſcite ſancti

V aticana Patres qui templa excelſa tenetis/
N e ſubito forſan deus excandeſcat: & iſtud
T am deforme nefas odio vlciſcatur acerbo.
S e diuina quidem ſemper mouet vltio lentis
P aſſibus: at ſubita tandem face fulmina torquet:
N ec peccata hominum palpat/nec in vlta relinquit:

DE ASCENSIONE.

C H riſtꝰ ab inferno poſtq̄ phlegethōte reuerſus
S æpe ſuis ſeſe vultu patefecit aperto
A d ſuperos ſtatuit terris migrare relictis.
C ollectis igitur quotquot de Carcere longo
S uſtulerat tenebroſi Erebi deuenit aprica
I n iuga palladiæ retinentia nomen oliuæ.
H æc poſt paſcha fuit lux quadrageſima: & ecce
A nte ſuorum oculos Comitum: quos iuſſerat inter
P randia ferre gradus illuc rei iſtius ergo/
C onuerſo ad ſuperos vultu manibuſq; ſupinis
T ollitur a terris/& in aerea ſurgit apertum:
C ontinuo nubes totum conuoluit amictu
L ucido/& aurorā verſus qua dextera mundi eſt
E t qua mane diem ſol aureus incobat almum/
V ertit iter/volucriq; fuga conſcendit olympum.
T ranſierat Lunam: ſummoq; ſedebat in orbe
M ercurij/expectans Comites poſt terga relictos:
V t venere/viam ſimul inuaſere per altos
C yprigenæ Campos/& regna per ardua Phœbi:
I am Martis iuga contingunt: ſaturniaq; intrant
A tria: & ardentem ſtellis mirantur olympum
C œlicolæ Diui qui per mundana vagantur
C ulmina/ſtellarumq; regunt operamq; viamq;
C ontinuere gradum: tacitiq; ea longua tuentes

Agmina/quæ tanta hæc acies/quo tendit & vnde
Aduenit/aiebant:multiſq; in millibus vnum
In regali habitu contemplabantur euntem.
Signiferum ſupra tulerant veſtigia circum
Vicini iam nono orbi cum turba volantum
Spirituum valuis glaciali a limine pulſis
Obuia fit: Chriſtũq; alacres ſotioſq; ſalutant:
Nam qui ſumma tenent Cœli penetralia Diui
Venturum audierant Chriſtum/ tempuſq; ſciebant.
Ergo triumphales a ſummo Cardine pompas
Egit læta dies/Riſerunt ſidera: riſit
Aethereæ princeps mundo qui preſidet Aule.
Atq; ita lætantes ſubiere immobile Cœlum.
Chriſtus apud patrem reſidens ſuſcepit habenas
Orbis: & a ſolio manſuri in ſæcula regni
Omnia ſub pedibus radiantia poſſidet aſtra/
Tartaraq; & quicquid rerum complectitur ingens
Ambitus extremi magno curuamine mundi.
O felix/& fauſta dies qua ſidera regem
Accepere nouum/ qua Conciliatus olympo
Inferior mundus cœpit ſuccedere regnis
Aethereis: Nam tunc primum gens illa Colubri
Functa eſt exilio: ſuperoſq; ingreſſa penates
Errabant animæ liquidum per inane volantes:
Quærebantq; viam / ſi qua ſe attollere poſſent
Altius/& ſe ſe Diuum ad Conſortia ferre.
Hoc tandem dedit iſta dies: gaudete beati
Cœlitum Campi/quibus hæc acceſſio tanta
Facta fuit: qui tantum hodie vidiſtis honorem:
At lemures/ſtigijq; lares/lamenta per omnem
Exiuere Erebum/gemituſq; dedere / videntes
In Cœlum migraſſe animas: atq; in ſua quondam

Atria terrigenas Chriſto ducente receptos.
Hæc eſt illa dies priſco celeberrima ritu
Ocnigenis/late fuſo quos Mintius amne
Cingit iens ſubter longos cum murmure pontes:
Chriſti etenim ſacro ſparſus de corpore ſanguis
Quem Longinus adhuc tepidum riuiſq; fluentem
De cruce purpureis vitream collegit in vrnam/
Profertur de templi adytis/vulgoq; quotannis
Cum redijt lux iſta/loco monſtratur ab alto.
Tum gemitus populi flentis/veniamq; precantis
Exoritur clamor:fugiunt per nubila voces:
Neue putes ſolos hæc ad ſpectacula Ciues
Aduentare:fluunt agri/vicinaq; magno
Oppida concurſu:ducens a flumine nomen
Parma:Placentinis magnum de collibus agmen.
Et Regij Mutinæq; lares:Verona niuoſis
Vrbs ſuppoſta iugis:fontanæ prodiga lymphæ
Brixia:Zedoræ campeſtria rura Cremonæ:
Arua per effuſis properant florentia turmis.
Quid laudenſe ſolum? Quod regna Inſubria dicam?
Bergomeaſq; domos? pietas antiqua vocauit
Sæpius huc reges ipſos.Germania miſit
Sæpius Auguſtos.Tyberino a flumine ſummi
Pontifices ſæpe ad ſanctum venere Cruorem.
Felix relliquijs & tanto munere Manto
Te in primis/te toto animo te tempore in omni
Te te inquam Chriſti memorem decet eſſe.reliquit
Aſpice quale tibi monumentum & pignus amoris.
Non potuit maius quicquam dare.Sanguinis vnam
Attulit in Cœlum partem/quantum genus illud
Vitæ immortalis viſum eſt expoſcere:partem
Ad tua longinquo miſit de littore templa.

A tqꝫ ita te coluit terris magis omnibus vnam.
Q uare age ſolennes ne ſis ingrata/quotannis
M unere cum magno duc ad ſacraria pompas.
N eu ſine collabi quos inſtituere parentes
L egitimos ritus. Tu Chriſti ſanguinis hæres
N on debes adhibere iſtis nebulonibus aures:
N ec ſectari homines noſtro quos vidimus æuo
B aubari vacuis & inanibus argumentis/
A c tentare tuum decus hoc abſcondere: & iſtam
O bſcurare diem: preciumqꝫ offendere linguis
I n circūſpectis/quo gens humana redempta eſt:

F I N I S.

DE PENTECOSTE.

T O ta domus Chriſti ſicut preceperat ipſe
Pneumatis expectās vētura chariſmata ſc̄ti
S ecreta ſuper arce Sion ſtatione latebat.
P oſtq̄ ſtelliferum Chriſtꝰ cōſcēderat axē
Occiderat nouies gēitor Phaethōtis/et orta
I am decimo cum ſole dies tres egerat horas/
E cce procelloſi fragor inſtar turbinis ingens
E t velut irato pontus cum vapulat Auſtro
I mpetus auditur ſtridens per nubila: iamqꝫ
C ircum tecta ſonat: pulſi tremuere penates:
S ponte ſua patuere fores/patuere feneſtræ:
C unctaqꝫ per thalamos ſubito ſubuerſa tumultu.
V iſæ etiam linguæ ardentes volitare per auras/
E t ſuper ora virum volucri conſidere lapſu.
N uminis occulti (nam tempeſtate ſub iſta
C lauſum Numen erat) penetrauit in intima raptim

V iſcera vis: animę volucri penetralia lapſu
O mnia percurrens vitæ mortalis abegit
A ffectus,ſtudia/& curas/& inania vota:
P ro quibus induxit patriæ immortalis amorem
P erpetuum caſus omnes ſuperare potentem/
R identemq́; minas/contemnẽtemq́; tyrannos.
I nſuper edocuit non græca vocabula ſolum
A c romana loqui:ſed quod babylonia quondam
A udiјt excelſam Nemrot dum conderet arcem.
H ec poſt paſcha fuit lux quinquageſima/ſancto
S piritui ſacrata/pater quem miſit ab alto
V t nati firmaret opus:faceretq́; ſecundo
N auigium petri fluctus procindere vento.
T unc longas iuere vias externa petentes
R egna patres noſtri: voces audiuit eorum
O rtus/& oceanus/boreas/Rypheus & Auſter/
A phrycus.Oceano quas nunc inuenit Iberus
I nſulæ in Auſtrino ſi tempore forſitan illo
A udierint chriſtum/res eſt incognita nobis.
V t perhibent/illis non ſunt veſtigia Chriſti
V lla locis:illas ſuperos & Numina gentes
B arbaricas neſcire ferunt,& more ferarum
V iuere: & humanis etiam(res horrida) veſci
C arnibus/expertes legum pietatis & æqui.
H is voluit noſtris Deus apparere diebus:
A tq́; per hyſpanos diuinam oſtendere legem.
E ſſe alias etiam terras & regna putandum eſt
S ole vbi cum nobis nox eſt ſurgente dieſcit/
Q uæ veniſſe nouam nondum audiuere ſalutem.
H is quoq́; venturis lux eſt oritura diebus.
I n nos mortales & enim ſimul omnia nunq̃
I nfluit:at differt in idonea tempora Cœlum:

Et variás vt mens quæ proſpicit omnia/dictat
Partit in ætates fatorum immobilis ordo:

DE TEMPORIBVS.

AD tres iſta dies tendunt ſolemnia: quantam
AEſuries cohibet: nam fert ieiunia ſecum
Tempora quæ dicunt. Prima hæc ieiunia nobis
Occurrunt poſt paſcha ſacrum/quo victor ab vmbra
Chriſtus auernali ſuperas aſcendit ad auras
Et tria ſunt: Nam ſexta dies & ſeptima parcis
Relligione pari minuunt conuiuia menſis:

DE TRINITATE.

ET quoniam de prole ſumus ſatis ante loquuti
ESeiunctim: de Patre ēt non parua per annum
Mentio fit. Necnon ſancti de Numine Flatus
Qui docuit fari linguas & barbara verba.
Nunc coniuncta tribus patres ſolemnia noſtri
Conſtituere: dies ſolis quæ proxima portat.
Hic igitur coniuncta trium quibus vnica virtus
Vnum Numen ineſt/vna omnipotentia/& vna
Nomina plura licet teneat/ſubſtantia ſimplex/
Feſta renidentes fumo celebramus ad aras.
Hoc eſt grande illud quod neſciuere parentes
Arcanum Solymi: quod cum veſtitus amictu
Corporis humani Chriſtus diuina propago
Explicuit terris/hominum prudentia tanq̄
Offenſi radijs oculi/defecta remanſit:
Nec potuit iubar in tantum defigere mentem:
Sed ſtetit attonito ſimilis. Cœleſtia non fert
Terreſtris ſecreta animus mortalia ſolum
Doctus/& a terris nequiens attollere frontem.

Propterea noctu veniens Nicodemus ab ipſo
Iſtud vt audiuit Chriſto/quo tanta magiſter
Quo fieri poſſunt dixit myſteria pacto?
Iſtud Athenarum riſit ſapientia: riſit
Roma potens rerum magni caput orbis. & ipſe
Nilus/& ingenio plæbes babylonica tardo.
Noſtra ſub hac curua vaſti teſtudine mundi
Noticia in nebulis habitat/neq; ſidera tranſit,
Nos adhibere fidem verbis celeſtibus auſos
Credulitas docuit diuum ſperare penates.
Atq; ideo lucem hanc celebri decoramus honore:
Hæc ſat erant feſto quædam tamen addere viſum,
Vt rubor hebreo/noſtris fiducia creſcat.
Nos qui tres colimus/falli Iudea/Deumq;
Multiplicare putat/quia nunq̄ attollit in altum
Proiectos in terram oculos. Subſtantia certe
Quæ deus eſt/vna eſt: numerum perſona recepit.
Sicut enim plures arbor gerit vnica ramos,
Vnica perſonas/ſic fert eſſentia plures.
Sic etiam plures animæ de ſimplicis vno
Stipite procedunt vires/exempla feruntur
Iſta: q̄ in numero totaq; propagine rerum
Propoſito certum eſt nil eſſe quod vndiq; quadret.
Hæc noſtris tam mira animis myſteria quoddam
Eſt apud hebreos quod vult pretendere nomen
Quattuor includens elementa carentia voce.
Nomen id vt perhibent ſancti veteriſq; nouiq;
Signat in eſſe Deo quiddam quod cernere nuſq̄
Fas alibi/licet ingenio per cuncta ſagaci
Cætera diſcurras. Hæc eſt eſſentia ſimplex
Vna nec admittens numerum/tribus inſita tantum
Suppoſitis/vt noſtri vtar ſermonibus æui.

H oc diuina volens ſoboles aperire docendo
S æpe trium meminit/flatus/Natiq;/patriſq;/
Q ui veniunt vno tanq̄ de flumine riui
A tq; Deum cobeunt(dictu mirabile)in vnum.
H æc ea ſunt quæ clauſa notis ſub quattuor illis.
A ccipe nunc curnam iudei abſcondere nomen
S ic ſtudeant illud. Dicunt miracula poſſe
C uncta per id fieri ſi quis vocalibus apte
A diunctis proferre ſciat. de ſedibus orci
E xcitos referunt manes in mēbra reuerti
M ortua/depelli morbos/elementa moueri:
S ic Chriſtum celebrem factum/q̄ ſcilicet eius
N ominis auxilio poterat quæcūq; volebat.
P roptereа timuit gens illa incredula/ne quis
F orſitan hebreos contra/vim nominis huius
E xerceret: & hæc eadem dementia fecit
P ropria romuleæ neſciri numina Romæ:
N e cupiens aliquis romanam perdere gentem
A pta ſubornandis apponeret orgia diuis:
S icq; nouis fierent Romæ nidoribus hoſtes.
T rine Deus maior q̄ mens humana capax ſit
C uius opus q̄uis magnum ac mirabile/longe
E ſt virtute minus/cuius Clementia finem
N on habet/exaudi/nobiſq; illabere: noſq;
C redere fac/quæ fas homini cognoſcere non eſt:
N ec transferre neges nos ad tua gaudia tandem.

DE EVCHARISTIA.

O ſt epulas Chriſtus mortē paſſurus acerbam
P I nſtituit ſacrum quod tunc mœrore labantes
P roſternente animos fuit huc trāſferre neceſſe.
N on fuit ex auibus non ex cerealis ariſtæ

Fruge/nec ex gregibus ſacrum/teneroue Iuuenco
Qualia gentiles/& gens Iudæa ſolebant
Reddere Cœlitibus. Sacrum fuit ipſe: Sacerdos
Ipſe fuit: Sed ſe velauit imagine mira:
Nam quæ pannis erat/quæ vini eſſentia quondam
Fecit vt in Chriſti corpus/ſacrumq́ Cruorem
Tranſierit ſubito/ſaluis vtriuſq́ figuris.
Huc æterna ſuas tulit omnipotentia vires:
Omnia quæ peragit ſeu ſint ingentia/ſeu ſint
Parua/pari conatu illi ſunt omnia quæ vult
Obuia: per facili quæ vult habet omnia nutu.
Quæ talis tantuſq́ opifex promiſerit/aude
Credere: quod vero talis tantuſq́ putari
Debeat hic opifex oculos ad cætera transfer
Quæ legitur feciſſe opera admiranda: videbis
Illum per fluctus ſiccis incædere plantis/
Pellere tartareos manes: a faucibus Orci
Ducere & in lucem rurſum reuocare ſepultos.
Immedicabilibus morbis humana leuare
Corpora/& orbatis oculis ab origine lumen
Reddere/quæ fieri rerum natura negabat.
Hoc magnum hoc ingens & non imitabile ſacrum
Inſtituit Chriſtus/docuitq́ ſacerrima verba
Mortales quibus id faciant quod fecerat ipſe.
Hoc igitur quotiens opus exercetur/ab vſq́
Manibus infernis ſummoq́ auditur olympo.
Eruit a ſtygijs ſontes penetralibus vmbras
Nec ſolum a morbis: verum & diſcrimine ab omni
Mortales miſeros a ferro/a fulmine/ab vndis
Igneq́: ab infernæ gentis violentia & armis.
Liberat: & nihil eſt nobis æque vtile/Dici
Tam graue & horrendum/Sic delectabile Cœlo.

Flore Cruces igitur vario circũdate: & herbas
Spargite: velatum ſub panis imagine regem
Atq; Deum ferimus: procul hinc procul ite profani:
Ferte faces manibus: fieri ſibi talia mandat
Chriſtus/in auratis ſacros decet ire miniſtros
Veſtibus: & dulces cantu modularier hymnos.
Azima ſeu fuerint ſicut dixere Pelaſgi
Liba quibus fecit ſacri venerabilis author
Ambiguum. Celebrare modo laudabile vtroq;/
Si noſtræ ſinerent leges romanaq; iura:

DE SANCTO BARNABA ET SOLSTITIO.

Enſis adeſt Iuuenũ. creſcens accenditur æſtas
M Nox licet attollat quot nox lõgiſſima ſigna/
Eſt contracta tamen/breuibuſq; abſoluit horis.
Nam citius quæ obliqua meant ea ſidera ſurgunt.
Sol venit ad metã/quo cum peruenerit/axe
Leniter inflexo læſæ ſua tempora noctis
Reddit: & Auroram dormire diutius vrget.
Ingreditur Cancrum ſidus pluuiale/ſed æſtus
Frenat aquas: Si quos hyades/vel luna/vel ædi
Excierint cœlo nimbos/Aquilone citato
Diſſipat: & ſparſos in fulmina colligit ignes.
Sæpe tamen frigus fugiens vtrinq; calorem
Et quem ſol ſupra ciet/& quem terra deorſum/
Fortius euadit/pluuiamq; in ſaxea cogens
Fruſta premit fruges/ & grandine fulminat agros.
Cancer agit ſecum iugulas Oriona verſus
Quas dare venandi ſtudium/curamq; petendi
Ex pelago & ſyluis credunt prædacea lucra.
Meſſis adeſt/flaueſcit ager/ſub ſole Colonus
Sudat/& in ſtrophium tortis ligat hordea culmis.

Torida Solſtitij poſitum prope limina tempus
Barnaban œſtiuum memorat: cum lucifer exit
Vndecimus. Temeſe Salamin Paphos alta Cythera
Feſta ſuo celebrant & collætantur alumno.
Nam Cypria de gente fuit/demiſſus ab alta
Stirpe leui: quæ progenies addicta Tonanti
Tota fuit/templo & ſacris prefecta litandis.
Ipſe Comes Paulo dum barbara regna peragrat
Magnanimus fortiſq; fuit/tranſiuit Iſauros
Cappadoces Cilicas Phrygios per Troada venit
Littus ad ægæum/Macetas/theſeida gentem
Aulida Cadmeam. Sunt qui veniſſe putarint
Barnabā in Latium/Romæ docuiſſe latinos
Atq; apud Inſubres ſacram tenuiſſe cathedram.
Dum Liſtris agerent/populis Credentibus ipſum
Eſſe Iouem/Paulum vero grandi ore ſonantem
Mercurium/cum turibulis venere miniſtri
Sacrorum vitulos illis mactare parantes.
Ipſi autem qui ſe atq; alios ſeruare volebant
Rem ſibi diuinam fieri vetuere/monentes
Se fore mortales homines. Libamina Soli
Danda Deo: non Dijs generi crudo atq; nefando.
Tandem vbi circuitu terras atq; æquora longo
Perluſtrauit: iter patrios conuertit ad agros:
Demum vbi ſeminibus fidei primordia iactis
Conſtituit/Ione Cyprigenas agitante Crematus
Ad bona/quæ toto mens affectauerat æuo?
Tranſijt: in cinerem corpus mortale ſolutum eſt:

DE SOLSTICIO ET AEQVI-
NOCTIO MVTATIS.

E c moueat quęq̃ quod ſolſtitialia dixi
N T empora in vndecimam Iuni deſcendere lucē.
V t nos longa dies docuit/Cœleſtia mutant
A ſtra vias/varianť ſuos in tempore curſus.
S erius ad Cancrum ſeſe referebat Apollo
T empore quo veterem digeſſit Ouidius annum:
S olſtitiumq́ ſuos olim protendere fines
A d lucem fere vſq́ ſuam Baptiſta videbat:
T ertia lux nunc ante Idus longiſſima:nam ſol
A d Boream ducto nobis eſt proximus axe:
T empus erit niſi cura patrum correxerit annos/
Q uo Iuni prima ipſa dies intrare videbit
I n pluuias hyades/Tauriq́ in cornua ſolem.
E t ſolito citius Veris clementia flores
P roferet.hyberni citius violentia Cœli
D eſinet:æſtatis fugiet maturius ardor:
E t pater Autūnus mites dabit ocyus vuas.
O mnia ſic longo Cœlum mutabile curſu
A lterat:ac menſes,annos tranſformat/& horas.
Q uod de ſolſticijs quæ brūma reportat & æſtas
D iximus/iſtud idem dici debere monemus
D e Aequidijs/quorum eſt noctes æquare diebus.
Q uod facit Autumno fugiens & Vere reuertens
S ol hyperionium/Si vera eſt fabula/Semen:

DE SANCTO HELISEO CARMELITA.

P ater o princeps/o dux Heliſee meorum
O H eliadum qui Cæſareæ coluere penates
E t vada Iordanis Libano venientia ſalue.
L ux tua/poſt idus Iuni quæ prima reſurgit.
C armeli lætatur apex:fons inclytus ille
Q uem pater Helijas ſitiens potare ſolebat

Illa luce ſinum magis implet: & vndiq; ripas
Tranſiliens recreat poſitos in margine flores:
Ac maris in virides decurrit alacrius vndas.
Te pater omnipotens ob relligioſa prophetam
Pectora conſtituit: liquidoq; infudit oliuo.
Igneus Helijam currus cum ſuſtulit/ ipſe
Admiratus/equos cõtemplabare volantes
Per nebulas: tibi diſcedens quaſi pignus amoris
Proiecit chlamidem potuit quæ fluminis vndam
Siſtere/ & excluſis vada reddere peruia lymphis.
Tu facis e vacuo viduam miſeratus oliuum
Emanare cado: ſterili producis ab aluo
Progeniem vetitam: paruo poſt tempore cũ mors
Inuidiſſet eam matri / ſubitaq; fuiſſet
Vi predata animam/ tu morte potentior arctus
In teneros reuocas vitam de limine Auerni.
Tu ferrum in latices lapſum ſuper alta natare
Aequora iuſſiſti: ſucco Colocyntida amaro
Illico feciſti miſſa ſimilagine dulcem.
Tu Iordanis aquis genus immedicabile morbi
Quam dixere malam ſcabiem leprãq; fugaſti.
Aſſyrios qui te captum venere latrones
Illaqueas/ morbo eſt Aoraſia nomen.
Iezabel antiquas fraudes/ & regis Acabi
Sacrilegum genus extirpas/ Diuũq; nefanda
Orgia/ & vmbroſis poſitas in collibus aras.
Tu reges facis atq; regis: tu arcana reuelas/
Tu ventura canis/ tu regni Auriga fuiſti
Iſrael: & vigilans ſolymorum in puppe magiſter.
Cum tua latronis miſſum ſuper oſſa Cadauer
Forte foret(vis tanta tibi poſt fata) reuixit:
O morum exemplar/ o religionis imago

Cuius ad exemplum ſancti vixere Nepotes
Tempus ad hoc. & enim qui religioſa frequentant
Clauſtra/ſuos vertunt tua per veſtigia greſſus:
Atq; tui ſimiles viuendo euadere certant.
Flecte acies in nos Pater/& tua reſpice vultu
Tecta pio/quæ ſeruat adhuc Carmelus in alto
Vertice. Barbaricas gentes de finibus illis
Eijce: & exulibus da prima habitacula nobis:

DE SANCTIS VITO/ MODESTO/ ET CRESCENTIA.

Cogor ob ætatem teneram ſubiungere ſancti
Feſta Viti/cui iuncta fuit Creſcentia nutrix/
Et qui prima dedit puero documēta Modeſti?
Ipſe genus Lucanus erat: Lucania pars eſt
Italiæ ad ſiculos vergens/Vir nobilis & ſi
Idolatra pater natum obiurgare ſolebat
Quod foret aſſuetus ſtatuas ridere Deorum
Preſertimq; Iouis/quem Creta audiuerat ortum
Et Capra nutrice alitum ſub rupibus Idæ.
Talia prefectus mox vt reſciuit acerba
Mente ferens/puerum loris & vimine torſit:
Nec mora/Tortorum cubitos/& preſidis vlnas
Corripit ariditas/neruiſq; rigētibus arctat.
Tum puer a veſtris ite impetrate Salutem
Numinibus dixit: tandem miſeratus eorum
Supplicia orauit ſuperos/atq; arida ſoluit
Brachia: tam facilem puero ſe prebuit æther.
Tum pater intrudi iubet in penetralia natum:
Rimariq; volens quid agat videt ignea ſeptem
Numina/& in medio puerum læto ore ſedentem:
Obſtupuit genitor/totamq; exterruit vrbem

S e clamans vidiſſe Deos/iterumq́ꝫ reclamans
C erito ſimilis: ſed cum non parceret iræ
Nec bene de nato poſſet ſentire/Modeſtus
S ic mandante Deo puerum procul egit ab vrbe:
S ed lar fraude potens/ illi noua bella parauit
N am prolem ingreſſus romano principe natam
A ſolo ſe poſſe Vito de corpore pelli
D ixit: & hac puerum romana in mœnia traxit
A rte lemur: magnis animis vbi vicit atrocem
S æuitiam Diuum atq́ꝫ hominum/per verbera et ignes
D uctus ad æternæ decus inmortale Coronæ.
P oſt decimam tua quinta dies Vite ſancte: Modeſtus
E ſt comes in patria qui per peregrina vaganti
R egna fuit. Nutrix quæ te Creſcentia nunq̃
D eſeruit viuens: tecum quoq́ꝫ mortua viuit.
S unt quoq́ꝫ qui ſiculis paſſim regionibus iſta
T e tormenta velint/& te viciſſe Cataſtas
V incula/ſquallores/clibanos/ferrūq́ꝫ/ feraſq́ꝫ:

DE.S.GERVASIO ET PROTASIO.

P Oſt decimam ſexti mēſis tua nona Protaſi
F eſta dies celebrat: tecum prognatus eodem
S emine Geruaſius facti crudeliter ambo
M artyres Aſtaſio ſub iudice: regna tenebat
T um romana Nero: tum toto ex orbe fugatum
F as aberat: terra atq́ꝫ mari regnabat Erinnis
V os vrbem/cui lana ſuis dat nomina / veſtro
S anguine tinxiſtis. poſt plurima tempora Paſtor.
A mbroſius vobis id ſignificantibus alta
S ub tellure ſimul vos inueniſſe iacentes
D icitur: & celebri magis exornaſſe ſepulchro.
H unc quoq́ꝫ vobis fertur recubare: tribuſq́ꝫ

E ſſe vnam poſt fata domum: requieſcite ſanctæ
M agnanimæq́; animæ. veneranda quieſcite membra
E t vitam ſperate nouam: ſperate reuerti
R urſus in antiquam lucem cum venerit olim
C hriſtus ab ætbereis ad mundi examina regnis.
I nterea pacem noſtris orate diebus:
E t ſuper Italiæ populos triſti atq́; neſanda
S orte laborantes/ne qui regnare ſolebant
F unditus intereant/cura vigilate ſalubri:

DE NATIVITATE. S. IOAN. BAPTISTE.

E cce dies Iuni vigeſima quarta ſubintrat.
F erte faces/date tura focis: accendite lycbnos.
F eſta reuertuntur totis cõmunia terris.
C ætera mortales aliqui venerantur: At iſta
O mne genus: Colitur totum Baptiſta per orbem:
A rmenij/Medi/Indi/Arabes/qui Neſtoris artes
A ccepere malas/luce bac ſua templa frequentant:
S eruiles faciunt operas ceſſare/peragrat
P aſcua bos: requieſcit bumus/non vapulat Incus:
I ura ſilent: Sileant & iurgia: relligioq́;
F loreat: & primæ pax & Concordia vitæ.
L ux beſterna famẽ ſextam produxit in boram/
E t ieiuna fuit: feſtis maioribus bæc eſt
D ebita relligio: Sed lux bodierna peractis
M ane ſacris tota in plauſus & gaudia tranſit.
R uſtica verbenis cingit ſua tempora pubes:
T ibiaq́; accendit faciles inflata choreas.
E ſſe nuces memorant frondes quæ ferre recuſent
H actenus/arrentes quas lux beſterna putabat/
I ſta dies vidit ramos geſtare comantes.
S unt quoq́; qui Filicem iurent bac ſemina nocte

Gignere: & hac ipſa deponere ſemina nocte.
Iſta dies igitur non ſolum feſta vocari
Verum etiam miranda poteſt: quæ talia ſemper
Cum redit apportat ſecum miracula rerum
Progenies quam non poterant ſperare parentes
Amplius & felix & ſanctificata priuſq̃
Nata/diem facit hanc alacrem: puer iſte futuræ
Nuncius ætatis miro diuinitus ortu
Aeditus impuri fugit contagia vulgi.
Et memor Heliſe nemora & ſylueſtia greſſu
Per loca ſoliuago primis habitauit ab annis:
Et modo Carmelo reſidens in monte virorum
Heliadum ſaltu qui verſabantur in illo
Diſcebat mores: & delectatus eorum
Relligione diu gelidis habitabat in vmbris:
Et modo Iordanem propter. ſi roſida prata
Si vidiſſet humum curua in conualle virentem
Et vacuum ſine teſte locum/ſine voce ſilentem
Stabat/& eſuriem tenui ſedaſſe locuſta
Dicitur ignorans adipem/ſiceráq; merumq;.
Angelus hanc patri prolem promiſit in alta
Arce ſionei dum accenderet orgia templi:
At cum pollicitis eſſet male credulus iſtis
Ammiſit ſermonis iter: fraudata loquendi
Officio manſit quaſi fax ſine lumine lingua:
Vt puerum cõiux a parens/ cum nomina Nato
Eſſent danda/pater vocis retinacula rupit.
Et noua fatidico modulans oracula cantu
Impoſuit ſanctæ prognoſtica nomina proli.
Aſt vbi iam fortes Iuuenis peruenit ad annos
Ad vada Iordanis reſidens venientia lymphis
Agmina dum tingit/ſubito cognomina tali

T raxit ab officio/Chriſtum monſtrauit/in amne
A bluit/excelſo miſſum teſtatus olympo.
T anta erat in populis eius reuerentia:tantum
N omen:vt ex cunctis fluerent regionibus illuc
A ſſidue velut ad quedam miracula turbæ
I ſte deo pluſq̃ Vates auctore vocandus
M aieſtatis erat tantæ per proxima regna
V ndiq̃/vt a populis Chriſtus iam poſſe putari
I nciperet: Chriſtus quem ſtirps ægyptia Moſes
V enturum auxilio terris promiſerat olim.
A ſper & hircino veſtitus tergore longis
I mpexiſq̃ Comis/lapſaq̃ in pectora barba
M ortales obiurgabat ſermone ſeuero/
A tq̃ ſuperciliis inſectabatur acerbis
O mne nefas/homines animans ad olympica regna
H æc ſatis hic.Alio rferentur funera cantu:
S ancte precor iuuenis qui prima ſedilia Cœli
I ure tenes inter ſuperos/ reminiſcere quantas
C ladibus humanum premittitur genus:aſpice gentem
C hriſtigenam fineſq̃ tuos/vbi debita nobis
R egna tenet Chriſto rabies Agarena fugato.
P elle Arabum ritus/gentẽq̃ extinguæ ſuperbam:
E liadeſq̃ tuos in regna antiqua reporta:

DE MARTYRIO.S.PETRI. FT PAVLI.

A luete o magni duo maxima lumina mundi
S P etre & Paule:dies vr̃is hæc clauſa triũphis.
I unius exibat:iam ſol penultimus vmbram
N octis in occaſum ſtellaſq̃ fugauerat omnes/
C um viroſa Nero ſpirans aconita draconis
M ore venenoſi rabiem prorupit in iſtam:
E t ſcelus eſt auſus quod non abolebitur vnq̃:

V nde illi parta eſt æterna infamia ſæclo.
I uſſit enim Petrum quo non inſignior alter
R elligione fuit pedibus ſublime leuatis
O re in humum verſo pendere patentibus vlnis:
Et Paulum rigido iugulum ſubmittere ferro.
N omen erat Petro ſimon ab origine: ſed cum
V ellet eum Deus eſſe Baſim templo ædificando/
F ecit ei ſolidæ nomen de nomine Petræ.
P oſteritas quia rector erat clauiū'q tenebat
A ppellare Cephan voluit/quæ nomina graio
A/ſermone trahunt ſicut ſonus indicat / ortum.
C hriſtus ob ingenium ſimplex & mite piū'q
R etia per fluuios & per piſcoſa trahentem
S tagna virum tulit/& docuit conuertere gentes:
R egna gubernare: & Diuorum euertete cultum.
V rbibus Aſſyrijs Chriſti poſt funera poſt'q
I n cælum reditus biſſeptem dicitur annos
I mpendiſſe graui vexans mala numina bello.
M ox maria ingreſſus longa'q ambage viarum
C ircunlatus iter vertit Bithinica verſus
L ittora/Cappadoces/Galatas / pontū'q peragrans
Q uotquot erant illis Iudea ab origine regnis
E docuit Chriſtum: veteri'q retraxit ab vſu.
I nde per Aegeum/ per Cycladas/ Ioniū'q
M ulta mari & terris diſcrimina paſſus ad vrbem
R omuleam mundi dominam rerū'q potentem
V enit: vbi æterni iaceret primordia regni.
T um magus eneadas ſimon ipſum'q Neronem
P ræſtigijs ludens ſe ſe iactabat iturum
A erium per iter/volucreſ'q æquare volatu.
P etrus vt a terris ſublatū in nubila vidit
S ubmiſſis genibus multa prece numina flexit

Vt rueret: preceps igitur quaſi plumbea moles
Cum ſtridore ruit: fuſiſq; attrita medullis
Oſſa ſolo deſerunt/animam Vulcanus ad ymbras
Traxit. & in tetri foricis ſepeliuit Auerni.
Cum foret a ſolymis in abenea vincula miſſus
Per noctem domus intremuit/patuere repente
Sponte fores/ſtetit attonitus ſine voce ſatelles:
Diſſiliјt ferrum: fracte cecidere Catenæ:
Liberaq; excuſſis mouit veſtigia vinclis.
Prætereo a ſancto q9 Centurione vocatus
Lauit eum: q9 de nigro phlegethonte puellam
Traxit: vt a grauibus morbis abſoluerit ægros.
Cuncta ſequi grandis labor/& mora longior anno:

DE SANCTO PAVLO.

S Aulus erat quando furijs agitantibus ibat
Alta Damaſcenæ ſubiturus mœnia terræ.
Sed traxit collapſa vetus dementia ſecum
Nomen: & euaſit Paulus: qui voce per orbem
Intonuit tanta vt Boreas audiret / & Auſter/
Ortus/& occaſus/maria vndiq; & vndiq; tærræ.
Quis referat gentes/quis regna recenſeat / vrbes
Oppidaq;/& populos per quos vitalia ſparſit
Semina Triptolemo ſimilis ſi ſancta profanis
Admiſcere licet? Non tot Proſerpina matri
Eſt quæſita vijs/nec tanto inuenta labore
Quanto humana ſalus Paulo ſatagente reperta eſt.
Europam metire animis/ Aſiamq;. Theatrum
Iſtud erat Paulo. tanta hæc certauit harena.
Non vada/non ſyrtes timuit/iuga ſumma, minātes
In Cœlum ſcopulos ſumptis quaſi Pegaſus alis
Tranſijt. Obijcibus nullis mens ardua ceſſit.

Gerionem Antheum Erycem pecudēqꝫ Erymanthi
Suſtulit Alcides monſtrūqꝫ in mane Molorchi:
Iſte Deos ſaturnigenas/martēqꝫ Iouemqꝫ
Neptunum & reliquos/qui tum diadema ferebant:
Et quibus imperium Romæ ſubmittere faſces
Et curuare caput vituloſqꝫ adolere ſolebat.
Sicut in igne Chalybs poſitus candeſcit/& ignem
Concipit/ac ſtipulas admotaqꝫ robora adurit
Sic animus Pauli diuino accenſus amore
Euaſit diuinus amor/qui feruida corda
Redderet/& cœleſti homines accenderet æſtu.
Nec ſat erat gentes coram docuiſſe: docebat
Abſentes etiam.teſtatur Epiſtola Romam
Miſſa:notæ ſuperāt quas accepere Philippi:
Teſſalonicenſes:Galatæ ſubiunge Corinthum:
Ad genus hebreum miſſas: Epheſumqꝫ/Rhodūqꝫ:
Et quæ diſcipulis fidei documenta reliquit.
Inter mortales nil magnificentius vnq̄
Auditum viſumue fuit:non ſupplicat ore
Seruili ſeu mendico:ſed grandia fatur
Nil veritus procerum vultus: & regibus ipſis
Imperat/imponens leges ceruicibus altis.
Adde ꝙ ad ſuperos raptus cœleſtia vidit
Viuus adhuc/& adhuc terreſtri in corpore regna/
Audiuitqꝫ Deum verba immortalia fantem
Quæ non ſit licitum fari mortalibus vllis.
O diuinæ animæ quarum ſanctiſſima Romæ
Membra cubant/ſeruate fidem/ prohibete ruinam
Atqꝫ reformandi curam ſtudiumqꝫ ſenatus
Vſurpate:vetus iam diſciplina fatiſcit:
Conſenuit probitas/& morti proxima languet:
Vt licet iſta dies Diuis ſit ſacra duobus

Cras tamen ac ſi lux non ſit ſatis vna duobus
Propria ſoluuntur laudum preconia Paulo:

FINIS.

DE VISITATIONE/BEATE VIRGINIS MARIAE.

I Vlius ingreditur: duris tritura flagellis
Verberat arrẽtes rapido ſub ſole maniplos
Et ꝑ aduſta ſonãt Titbonides arua cicadæ.
Audierat Virgo partu fœcunda recenti
Cõcepiſſe Nurũ ſterilẽ ſibi ſanguĩe iũctã.
Viſat vt agnatam peragrare Iuuencula ſaltus
Audet. & aprilis virides iam neuerat vmbras.
Ruraqꝫ multiſono cantu mulcebat Aedon
Quando pium ſuſcepit iter: peregrinaqꝫ manſit
Tertia dum clauo ſenuit Proſerpina vultu.
Quam primum ſolis radios egreſſa videri
Cœpit quarta/domum redijt: nos miſimus iſtam
Inter feſta diem/dedimuſqꝫ vocabula facti
Iam dudum officij: pancbeaqꝫ tura cremamus.
Vt primo ingreſſu dextras iunxere Parentes.
Vt commiſſi vteri miſſis ad colla lacertis
Res noua/nec ſeclis audita prioribus vnq̃
Contigit/infantes ſe ſe agnouere. Iobannes
Conceptu qui maior erat mirabile dictu
In genua erectus duplices ad ſancta tetendit
Virginis ora manus: ſenſit myſteria mater
Grandior: & Cbriſti ſic eſt affata Parentem:
Vnde mibi vt mater Dñi mea tecta ſubintret?
Vnde datum? tbalamis vnde bec noua gloria noſtris?

DE SACRIS DIEBVS.

O felix & fauſta dies: o enthea Virgo
Quæ dictis adhibere fidem cœleſtibus auſa es.
Sic Senior. maiore animi dulcedine Virgo
Fecit/& exultans cecinit memorabile Carmen/
Quod Chorus alterno cum ſol declinat ab axe
Pronus ad Antipodes modulatur ad organa cantu.
Talia maiores noſtri myſteria docti
Inſtituere coli lucem ſolenniter iſtam.
O geminæ matres quæ pignora tanta tuliſtis
Eſte pudicitiæ noſtri cuſtodia ſæcli:
Et mores ſeruate bonos. Venus atq; Cupido
Omnibus in terris bellum indixere pudori:
Et fugit ex tectis ac profligatur honeſtas:
Ab prohibete nefas/ſceleriq; occurrite tanto:

DE SANCTA MARGARITA.

Ole molorcheum Canis ingrediente Leonem
S Surgit: & ardorem duplicat. natura maligni
Sideris ægrotans vitio incuſare videtur
Artificem mundani operis: qui iunxerit aſtra
Hæc duo. & æſtati tantos adiunxerit ignes:
Febrit humus: campis ægræ ſitientibus herbæ
Inclinant capita: & folijs exanguibus arent:
Diſſiliunt agri: rimiſq; videntur apertis
Velle queri: & ſiccis inceſſere faucibus aſtra.
Deficiunt clauſis exhauſti fontibus amnes:
Et vada nuda ſilent: nullum Tithonia rorem
Fert aurora/carent nubes humore. Sepulti
Sunt Zephyri/nec flant ſoliti ſpirare quotānis
Cum caput attollit ſitibunda Canicula venti
Axis hyperborei ſolem frenare potentes:

Iulius eſt menſi nomen/ quia Iulius iſto
Aeditus eſt Cæſar martis ſub ſidere menſe.
Eſt in littoribus quædam maris inclyta rubri
Concha ferens gemmas/quibus vnio nomen apud nos
Margaritas Grai appellant: Quo nomine Virgo
Quæ immortale Syræ decus eſt & gloria gētis
Appellata fuit. claris natalibus orta eſt
Qua rigat Antiochi preclaram Farfarus vrbem.
Et quia nos alias eius memorauimus acta
Latius/hic lucem ſatis eſt oſtendere feſtam:
Et qua paſſa die terras mutauit olympo.
Hæc aurora fuit menſis vigeſima Iuli/
Aſſyrijs quando vultu prelata puellis
Poſt ferrum poſt ſqualores & carceris vmbras
Poſt ſtygios manes varia ſub imagine victos
Perdidit effuſo florentē ſanguine vitam.
Hæc igitur iucūda dies. onerata laborant
Horrea. ſuppoſitis opus eſt laquearia fulcris
Et curuas munire trabes. ſudaſſe Colonus
Gaudet: & excelſis numeros incidit aceruis.
Fruge noua redolent tectis fœnilia plenis.
Prata virent rurſus: pecoris ſpes altera cordum. i. ſerum
Autumnale comas iam porrigit: vua rubeſcit:
Et ſtudet accepto ſenſim miteſcere baccho.
Iam pira quæ dicunt glacialia carpere tempus.
Languida ficus adeſt/ & vulnus ab alite paſſa
Ficedulam noſtri dixere/ Sicallida Grai.
Perſica quid referam? Veteris quid poma Damaſci?
Quid telluris opes? quibus hoc tolerabile tempus
Alma parens Natura facit: ſub frondibus amplis
In tellure iacens Pepo iam maturus odorem

Spargit/& occultat glauco ſub cortice nectar
Quod queat ardentes Phœbi compeſcere flamas.
Ecce per areolas vt lato effunditur orbe
Seſſilis irriguum quæ fert lactuca ſoporem.
En Cucumis iecori pariens medicamen aduſto:
Nec non & gelido ventroſa Cucurbita ſucco
Quæ diſcumbit humi/quæq́ arbore pendet ab alta
Porrecta in longum niueo ſub cortice ventrem.
Ite igitur matres/tremuloq́ orate puellis
Ore pudiciciam tempeſtiuoſq́ hymenæos:
Diua Deum faciet veſtris accædere votis.
Sunt quoq́ qui celebrant eius ſolēnia luce
Terdecima Iuli/ꝙ tunc migraſſe feratur
Ad ſuperos. Vel ꝙ tunc eſt aggreſſa duellum
Suſcipiens magni ſortem Certaminis orſum.
Fluxit ab incertis pius hic rumoribus error:

DE SANCTA MAGDALENA.

Luce bis vndecima dum Iulius æſtuat: Ecce
Magdalena ferens loculos ſpirantis Amomi
Pandit effuſis ꝑ eburnea colla Capillis.
O mulier quæ ſpem veniæ mortalibus affers
Et delere doces humana piacula Salue.
Illuſtri te ſtirpe ſatam/ſub purpura & auro
Tranſegiſſe ferunt teneros regaliter annos.
Et quoniam tempus Iuuenile/licentia/forma/
Ocia/delitiæ/mortalia pectora ſoluunt
In veneremq́ trahunt/male cuſtodiſſe pudorem
Diceris/& Cæci ſenſiſſe Cupidinis arma.
Forma Helenæ tua forma fuit/damnoſa pudicis
Mentibus: & tetricos potis emollire Catones:
Hinc fas eſt ſpectare quibus ſuppoſta periclis

Vita ſit: & quot ſunt pelago ſymplegades iſto.
Mens falſis deluſa bonis magneta/polumq́
Perdidit: & fracto paſſa eſt naufragia clauo.
At pater omnipotens vt ſe cognoſceret ipſam
Fecit: ac illudentem oculis diſpeſcuit vmbram.
Tum perteſa graues maculas/heu pœnitet inquit
Pœnitet atq́ pudet vitæ infeliciter actæ:
Iratos patior ſuperos: me Numina toruum
Proſpiciunt: in ſorde cubo tenus ore ſepulta.
Manibus in predam data ſum/me poſſidet orcus.
Deq́ meis furiæ exuuijs poſuere tropheum.
Hæc vbi dicta/ſinum tracto velauit amictu
Continuo/& gemmas a fronte a pectore ab aure
Diripiens clauſit loculis & pixide eburna.
Qui vero abſcondit neuos & adulterat ora
In foricas egit fucum/Myrrhamq́ Thymumq́
Et quæcunq́ tulit Venus vnguentaria vaſis
Ad lapidem fractis velut abiectiſſima quædam
Purgamenta/ſolo dedit/in nihilumq́ redegit.
Talia dum fierent magnum Germana prophetam
Aduentaſſe refert hominum qui tollere poſſit
Nequitiam/ſcelera/errores/& reddere ſanctos.
Nec mora: proripuit celeri ſe concita greſſu/
Inuenitq́ virum cum maieſtate loquentem
Grandia: conuiuaſq́ graui ſermone docentem.
Et poſtrata ſolo lachrymis veſtigia Chriſti
Abluit/abſterſitq́ comis/vnxitq́ alabaſtro
Officio tali ſcelerum de ſyrte ſuorum
Eruta ſurrexit: ſeſeq́ redemit amando.
Quæ Chriſti lauere pedes/lauere furorem
Lachrymæ & inſanæ deliramenta Iuuentæ.
Diſcite quos Cœcus facit inſanire Cupido

Diſcite ab hac fœdo quod ſit medicamem amori.
Diſcite quo poſſit vicium Iuuenile domari
Vomere: qua vinci Cangrena libidinis arte.
Quærite diuinum mala qui lauat omnia fontem.
Hinc miſeri diſcant non deſperare ſalutem:
Nam quicunq; dolent vitam inſynceriter actam
Innocui fiunt: ægroti incendia Cordis
Tanta valent/fiunt pueris inſontibus æqui.
Ipſa fuit magnæ Comes atq; Ancilla Parenti/
Et Chriſti pars magna domus. miracula vidit
Facta per Aſſyrias cunctis notiſſima gentes.
Affuit extremis Chriſti cruciatibus inter
Agmina rhomphæis grauibuſq; horrentia pilis.
Ipſa triumphato vidit Phlegethonte magiſtrum
Prima reſurgentem lachrymis pre gaudio obortis.
Cum mala iam Chriſto ſors in ſua regna reuerſo
Chriſtigenas premeret/patrijs de finibus ipſa
Et ſoror & frater ventis ad regna ſecundis
Gallica venerunt vbi curuo in littore quondam
Mœnia Phocenſes noua fundauere Coloni.
Magdalena ferens ſe ſe in deſerta ſub altis
Delituit Criptis/manſitq; incognita longo
Tempore: & a ſolis habuit conuiuia diuis:
Cum quibus aſſidue ſeptem quas dicere mos eſt
Canonicas modulis celebraſſe ſuauibus horas
Dicitur/& dulci reſonaſſe per æra cantu.
Tandem vbi finito/venit lætabile tempus
Exilio poſitis iuit ſuper æthera membris.
Sunt qui turpe putent Marthæ infamare ſororem:
Sed memorant alia quandam de gente puellam
Nominis eiuſdem/cui ſic illuſerit illa
Tempeſtate Venus Iuuenum teterrima peſtis

G regoriumq; volunt fœdi qui Criminis autbor
E xtiterit peccaſſe/velut peccaſſe Maronem
D icimus ob læſum Caſtæ Didonis bonorem.
S ed quoniam Diui qui ſupra ſidera viuunt
N on curant de ſe in terris quid fama loquatur:
N ectar enim quo veſcuntur dediſcere terras
C ogit/& inducit perituri obliuia mundi:
N os quoq; rumores bominum contẽnimus iſtos
E t ſeu peccatrix fuerit/ſeu neſcia culpæ
N on dubitamus eam menſis accumbere Diuum:

DE SANCTO IACOBO.

N nua maiori vigeſima quinta Iacobo
A S acra dies aperit/Cbriſti matertera/mater
H uius erat: genitor vero Zebedeus: in altum
P rimus bic ex Cbriſti socijs migrauit olympum.
I pſe vbi diſcedens petijt ſua regna magiſter
L ongum iter ingreſſus noſtri maris omnia vidit
L ittora: & beſperias vbi ſol iam feſſus anbelis
I ntrat equis magnum Oceanum/peruenit ad oras.
H ic vbi ſe tenui conſumere tempora meſſe
V idit: & exiguam ſe mittere in borrea frugem
D uritiem gentis perteſus & arida corda
V ertit iter/rurſumq; ſuos annauit ad agros.
R edditus Aſſyrijs notas dum permeat vrbes
I mbutum Plutone magum verbiſq; potentem
T beſſalicis/cœlo audentem deducere Lunam
R epperit Hermogenem caſu/Comitemq; Pbiletum.
R epperit & vicit/victos in flumine lauit.
R es ea primores Iudeum accendit/& ira
A tq; graui liuore actos capere arma coegit/
V imq; pio moliri bomini: feralibus auſis

Aſſuit Alecto/miſſis ad colla catenis
Siſtitur Agrippæ regi: Capitale iubetur
Supplicium/indignāq́ pati ſine crimine mortem.
Diſcipulos aiunt noctu venerabile corpus
Impoſuiſſe rati/ventoq́ iuiſſe ſecundo
Rurſus ad heſperios: & Luſitana petiſſe
Littora: ſic patri qui temperat omnia viſum eſt
Vt quos non potuit viuens poſt funera ſaltem
Flecteret ætherei poſſeſſor & incola mundi:
Diſcipuli ſacrum Corpus de naue ferentes
Impoſuere graui quod erat prope littora ſaxo:
Continuo res mira oculis apparuit. illud
Marmor iners tacto quaſi lympha cadauere ceſſit:
Atq́ ſinum dedit ingentem/ totumq́ recepit
Corpus: & extemplo moles ea facta ſepulchrum eſt.
Tunc erat his opulenta locis Lupa fœmina vafro
Ingenio: quæ diſcipulis poſcentibus ædem
Sarcophago dignam cupiens illudere Tauros
Ite ait indomitos plauſtro ſubiungite: & iſta
Mauſolæa trahant: ſedes vbicunq́ quierint
Veſtra ſit: his homines mulier fruſtrarier orſa eſt.
Illi autem magnis animis & Numine freti
Inuenere pecus placidum mite ac manſuetum
Quod Lupa credebat ſæuum atq́ in mane futurum.
Quattuor eximios loris iunxere iuuencos
Qui nunq̄ iuga pertulerant/ſed nocte dieq́
Qua lauat Oceanus ſparſas per littora conchas/
Incuſtoditi ſyluis errare ſolebant.
Ergo rotis buſto impoſito bobuſq́ iugatis
Sub temone ſinunt plauſtrum diſcedere quorſum
Impetus excierit per rura patentia tauros.
Illi autem rectore Deo venere ſub alta

Tecta Lupæ/fixiſq́ rotis in puluere plauſtrum
Conſtitit/& factum eſt tauris immobile pondus.
Tum Lupa perpendens opus admirabile tectis
Ceſſit:& hoc pacto facta eſt domus ardua templum.
Templum horrendum ingens/quo toto ex orbe ferũtur
Munera/quod viſum veniunt Aquilonis & Auſtri
Incolæ:& ægeas qui ſulcant nauibus vndas.
Sic regio conuerſa Tagi/ſic Bethis Anaſq́
Thuriaq́ ad noſtras leges ſic venit Iberus.
Hoc ſortita decus longinqua hiſpania tantum:

DE SANCTO CHRISTOPHORO.

Vx eadem magno vehit annua feſta giganti
Qui q̧ in excelſis humeris trãſflumia Chriſtũ
Vexit/ab officio tali cognomina traxit
Chriſtophori:Cananeus erat ſyriæq́ Colonus.
Reprobus a prima ſortitus origine nomen.
Corporis immẽſi:pote quod ſurgebat ad vlnas
Vertice biſſenas/facies ampliſſima nigris
Torua ſupercilijs/oculi ſplendore micantes
Sanguineo pre ſe ingenium/pre ſe alta ferentes
Corda/nec aduerſos quicq̃ trepidantia caſus.
Iſte velut nouus Anthæus/velut alter Oreſtes
Ibat:& Atlantis libyci qui fertur olympum
Suſtinuiſſe humeris/& Orionis ora ferebat.
Pectora cernenti grauis occurrebat imago
Terrigenum/qui miſerunt in vincula Martem.
Brachia dixiſſes annoſæ brachia quercus
Explorata gelu:ſcabroq́ horrentia libro:
Crura putes duris natas in cotibus ornos/
Caucaſeas vero cautes veſtigia. latis
Sub pedibus quotiens ibat late arua tremebant.

At Coma quæ a mento in pectus/quæ a vertice ī armos
Ibat/erat ſimilis ſetis quas tergore ſummo
Gert annoſus aper:ſed opaca obſcurior vmbra:
Talis hic ac tantus domino ſeruire potenti
Vt perhibent cupiens/patrios liquiſſe penates
Dicitur:& ſummum queſiſſe per omnia regem
Regna vagans:toto tum rex magis inclytus orbe
Thracius euxinis qua boſphorus æſtuat vndis
Conſtantinus erat:romanaq́ ſceptra tenebat
Huic igitur/vel/forte alio/Nam futilis authór
Nomina neglexit regis/quem credidit ipſe
Inter mortales primum/reuerenter adheſit/
Seruiuitq́ diu.Sed cum didiciſſet Auernum
Viribus humanos reges precellere/tanta
Improbitas hominem traxit/deſcendere ad orcum
Attentaſſe ferunt: & quæſiuiſſe Charontem.
Dum deſerta igitur ſolus nemoroſa peragrat
Et veſtigat iter nigri phlegethontis ad amnem
Inueniſſe caſam fertur ſenis/ inter opacas
Viuentis ſyluarum vmbras ſaltuſq́ ſilentes.
Hic vbi ſe dixit ſummum perquirere regem
Reprobus/o Iuuenis proceri corporis inquit
Si ſapis inuentu facile eſt quod quæris olympum
Suſpice in excelſis habitat qui ſidera fecit:
Et maria/& terras/& quicquid in æquore viuit.
Quicquid & in terris ipſi teterrimus orcus
Seruit:& ignifero ſol qui videt omnia vultu.
Vidiſti ſtellarum ignes/ lunáq́ figuræ
Multiplicis nunc exhauſto/nunc lumine pleno
Nocte relucentem? Chriſtus deus iſta gubernat
Omnia/quæ primo rerum produxit ab ortu.
Talibus attentas prebebat Reprobus aures/

Atq; ait/o ſenior quo tandem cernere pacto
Fas mihi & affari regem hunc qui condidit orbem?
Tum ſenior rex iſte tuis non indiget armis:
Nam propria vi cuncta poteſt: ieiunia querit
Et ſtudium pietatis amat/precibuſq; mouetur.
Tunc Reprobus. Quid opus multis? curuare precando
Crura piget: graue ferre famen. Si robore & iſtis
Quæ natura dedit mihi fortia & ardua membris
Illi opus eſt doceas/patiens onus omne ſubibo:
Tum Senior: pete vicini vada fluminis inquit
Turba vbi conſueuit mergi non parua quotannis:
Et tranſfer quoſcunq; vides accedere ad amnem
Forſitan his ſtudijs Rex oblectatus aperto
Pandere ſe teq; affari dignabitur ore,
Iuit & innitens longua Trabe fluminis altas
Tranſmigrabat aquas tunicis ad cingula tractis.
Ocia ducentem ſub Acernæ tegmine ſyluæ
Nam ſibi texuerat ceſis vmbracula ramis:
Ex improuiſo puer excitat: atq; iacentem
Nomine Chriſtophorum verſo compellat ab vndis.
Cum vero infantem conuerſo ad flumina viſu
Non vidiſſet: iners iacuit fuſuſq; per herbam
Indulgere parat ſomno dum preterit æſtus
Ecce iterum vox prima ſonat: rurſumq; vocatus
Os leuat: atq; locos mirans circunſpicit omnes.
At nihil apparere videns inſomnia vocē hanc
Credidit. & dum vult iterum recubare/ repente
Vox redit: & Chriſtum pueri ſub imagine vidit:
Nec tamen aduertit pueri ſub imagine Numen.
Surgit/& infantem ſcapulas attollit in altas
In medijs gradiens cum iam perſiſteret vndis
Sentit onus graue & immenſum/ ſuraſq; labare

E t curuari humeros/& ſe ſuccūbere moli:
I nnixuſq; trabi contra duo pondera pugnat/
A mnis & infantis: tandem ſudore fluenti
O ra madens/& vix plantis titubantibus hœrens
I n ripis deponit onus. pueruműq; tuendo/
V nde ait iſta tibi grauitas? nec enim tibi membra
A enea: ferre polum aſtriferum ceruice videbar:
T alia fans verbis vix reſpirabat anhelis.
D eſine mirari dixit puer: Aſtripotentem
V exiſti ceruice deum. miracula verbis
S unt factura fidem: ſic cauſa qua flumina tranſis
F ige iſtam tellure trabem: cum venerit orto
C raſtina ſole dies frondes & poma videbis:
V idit & obſtupuit/lotuſq; in fluminis vndis
A ſeniore/vias iuit quo reddere poſſet
O bſequium Chriſto maius/melioraq; lucra.
A d lycios primo multos vbi viderat olim
M ulta pati propter Chriſtum tormenta receſſit.
H ic vbi diuino percepit munere linguam
P oſſe loqui Lyciam patreaq; verba ſonare
I n fora proceſſit/populoq; aſtante reſoluit
O s alto clamore docens Idola deoſq;
Q uos colerent non eſſe Deos: ſed ſaxea ſigna
I n quibus inferni manes habitare loquiq;
S int ſoliti/nomenq; ſibi vſurpare Deorum.
V tq; fides fieret dictis extempore fecit
A rentem frondere ſudem cunctumq; trabalem
Q uem dextra complexus erat/Quod plura? repente
T urbæ deuouere deos/& poplite flexo
E xtendere manus Chriſtum clamore vocantes.
H æc vbi primores populi ſenſere/miniſtris
A cciuere hominem miſſis: Q ui ſponte nec vllam

V im paſſus preſenti animo ſtetit ante tribunal.
V tfuit incluſus tandem ſquallente Baratro
C arceris ex oculis eius per opaca refulſit
C lauſtra iubar/quod captiuos exterruit omnes:
P er quod ſcorta duo/fuerant quæ miſſa gigantis
V t.caperent mentem illecebris petulantibus altam/
A d ſanctam venere fidem: lucentia miris
V t videre modis excelſi lumina vultus
P ræſentem ſenſere Deum: mox ferrea paſſus
V erbera/& ardentem galeam / conſidere abena
E ſt in ſella igni ſubter flamante coactus.
E xpoſitus demum iaculis pendere ſagittas
I n vacua fecit(res admirabilis)aura
E x quibus vna adijt faciem tortoris acuta
C uſpide: & vt ſcopulo pupillæ infixa pependit.
C briſtopborus vero miſerans ea vulnera dixit:
C um fuero vita functus de ſanguine noſtro
C um tellure lutum facies/oculūq; perunges:
H oc certum medicamem erit. Non immemor buius
C onſilij: fecitq; lutum/frontemq; perunxit
T ortor/& ex tenebris traxit mentēq; oculoſq;
N anq; vbi ſe ſacro curatum ſanguine vidit
P œnituit/fleuit/fontēq; fidemq; recepit.
P oſt tot conflictus/poſt tot miracula tandem
M igrauit iugulo victor ſuper æthera cæſo
C briſtopborus: Dominum quem veſtigabat adeptus:

DE SANCTA ANNA.

A N na puerperio fortunatiſſima ſancto
T res būiſſe viros/& tres genuiſſe puellas
D icit. In prima eſt magis admirāda/ꝙ authbor
I ſtius immenſæ molis quam dicimus orbem

Ipſius eſt ſoboles: & qui ſine fine manebit
Et ſine principio manſit generatus ab illa eſt.
Anna diu ſine prole fuit/ſterilemq́ꝫ putabat
Se fore: ſed nondum gignendi acceſſerat hora
Quam dederat diuina nouis ſapientia rebus.
Hæc vbi conuerſo totiens erupit olympo
Protulit vt modo vult hominum pars maxima natam
Criminis expertem fecit cui nomen origo.
Longum expectato faceret quæ exordia ſæclo.
De Iudæ prognata tribu bethelhemica Ciuis.
Sed Ioachim vir primus erat galileus eandem
Progenies ſortita tribum/ Naſarenus ab vrbe
Naſaret ad Libani Cedros priſcamq́ꝫ Damaſcum
Accedente magis Cœli glacialis ad axem.
Septima lux huic ante tuas Auguſte Calendas
Eſt ſacrata ſuis cum iam tritura flagellis
Parcit/& in grandes ſtipulam congeſſit aceruos.
Hanc lucem celebrate Nurus/celebrate puellæ:
Ite decus veſtrum nebulis ſuffite ſabæis:

DE SANCTA MARTHA.

Altera cum ſurgens terras Aurora colorat
Martha venit quōdā tranſlata ꝑcacibꝰ vndis
Maſſiliam ſine remigio cū tota per orbem
Eſt diſperſa domus Chriſti/flagrante per omnem
Aſſyriam Iudeum odio/ ac liuore Deorum.
Hæc erat aſſidue turbis intenta docendis:
Et lepido ſermone potens pangebat in altis
Mentibus indigenæ gentis plantaria ſancte
Legis/& ad Chriſtum Rhodano pretenta vocabat
Oppida & æquoreis contermina fluctibus arua
Hæc ea cui Chriſti reſtrinxit fimbria fluxum

Sanguinis vt pleriq; putant: hæc hoſpita Chriſti
Sedula/turbari quæ circum multa ſolebat/
Dum ſtudet hoſpitibus pietatem impendere totam
Nunq̃ paſſa marem/nunq̃ perteſſa pudorem.
Finitimos illis monſtrum fluuiale diebus
Vaſtabat campos/laniãs in flumine nautas/
Submergenſq; rates: cui forma ſimillima Fibro
Prima figurabat Taurum/pars vltima piſcem/
Grande animal/toruum aſpectu/ventroſius Vro.
Hæc fera non agris tantum ſed & vrbibus eſſe
Cœperat horrori/plebes Arelatica portis
Mœrebat clauſis: ex Auinione timebant
Attoniti Ciues prodire in rura: Vienam
Lugdunũq; ierat viroſi infamia monſtri.
Ad martham coheunt omnes/lugubriter orant
Adſit & hanc diram precibus compeſcat Erinnym.
Cum populis igitur petijt vicina Taruſco
Arua vbi cœnoſa pecus hæc habitabat in vlua
Exiliens monſtrum ſemeſſa cadauera calcat
Vnguibus: & turbis audens occurrere frontem
Eleuat obſcuram/denteſq; oſtendit aduncos:
Ora cruenta/cauas fauces/interrita virgo
Vt Crucis in formam digitos extendit/opacum
Demiſit Cilium pecus: atq; immobilis heſit
Par ſtatuæ. Virgo ſacros in lumina rores
Proijcit accedens/pecudiſq; ad colla ligauit
Cingula. Tum læto turbis mirantibus ore
Annuit vt longis peterent haſtilibus hoſtem
Sic cõmune malum/ſic eſt cõmune periclum
Ocius ablatum/populiq; a peſte redempti.
Poſtq̃ ſparſa fides & propagata tetendit
Latius errantes ramos: collegit in vnum

V irgineos ſecum Cœtus: ſtatuitq; pudori
G rande gyneceũ/quo ſe ſociaſq; recluſit
T raductura dies tranquilla in pace quietos.
C um venit ſuprema dies cum in limine mortis
I am foret/inferni manes venere repente:
E t ſubitas igne extincto ſparſere tenebras
P er thalamum: fuit auxilio ſoror altera quæ iam
I uerat ad ſuperos magno cum lumine raptim
A ffuit: & lemures atros in tartara miſit:
N omineq; appellans Martham diſſoluere dixit
C orpore/& ad Cœlos mecum Germana venito.

FINIS.

DE SANCTO PETRO IN VINCVLIS.

A
V guſtus iam menſis adeſt: a Cæſare nomẽ
T rãſijt ad mẽſem/ ꝙ res ſub prĩcipis huiꝰ
A uſpicijs Romana foret ſublimiter aucta:
Q uod ſedata illo Ciuilia bella fuiſſent
Tempore: T unc etiam tellus ægiptia nr̃as
V enerat ad leges. bis plebs romana Calendis
T hus/Coſtum/myrrhãq; adolens ſpicãq; ciliſſam
I bat ad Auguſti ſublimẽ Cæſaris aram.
D icitur hunc morem mutaſſe ſiricius illis
Q ui tenuit Petri Caulas Cymbãq; diebus
N am cum Theodoſij proles Eudoxia Romam
V incula ab Aſſyrijs ferrugenaſq; catenas
V ixiſſet/quibus Herodis petulantia Petrum
P reſſerat: inuenit cauſam qua flecteret vrbem
A d noua mutato Petri ſolennia ritu.
T unc etenim coram tota cõcorditer vrbe

Attulit Herodis Rome regina Catenas
Pappa Neroneas. Vt ſe tetigere repente
Vna fuit: neq; deprendi quis iunxerit illas
Fas fuit: humanos luſerunt numina ſenſus:
Atq; ita decretum Petro debere Calendas
Eſſe ſacras poſt hac/ & dici ad vincula feſtum.
Hac etiam Balbina die curata putatur
Gutturis inflati vicio: Duce nata Quirino
Iſta fuit: quæ cum ſacris poſtrata dediſſet
Oſcula compedibus Petri/ deformia ſenſit
Guttura in antiquum ſubito rediſſe decorem
Primus Alexander qui tunc indigna ferebat
Vincla ſub Auguſto cui fecerat Adria nomen,
Hoc vbi reſciuit (pietas ita compulit illum)
Adiunxit feſtis lucem noſtratibus iſtam/
Qua tulit optatam virgo romana ſalutem
Atq; ita de Cauſis lux eſt veneranda duabus.
Eſt aliud quo læta magis ſolennia fiant:
Nam quæ Vere nouo priſci celebrare ſolebant
Quando Aries pandit reduci ſua limina Phœbo
Mittere in hanc lucem conſueuit Hilaria vulgus:
Et ciathizando feſtas hilarare Calendas

DE MIRACVLO NIVIS.

V Enerat ad Nonas mēſis: rapidoq; ſub æſtu
Terra laborabat: vix reſpirare volucres
Vix homines poterant/ ſol euadebat in horas
Sæuior: & radijs mundum affligebat iniquis.
Aſtra videbantur nobis irata minari
Excidium/ quod erit quando requierit olympus:
Tum Romæ vir clarus erat ditiſſimus auri
Ac locuplex/ agri magnæ qui munere Matris

F actus erat ſobolis compos.ideoq́ꝫ parabat
S umptibus immenſis moliri ingentia templa:
S ed loca reddendo quærebat idonea voto.
D um nutat ſimilis ponto qui porrigit vndas
Q uorſum ventus agit/curſum neq́ꝫ ſeruat eundem/
V entus hyperboreo ſurgit nimboſus ab axe
A equoris hircani glomerans in nubila rorem
F umiferum:cœpit Cœlum nigreſcere/& aura
E x antris haurire gelu quod abegerat æſtus.
I t Calor ad Nili fontes vbi naſcitur Auſter.
E t premit æthiopes/Romæ ſuperimminet imber
F rigidus & ſine fulgetris ſine fulmine fracta
N ube pluit:totamq́ꝫ Aquilo circũuolat vrbem.
E n ſuper Eſquilio quædam quaſi candida nubes
I nſediſſe iugo/terræq́ꝫ inſtrata videtur.
N ix erat:accurrunt turbæ miracula cernunt
A ttonitæ:tanto quis non miretur in æſtu
A duentaſſe hyemem ſubito/gelidumq́ꝫ Decembrem?
N ox ruit:in ſomnis viſa eſt aſſiſtere Ciui
A tq́ꝫ ſacerdoti ſummo pulcherrima Virgo.
P ignora parua ferens vlnis/& talia fari
S urgite/nix vobis templi formamq́ꝫ locumq́ꝫ
I ndicat/Eſquilium petite & conſcendite Collem:
S ic ea:ſurgentes illuc veſtigia vertunt.
T um niue conſpecta figunt tellure bacillos:
M etanturq́ꝫ locum templo:quod ſurgere fecit
O cyus & paucis abſoluit menſibus author.
H oc Mariæ templum dixit maioris:& ipſo
I n frontiſpitio templi niuis albicat imber:

DE SANCTO DOMINICO.

Vx eadem ſacrata Patri/qui nomina duxit
L A Domino:genus heſperijs qui traxit ab oris.
A ſpirabat adhuc puer ad Cœleſtia toto
Regna animo.pendens terrena negocia parui
Immo nihil.Iam tunc ſenſus inimicus & aſper
Cenſor in affectus adigebat pectora ſanctos.
Lectus humus maleconditum fuit eſca legumen/
Fons cadus:ingenium ſtudijs exercuit altis
Et quæ ſcire labor quæ ſunt abſcondita vulgo
Sidera/Cœleſtes curſus/telluris/& vndæ/
Aeris/ & flamæ:Superum penitiſſima tecta
Vidit/& occultis Diuorum interfuit actis.
Se quoq; cognouit deuotum ſedibus illis:
Propterea patriæ illius concepit amorem
Magnum immortalem quem virulenta Megera
Vincere cum toto non eualuiſſet Auerno.
Mater adhuc pregnans noctu per ſomnia vidit
Se Catulum geſtare vtero/qui ferret hiulco
Ore facem totis ſpargentem lumina terris.
Fœmina quæ ſacro puerum de fonte leuarat
Viſa eſt in ſomnis puerili in fronte tueri
Flāmigero ſtellam ingentem ſplendore coruſcam.
Talibus infantem monſtrabant Numina ſignis
Grande aliquid fore cum fortes veniſſet ad annos:
Cum premeret populum Cereris penuria quicq̄
In tanta retinere fame ſcelus eſſe putauit.
Venum cuncta dedit/libros quoq;:& omnia vertit
In pietatis opus:miſeroſq; a morte redemit.
Hereticis quorum officium confundere falſa
Semina ſeminibus veris certabat/& iſta
Non pacem/non inducias cum gente volebat.
Propoſiti Comites huius quærebat & armis

Veridicæ fidei inſtructos mittebat ad vrbes/
Ne fruticare iſtam ſineret neu viuere peſtem:
Talibus intento ſtudijs conceſſa poteſtas
A Superis ſanandi ægros/lemureſq́ꝫ fugandi:
Quodq́ꝫ magis mirum eſt/reuocandi in corpora vitas
Vſq́ꝫ a tartarei tenebris horrentibus orci.
Sollicitus demum pro poſteritate penates
Venit in Auſonios: penetrauit limina ſummi
Alta ſacerdotis: qui poſtq̃ ſomnia vidit
Admiranda virum blandas admiſit in vlnas/
Et genus illius durare in ſæcula iuſſit
Viderat in ſomnis Laterani ingentia templi
Tecta ruinoſum caput inclinare: virumq́ꝫ
Suppoſuiſſe humeros/ & ſuſtinuiſſe ruinam.
Taliter admonitus paſtor ſuccurrere feſſis
Poſſe hominem fidei rebus regnoq́ꝫ labanti
Annuit/& ventis impleuit vela ſecundis.
Lætior euentu tali pater vltima fratrum
Circumſtante choro felici tempora curſu
Clauſit: & æternæ Diuorum eſt additus Aulæ:

DE TRANSFIGVRATIONE.

LVcifer Auguſtis octauus ab Idibus ortu
Fert noua feſta ſuo: Nam cũ aſcendit in altum
Cognita diſcipulis foret vt ſua gloria montem
Chriſtus/& Helijam/Moſemq́ꝫ vocauit ab hortis
Ocyus eois: vbi ſunt in gramine flores
Perpetui/grauis æternis vbi frugibus arbor:
Ver vbi & Autũnus coeunt ſine frigore & æſtu.
Ille Thabor mõs ille fuit phœnicibus oris
Proximus: & ſolyma longe diuulſus ab vrbe
Verſus hyperboreos axes ſolemq́ꝫ cadentem.

Chriſtus vt in tumulo fixit veſtigia ſummo
Mox niuis in morem ſplendore incanduit albo
Veſtis/vt hybernas cum ſol nouus aſpicit alpes
Ora ſolet montana iugis ſplendere niuoſis.
Induit inſolitos vultus: nam lumine phœbum
Aequiperans medio radios cum vibrat olympo
Diſcipulos iubare ingenti quaſi fulgure fecit
Attonitos adimens oculis animiſq́ vigorem.
Viribus ammiſſis illi iacuere ſupino
Pectore/& extentis pedibus paſſiſq́ lacertis
In terram fluxere Comæ: cum voce reliquit
Hallitus os: ſtetit immotis cor mobile fibris:
Sicut vbi rapit humanos epilepſia ſenſus
Accidit. At poſtq̄ Chriſtus ſua prima recepit
Ora/ reſurgentes rurſus videre magiſtrum
Cum patribus ſanctis ventura arcana loquentem.
Propterea viſum priſcis celebrare quotannis
Perpetuo ritu tanti miracula Caſus:

DE SANCTO ALBERTO.

GRande nefas Alberte tuam ſine laudibus āplis
Pertranſire diem: ſiculæ tu gloria terræ
Tu immortalis honor tu fama æterna parentū
Qui iuga Carmeli fecere illuſtria montis.
Septimus Auguſti ſol eſt tuus. omnia gaudent
Aequora quæ Drepano ſubſunt/Eryciſq́ ſub alto
Vertice/quæ libyam pulſant lilybeaq́ ſaxa.
Enna tibi gibleis hodie tranſmittit ab hortis
Gramen odoratum: texum tibi ſerta Amarantheo/
Rore/Thymo ſiculæ matres: melilothus ad aram
Spargitur: ante fores Myrtus/peneia Daphnæ
Pendet: & in paruos contortus Amaracus orbes.

T u Mariæ Diuum Dominæ iam deditus ante
Q uam prognatus eras: nam te ſibi condidit ipſa/
E t ſterili tulit in lucem genitricis ab aluo.
T u ingenio preſtans/tu nobilitate parentum
A tq; opibus clarus/ſpernis connubia longe
S plendida: regales nec te flexere hymenæi
P rincipio dulcis/ſ; amara in fine voluptas
P ectora non mouit iam conſecrata pudori.
N on lentus/nõ ſegnis eras/ſ; nocte dieq;
P eruigil, in terris contemplabare Tonantem.
M ollia ſtrata/dapes lautæ / petulantia vina
S ic inuiſa tibi/ſicut Cocytus olympo/
L ux Erebo/Chriſtus Diti/Crux in anibus orci.
T artareis etiam tum formidabilis vmbris
C um pubeſcis eras. tibi nam diuina legenti
C armina nocturnum vitreæ prope lampadis ignem
L umen ademerunt veniente per aera ſaxo.
S ed diuina tibi vis affuit: alba per auras
V enit flama volans liquidoq; in ſedit oliuo
R urſus: auernalem lemures abiere ſub vmbram.
A ltera bella tibi/quæ ſunt iuuenilibus annis
M axima/Lethæi manes mouere: nitentem
O re puellari ſubijt Proſerpina formam:
E t tibi in occulta reſidenti apparuit æde
M ulta querens/ & crebra trahens ſuſpiria ab alto
P ectore cum lacbrymis/q; ſe contempſeris ortam
S anguine regali/q; non æquaris amorem/
Q uod formam & teneros non deguſtaueris annos:
S e fingebat enim ſponſam/cõnubia cuius
A bnueras: & te tali obſidione premebat:
T u maior iuuenili animo/te fortior ipſo
S eruaſti in tanto peccandi cardine mentem

Syncæram auxilio magnæ(ſic credere dignum eſt)
Matris/& egiſti monſtrum tam immane ſub orcum.
Cum Meſana graui bello premeretur/& omni
Subſidio priuata famen pateretur acerbam
Ad patrum populiq́ preces conuerſus olympi
Numina flexiſti:nam mox annona per vndas
Nauibus ad ſummum plenis adnauit ad vrbem.
Nec licuit reſciri vnq̃ quibus illud ab oris
Aduentaſſet opis:nautis incognita lingua/
Ignotæ facies:operiſq́ abſconditus authpr.
Sic meritis adiuta tuis Meſana reuixit.
Pantagiæ in ripis ſtabas cum plurima gentis
Iudaicæ manus intrauit creſcentia in horas
Flumina montanos riuis voluentibus imbres.
Cum vero immenſis vndarum mobilibus eſſent
Deprehenſi/te magno omnes clamore vocarunt.
Nam probitas tua ad illorum peruenerat aures/
Et tibi fidebant. Tu ſi reſipiſcere vellent
Et Chriſto curuare caput/promittere certam
Auſus opem:res mira/illi cum nutibus omnes
Annuerent/Tipulæ in morem torrentia calcas
Flumina:currentem tergo te turbidus amnis
Pertulit immoto/grandiq́ e turbine tractos
Inſtruis:& ſacræ renouas aſpergine lymphæ:
Prætereo quotiens ægros ſanaueris/& quot
Mortales iam ſpe vitæ radicitus hauſta
Miſeris in lucem de limine mortis opaco.
Quot ſtygios manes humana in corpora lapſos
Depuleris/quot deuotos ſqualoribus Orci
Obſcelera & mores tetros in olympica tecta
Traxeris officio linguæ & ſermone diſerto.
Id pelagus nimis eſt amplum/quod currere lēbis

Non licet exiguis. & nunc faſtigia rerum.
Summa ſequor. fortaſſe olim maiora dabuntur
Ocia/ & intrandi maris æquora lata facultas:
Sed quid multa moror? varijs tua vita coruſcat
Prodigijs/eadem virtus conceſſa ſepulchro
Ad noſtros manet vſq; dies: tibi vota feruntur
Vndiq;: & aſſidue totus tibi ſupplicat orbis.
Ad tua venerunt/quod raro contigit vlli
Cœlituum noſtra multi ſub imagine Diui
Funera: & in liquido pendentes aere dulci
Exequijs fecere tuis exordia cantu.
Hæc ſunt facta palam: concurſu tota frequenti
Vrbs aderat diuino operi/populiq; patrumq;
Agmina ſuſpenſis oculis immota manebant:

DE SANCTO LAVRENTIO.

Chriſti magnus adeſt (ornate altaria) teſtis
Ac decimam celebrate diem. Laurentius oris
Miſſus ab hiſpanis romana incendia vicit.
Ipſe miniſtrabat ſacris veſtigia Sixti
Pontificis ſummi ſupremaq; fata ſequutus.
Hunc Decius ſanctis florentem moribus inter
Chriſtigenas iuſſit vinclis & carcere claudi
Quo raperet Chriſto dederat quæ vaſa Philippus
Aurea/regales pateras/baccataq; gemmis
Cymbia/ & argentum reddens duo millia pondo.
Nam dum ſe Decij furias non poſſe Philippus
Euitare videt/donauerat omnia Chriſto.
Martyr vt improbitas eſſet fruſtrata Tyranni
Acceptis bidui inducijs collegit in vnum
Noctu inopum turbam ingentem/ſparſitq; per illos
Diuitias omnis: vltroq; ad vincula rurſum

Venit: & hic hominem qui flendo euaſerat orbus
Nomine Lucillum tenebris curauit abactis:
Aſt vbi deluſam regis ſe vidit auari
Ingluuies/homini ne ſe pateretur inultum
Obiecit titulum fidei magicoſq́ ſuſuros
Conteptumq́ Iouem.mox ſe formidine mentem
Poſſe putans mutare piam produxit in aulam
Subiecitq́ oculis genera omnia tormentorum
Ac iuſſit dare thura Ioui:ſed grandibus auſis
Fretus & auxilio Diuum Conuiuia Cæſar
Talia martyr ait teneris ego ſemper ab annis
Eſurij/quid membra putas mortalia pendant
Chriſtigenæ? ſolis animis impendere curam
Nouimus:ipſi autem curatis corpora tantum
Nec vitam niſi mortalem cognoſcitis:At nos
Tendimus vlterius:votiſq́ aſcendimus ipſa
Sidera:in hunc portum ſatis hanc educere mercem.
Multiplici poſtq̃ ſtetit in certamine victor
Miratus tam grandem animum tam fortia corda
Hippolytus baptiſma tulit:Dominumq́ ſequuta eſt
Tota domus:volucrum curſu laceratus equorum
Hippolytus:truncata domus/ſic iuit ad aſtra
Vir pius auſtero ſortitus nomina fato
Conſona.Romanus Cœlo aſpirante ſeueras
Nil veritus poenas ſacris caput obtulit vndis:
Ac tulit effuſo victricem ſanguine palmam.
Martyr ad extremum lecto proſtratus aheno
Vritur: & rapidæ paſcuntur viſcera flammæ.
Cum latebras & Chriſtigenum ſpellea doceri
Se peteret Cæſar:non es veneranda tueri
Ora virum:non es ſanctis aſſiſtere dignus
Martyr ait.Rurſumq́ tuens fera Cæſaris ora

V erſa inquit: latus inferius ſatis ignibus aſſum eſt.
P aſcere iam: denteſq; auidos in viſcera merge
I mpie & æternum romanæ dedecus aulæ.
A ſpice quas vires Deus in mortalia Corda
I nfluat, vt Decium regem telluris & vndæ
A udeat vnus inops prunis torrentibus ardens
O biurgare palam/& tam duro inceſſere probro.
Sic ait: & Cœlum aſpiciens in limine olympi
S tare Deum patrem magnoq; in lumine fixtum
V idit: & expirans illas aſcendit ad arces:
V t procul aſpexit ſperati gaudia mundi
N on potuit retineri animus: ſed inertia membra
V icit: & audaci diſrupit vincula nixu:

DE ASSVMPTIONE BEATE VIRGINIS.

O le Molorchæum iam pretereunte Leonem
S R eſpirare licet paulum: minus æſtuat aer
E t minus arentes vrit Canis ignea terras.
E rigone caput attollit/ſecumq; coronam
F ert Ariadneam ſpicæq; ardentis ariſtas.
I am redit Autũnus: pendet vindemia laxis
P almitibus: ſub mole labant vãlliq; ſudeſq;:
P rœla/lacus/grandeſq; Cadi reparantur: in orbes
F raxinus it: pulſata ſonant cellaria paſſim.
H as operas lucis decimæ ſolennia quintæ
P repediunt. turbæ properam ad grandia ſacra
Q uæ magnis hodie ponpis ſacer immolat ordo.
H æc eſt illa dies qua Chriſtus in æthera matrem
S uſtulit indutam membris: ſic credere ſanctum eſt.
N am nec erat locus in terris vbi viſcera condi
F as foret/æternum quæ progenuere Tonantem.
D iui omnes Chriſtum orabant ne linqueret illud

Tam ſanctum in tetros cineres euadere corpus/
Vnde ſuum quaſi riuus erat de flumine tractum.
Principio matris Deus immortalia membra
Formaturus erat. verum natura ſuaſit
Ne fieret: ſolis etenim cœleſtibus iſtud
Orbibus indultum: quia ſunt eſſentia ſimplex
Non elementorum coitu & compagine ficta.
Tunc opifex fiant igitur mortalia dixit.
Gratia ſuccurret: rurſumq́ʒ in corpora poſtq̃
Occiderint/vitam immittet/viuanq́ʒ leuabit
In ſuperos: lateriq́ʒ meo coniuncta ſedebit.
Non fuit in terris nec erit/ſeu ſæcula verſis
Quæ fluxere polis/ſeu quæ ventura reuoluas
Par opus: Hæc mulier fuit admirabile quoddam
Prodigium ignotum nobis populoq́ʒ ſilentum
Ac ſuperis. Nati genitrix & filia/mater
Et virgo non paſſa marem. pugnantia verba
Oedipodioniæ ſphingis paradoxa videntur.
Coniectore tamen nihil eſt opus. omnia nanq́ʒ
Sicut verba ſonant/patris omnipotentia fecit.
Sed neq́ʒ quod tulit Adami dementia quondam
Dedecori ſubiecta fuit: ſine ſordibus iuit
Sola per humanas ſordes/vt cernimus almam
In ſyncæra ſuper ſine labe incedere lucem
Corpora/ſol nitido terras cum reſpicit ore.
Spiritus vt membris liber fuit/aſt iit illi
Michael & diuum Chorus innumerabilis/omnes
Veſtibus in niueis/fuluo radiantibus auro
Terga per alba comis: & eum duxere volantes
Per liquidas nubes Verni Titanis ad ortum.
Quattuor ex vno manant vbi flumina fonte.
Hic pater Helijas riguo qui preſidet horto

Affuit exultans: & adhuc florente ſenecta
Per varios frutices & per florentia prata
Duxit: & oſtendit ſceleri loca conſcia primo:
Fluminaq; & ſiluas nunq̃ ſine fruge virentes.
Mox memor antiqui generis quod habebat in alti
Rupe iugi/per Phœnices ſyriamq; per omnem
Diua parens dixit/ſcio te cognoſcere gentem
In patria tellure meam/tua mœnia propter.
Hanc cuperem ſupereſſe diu: largire fauorem
Tu quæ tanta potes: mea te cuſtode ſuperſit
Poſteritas: & eat ſupremi in ſæcula mundi.
Sic ſenior. Contra mater ſic orſa Tonantis.
Nil opus eſt cuiq̃ ſua cõmendare. propago
O vates præclare tua hæc dum vita manebat
Se mihi deuouit: decet illi incumbere toto
Pectore me: Pater Helija tua vota ſecundo:
Hæc tua progenies noſtro titulabitur olim
Nomine: & in noſtrum decus albo vtetur amictu.
Me vexaſſe putet quiſquis vexauerit illam:
Me ſeruaſſe putet quiſquis ſeruauerit illam.
Ne affligare/mihi curam hanc/onus hocq; relinque
Interea deus in melius mortale reformans
Corpus aquæ terræq; minus/plus ignis & auræ
Indidit/& fecit ſine mole volatile/ clarum:
Quod tamen arbitrio mentis quandoq; videri
Poſſet & abſcondi. mox in ſua prima remiſit
Tecta animam/volucriq; tulit ſuper aſtra volatu.
Curia tum quali reſonarit olympica plauſu/
Qui cantus Cœlo auditi/q̃ læta frequenſq;
Pompa quis ornatus Diuum/ne diſcere tenta:
Gaudia non capiunt noſtri Cœleſtia ſenſus.
Demum iuſſa ſuper ſtellis & ſole micantem

I re thronum/cœli accepit ſeptrum atq; coronam:

DE SANCTO ROCHO:

P R oxima lætali lux eſt contraria morbo.
R ochus adeſt Narbone ſatus natalibus altis
D iuitijs opibuſq; potens: pater ampla tenebat
O ppida/que patruo ceſſit/meliora ſequutus
R egna puer. teneris etenim concepit ab annis.
Q uem tenuit: quoad hic vixit/pietatis amorem.
E t ne mortiferi preceps audacia ſenſus
A uderet dominari animo/fieriq; Tyrannus
O mnia poſthabuit quibus eſt conſueta libido
G liſcere/& affectu mentem viciare proteruo.
I am Iuuenis ſtudio impulſus romana videndi
L imina/& oſſa patrum Criptis abſcondita ſacris
E ſt aggreſſus iter latias peregrinus ad oras.
E t tunc Italiam peſtis ſæuire per omnem
C æperat. ex alto ſtyx exhalabat auerno
A era per totum nebulas aconita ferentes.
T ertia lux ægros ad ſummum quarta ſub vmbras
D etrudebat: erat pauor vndiq; & vndiq; luctus:
N ec locus vllus erat fati formidine liber.
N on ſeruo fidebat herus/non filia matri/
N on genitus patri/Cœtus diſſoluerat omnes
P eſtis/& errabant homines montana per antra
S oliuagi/loca vitabant habitata/ferarum
M ore/relinquentes opera imperfecta/domoſq;:
M œrebantq; ſuis orbatæ ciuibus vrbes.
R ochus in hoc tanto morborum vortice ad egros
I bat: & vlceribus ſanabat corpora tactis.
I nſuper aerium virus contundere ſolo
O re putabatur: Ceſenna/Placentia / Roma

Et Pendentiſaquæ plœbes hac auſpice tantam
Euaſere luem/fauceſq́ꝫ voraginis huius.
Ipſe ſemel tali percuſſus in inguine morbo
Conualuit:tandem patrias ignotus ad oras
Vt Laertiades longis erroribus actus
Venit: & a patrui ſeruis dum velle putatur
Explorare locos inopis ſub imagine/& vllas
Moliri inſidias/ſub opaci carceris vmbram
Miſſus/& in longo paſſus ſqualore cataſtam
Incidit extremam quæ terminat omnia Lucem.
Agnitus a patruo demum poſt flebile fatum
Conditur inſigni patrum de more ſepulchro.
Ad latus vt perhibent eius pendebat ahena
Lamina ſub tunicis/a Veſpilone reperta
Dum lauat ablato nudum velamine Corpus
Et parat exequias/iſtis ſignata figuris.
Peſte laborantes quotquot ſuffragia Rochi
Quæſierint/moneo tutos a morte futuros.
Quis fuerit talis tituli ſi quæritur authon/
Expediam paucis.opus hoc a Numine fluxit:

DE SANCTO BERNARDO.

Ernardi lux feſta venit celeberrima belgis
B Belga fuit:ſex germanos vnamq́ꝫ ſororem
Traxit ad obſequium Chriſti. Deꝰ oibꝰ vnum
Inſpirauit opus/vitæ genus omnibus vnum.
Mater adhuc pregnans vidit per ſomnia crebris
Se geſtare vtero catulum latratibus acrem.
Sic Deus oſtendit venturi qualia partus
Ora & corda forent contra genus omne malorum.
Ipſe pudiciciam coluit muliebira paſſus
(Bella tamen Iuuenis/roſeo quia candidus ore)

Corda paroxiſmis grauibus torquebat & igne
Quo venus accendit teneras inceſta medulas.
Cum peteret Celtas/& nox iam pallida Cælum
Clauderet/hoſpitium ſubijt.temeraria noctu
Hoſpita ſopito Iuueni petulanter adheſit
Admonuitq; latus lateri:ſcelus ille repente
Horruit:& magno ſocijs clamore vocatis
Nequitiam facto vicit terrore furentem.
Ingens forma malum/quo nulla nocentior herba
Per iuga Theſſaliæ legitur/per Phaſidis arua.
Tradidit ingenium ſacris ſermonibus:omne
Quod docuit Chriſtus quod predixere prophetæ
Quod didicit Moſes pancheo in vertice ſecum
Aſſidue meditans ſine preceptoribus vllis
Sciuit:& idcirco ſyluas habuiſſe magiſtras
Se dicebat.inops vixit:ſed munda volebat
Veſtimenta/ſitum dānans ſordemq; peroſus.
Id curæ quod vulgus habet pro corpore ſolam
Tranſtulit ad mentem vitiorum acerrimus hoſtis
Si populis certamen erat/diſcordia regnis
Bernardus pacator erat.legatus ad vrbes
Ibat/& ad reges odium fracturus & iram
Munere fungentem tali videre Alemani/
Videre Inſubres quondam/videre Aquitani:
Si quando in dubijs nutabant pectora rebus/
Ipſe erat interpres ducens mortalia corda
De tenebris ad lumen:vti ſolet ignea lampas
Longinqua de turre micans adducere noctu
Turbine iactatos ſecura ad littora Nautas.
Prodigijs quot vix numero comprehendere fas eſt
Claruit:occultas hominum cognoſcere curas/
Pellere auernales genios/curare iacentes

In langore potens: ideoq; impleuerat orbem
Fama viri/nomenq; volans peregrina p ora.
Sexdecies fundaſſe decem Ciſtertia tecta
Dicitur: Vnius valuit prudentia tantum.
Sacra igitur meritis huius vigeſima tanti
Eſt Aurora patris/qua ſe ſe in ſumma recepit
Limina ſupremi quod continet omnia Cœli:

DE SANCTO BARPTHOLEMAEO.

R Egia progenies priſcis ſi credimus annis
Barptholemæus/vbi ſocios diſcedere vidit
Ab Syria in varias gentes peregrinaq; regna
Iuit & ipſe fidem Chriſti laturus ad Indos.
Tranſijt Euphratem qui per Caldæa volutus
Rura ſecat gelidis babylonica mœnia lymphis:
Tranſijt & Tigrim cui ſe coniungit Hidaſpes.
Vidit Elamitas: tandem peruenit ad Indum
Qui dedit Indorum latis cognomina terris.
Gangaridum rapidis penetrans ſub ſolibus oras
Venit ad immenſum quem fama nouẽplicœ curſu
Caucaſeos memorat fontes conuoluere Gangem.
Prima Lycaonijs pars eſt conceſſa laborum
Vt pleriq; volunt: mox indica venit ad arua:
Eius in aduentu mens conſternata Deorum eſt
Vſq; adeo/vt nullas auderent œdere voces.
Propterea Ciues procul ad ſimulacbra profecti
Extera/reſponſum ſacris habuere litatis
Tale: Deos fari probibet nouus aduena veſtros:
Sunt homini grandes oculi/criſpata capillis
Cæſaries nigris: mento fluit hiſpida barba
Longaq; & incipiens paucis albeſcere canis:
Non breuis effigies/ſed nec procerior æquo:

F rons grauis/& facies naſo formoſa decenti.
N eu taceam veſtes/tyrio.ſub murice byſſo
V titur albenti: graditur comitante Caterua
C œlituum:nec eum potis eſt dignoſcere quiſq̄
S i negat agnoſci:Dominum Cœleſtis olympi
Q uottidie totiens quot iugera continet vna
C enturia incuruis genibus ſubmiſſus adorat.
T aliter admoniti redeunt.& ſigna ſecundum
V eſtigant accepta virum:peregrina tuentur
O ra/comas/barbam/tunicas & pallia.Tandem
P roditur a genio/qui membra obſeſſa tenebat
C uiuſdam de plæbe hominis cui nomina Pſeuſto:
M ox lare depulſo Regis peruenit ad aures
F ama viri:populis autem Polemius Indis
R ex erat:hic Diuo natam cōmiſit acerbis
V exatam furijs lemurum phlegethontiacorum.
A ere catenatam genioq̄ agitante frementem
V t conſpexit/eas clamauit apoſtolus atram
I n ſtyga:nec diuino operi grauis amplius eſto.
N ec mora cum ſtrepitu diſceſſit in aera magno.
C um vero meritis vellet pro talibus ingens
A rgentum & gemmas princeps impendere/& aurū
V ir pius ex oculis hominum diſparuit:orto
S ole alio foribus clauſis conclauia Regis
I ngrediens vultu ſic eſt affatus aperto:
D iuitias rex magne tuas non quærimus:iſtos
M e Deus ad populos miſit quo ſancta reuelem
S acramenta quibus terras illuminat omnes.
M ultaq̄ ſubiecit veniens ab origine Chriſti
V ſq̄ ad ſupremum tempus quo regna reuerſus
I n ſua flammantes fecit deſcendere linguas.
A nnuit his:ſacriſq̄ Comam Rex abluit vndis.

I ngrediens ædem tum Barptholemæus in altam
C um fieret populo ſacrum ſolenne frequenti/
A d ſimulacbra manum extendit: geniumq́ latentem
S cuptilibus ſaxis in apertum exire coegit:
E cce ferens formam ethiopis cum grandibus alis
N yctimenes inſtar crine ad calcanea fuſo
P er delubra volat ſpargitq́ per aera flammas
N aribus/ & Diui imperio ſimulacbra repente
C ontriuit proſtrata ſolo/ mox ire coactus
A d gelidas vltra capricornia ſidera/ terras/
S i quas forte videt terras Antarcticus axis.
N ec mora, de ſuperis vnus lucentior Aſtro
L uciferi circũuolitans Crucis vndiq́ ſignum
S cripſit: & expulſo templum luſtrauit auerno.
A ſtyages autem regis germanus amaro
F lammigerans odio/ Diuum cute nudat atroci
S upplicio: Sed cum nudato viſcere nondum
C eſſaret vulgare fidem populumq́ ciere/
P oſtera lux quæ menſis erat vigeſima quinta
A bſtulit enſe caput: Diuumq́ in ſidera miſit.
H inc varij mores varijs pro gentibus orti.
S unt etenim quibus eſt celebris vigeſimaquarta/
Q ua nudata ſuo rubuerunt tergore membra:
S unt quibus eſt lux feſta ſequens cum vita receſſit:

DE SANCTO LODOVICO.

M A gnanimus Rex gallorum Lodouicus eadem
Luce triumphato tranſiuit in æthera mundo
N aturæ bonitate puer ſtudioq́ parentum
S ic formatus erat teneriſq́ affectus ab annis
V t merito credi poſſet mens illa Tonantis
F abrefacta manu/ cœloq́ egreſſa videri:

I uſticia & veros comitans Clementia reges
R elligio & pietas ac magnificentia virtus
Q uæ facit heroes/nunꝗ̄ diſceſſit ab illo.
S ic aderat miſeris/ſic ſuſcipiebat egentes
V t ſit fama inopes illum paniſſe ducentos
Q uottidie: ſeq; ipſum illis feciſſe miniſtrum.
I onium magna penetrauit claſſe profundum/
A ſſyrios/Arabeſq; petens/vt perdita noſtras
D uceret ad leges pulſis ea regna Tyrannis.
M ultaq; pro Chriſto paſſus diſcrimina tandem
C armeli iuga conſcendit/noſtroſq; reuiſit
P er montis ſpelæa patres/vbi vixerat olim
M aximus Helijas: ſecumq; ad gallica duxit
L ittora pleroſq; illorum: ſic noſtra propago
V enit ad occaſum/terramq; exiuit in omnem.
R elligioſa iterum ſenio iam proximus arma
I nduit: & libycos fines vaſtauit & alta
M œnia Didonis/tuniſeaq; regna ſubegit.
I llinc ad ſuperos morbo confectus atroci
F ecit iter ſummo mutans regna infima mundo.
C um genus Aſſyrijs noſtrum deſcendat ab oris,
V nde fit occiduas vt ſic compleuerit vrbes?
A nglia Conuentus tot habet/tot Scotia tellus
C redere quot nequeant qui non videre Britannos.
C reuit apud gallos/quia rex vt numina quædam
O bſeruabat eos quorum diuina putari
D igna fuit probitas & vita ſimillima Diuis.
C ur apud Anglorum populos ita creuerit audi.
A nglicus in Syrias veniens exercitus olim
A chonem tyrij poſitam prope littora ponti
Q uæ prius occurrit ſubitis oppreſſerat armis.
A currere Syri/ſe proripuere Sabei

O cyus externum annixi propellere martem.
M ox belli torrentis aquam qui mœnia preter
L abitur obſeſſis aliquem ne redderet vſum,
C orrupere.graui iumentorumq́ʒ hominumq́ʒ
T abe:cadaueribus ſaniem per flumen/odorem
P eſtiferum per vicinas mittentibus auras.
E t quia Carmeli fontem qui proximus vrbi eſt
A udierant patribus noſtris abſentibus imbrem
N on dare/quo facerent lymphas arreſcere facto
I mpete mactarum quot ſunt in monte reperti.
E t ſubito fons clauſit aquas:ſed maior eorum
B arbaricæ perculſa metu feritatis in vrbem
P ars ierat:Deus hos rabidaꝫ ſubtraxit ab ira/
N ec tulit ex toto genus auaneſcere noſtrum.
I ſti igitur cum iam noſtros penuria dulcis
A fflictaret aquæ/puteis & fontibus hauſtis
A tq́ʒ venenatis paſſim intra mœnia & extra,
T alibus affati verbis languentia caſtra/
N e trepidate viri/nec deſperate ſalutem:
F idite cœlitibus.montis vicina repente
I n iuga tendamus:manare videbitis illinc
I nnocuos latices / & amœni pocula fontis.
H is dictis armati omnes per barbara caſtra
I mpune elapſi montem ſubiere: & in alto
V ertice congeſtis ſaxorum molibus arcem
C onſtruxere nouam læti: ſed fonte reperto
F unditus exhauſto:Nam poſt crudelia patrum
F unera noſtrorum defecerat/omnibus ingens
I ncubuit mœror/flexo tum poplite ſancti
O rauere patres lymphas/mox flumine facto
F ons vitreas effudit aquas/quæ tempora belli
A ſpera perpetuo fecere ſalubria fluxu.

I ſta duces tanta intuiti miracula ſecum
I n patriam duxere viros/quibus arma negabant
I n laribus ſedem Aſſyrijs: & templa domoſq́
C onſtruxere nouas: paucis ita floruit annis
R elligio quaſi virga ſolo depacta feraci:
E t veluti palmes robur tranſlata recepit:

DE SANCTO AVGVSTINO.

A N nua ſeptembris quinto celebrate Calendas
(Auguſtinus adeſt) magno ſolēnia plauſu.
S idoniæ natus propter Carthaginis alta
M œnia doctrinis animum dedit omnibus: omne
B ibliothecarum veterum penus/omne Nouarum
E xplorauit. vbi libycis predatus in oris
Q uicquid erat diſciplinæ/tranſiuit ad vrbes
A uſonias: vidit magnæ Capitolia Romæ:
V enit & ipſa parens Nati veſtigia ſemper
S ollicito ſectata animo/cui Monicha nomen
I unior impatiens veneris fuit: ægra maraſmo
C orda ferens tali/multis emarcuit annis.
M aternis tandem lachrymis ſanatus abunda
E merſit ſtygia/luceq́ aſpexit olympi:
N on tamen hoc eius potuit de pectore cancer
A nte trahi/ſic eſt noſtris immerſa libido
S enſibus/in lucem fuerit ꝙ proditus infans.
I nfelix infans tanto par indole patri.
N am dum floret adhuc raptus producere fruges
N on potuit: virtus incōſumata receſſit.
V enit ad Inſubres vbi longo tempore fungens
R hetoris officio/tandem fermenta reliquit
M annichæa/quibus puerili indulſit ab æuo.
A mbroſius qui tunc magno cum fœnore in illa

Paſcebat regione greges ſermone potenti
Eruit illius triſtem hunc de corde veternum:
Ergo experrectus quaſi qui poſt longa viator
Ocia/deſidiæ vult damna rependere curſu/
Accinxit diuino operi feruenter, & acri
Sedulitate animum ſtudia ad cœleſtia flexit.
Viuendi normam inſtituit: memoratur Eremum
Incoluiſſe maris tuſci prope littora, Centum
Cellarum qua vicus erat. Tiberina petiuit
Hoſtia: & hic mater corpus mortale reliquit.
Littoribus tandem libycis patriaq̃ʒ potitus
Hæreticis bellum indixit: de finibus illis
Expulit hanc diram crebro certamine peſtem.
Non tot Cœlinagis quotiens e nubibus æſtas
Fundit aquam/riuos agit Apoeninus ab alto
Vertice in vmbroſas valles campoſq̃ʒ iacentes
Quot fluit in libros huius facundia patris.
Nemo q̃ illorum pelagus perlegerit omne
Se iactare poteſt: in tanta volumina creſcunt.
Artibus his bifido caput inſignitus amictu
Hipponenſe pedum meruit: gens illa ſub iſto
Dum vixit paſtore bonis cœleſtibus aucta eſt
Mirifice: ſicut ſub frugi terra Colono
Plus parit/& maiore onerat granaria fruge:
Europe iam notus erat: iam notus & Indis
Vt Grais Elice/Tyriis Cynoſura carinis/
Cum ſubito extremis terrarum a finibus atrox
Vandalus erumpens tanq̃ ſi littore fracto
Oceanus fluat in terras regna omnia merſit.
Vaſtata primum Europa tranſiuit Iberum
Aequor, & inuoluens furiis getulica rura
Venit ad Hipponem/qua tempeſtate ſuorum

Triſtia fata gemens pater Auguſtinus acerbas
Incidit in curas/lapſoq́ꝫ in corpora morbo
Mentis ad extremam vitæ felicibus horam
Auſpicijs veniens terras mutauit olympo:

DE DECOLATIONE SANCTI IOANNIS BAPTISTAE.

Erodes Herode ſatus veſana propago
H De patre veſano fratris conſorte Philippi
Vſurpata ingens ſcelus/immanemq́ꝫ rapinam
Auſus erat:tantumq́ꝫ nefas iactabat in horas.
Id Baptiſta palam facinus reprehendere adortus
Iram Herodiadis:nam regis adultera nomen
Hoc habuit/ſubito incurrit crudelior hydra
Illa ſacro inſidias Vati laqueoſq́ꝫ tetendit:
Huic erat eximio vultu viridiq́ꝫ Iuuenta
Filia:quæ cum Rex proceres ad feſta vocaſſet
Natali celebranda die ſaltauerat inter
Solennes epulas/& regia pectora tantum
Mouerat/vt ſe rex peteret quæcūq́ꝫ daturum
Dixerit:hæc ſceleri vox eſt via facta nefando.
Nam cum conſuleret matrem petitura quid eſſet
Mater ait/pete Baptiſtæ/pete filia nobis
Funeſtum dirumq́ꝫ caput linguamq́ꝫ procacem.
Ipſe autem dudum Vates in vincula miſſus
Ob regale odium fuerat/vinctuſq́ꝫ iacebat
Qua ſedet in terris Arabum Macheronta ſabæis.
O ſcelus o immane nefas/o cognita nunq̄
Ante hac impietas.hominum ſanctiſſimus iſti
Tradditur inceſtæ:pellex olidiſſima calcat
Fas & iura:decus mundi ludibrio habetur
A meretrice:iocus de maieſtate triumphat:

De virtute ſcelus/de Iure iniuria: ſicq;
Nature ſimul ac morum ſubuertitur ordo.
Quo deus hoc vultu vidit? cur ſidera non ſunt
Hoc opus indignata? ſolum cur pertulit huius
Criminis autorem? Cur non abſorbuit orcus
Illico? & ad ſtygias ſubito non corruit vmbras?
Tempus erat quo paſcha vetus proferre ſolebat
Azima per menſas: tunc eſt graſſata libido.
Tunc caput ablatum: tunc aduenere nepotes
Heliæ viuentis adhuc: raptumq; cadauer
Adiunxere ſuis patribus/tumuloq; dedere:
Atq; duos inter Vates poſuiſſe feruntur
Scilicet Abdiam Carmelicolamq; Heliſeum.
Tunc ſol vernus erat: ſed in hunc tranſlata fuere
Feſta diem quæ ſextilis vigeſima nona eſt/
Quod tunc dum Romæ regnabat apoſtata Cæſar
Dicitur exuſtum ſeruato vertice corpus.
Nam cum quottidie fierent miracula ad eius
Buſta/ſacerdotes larium populiq; deorum
Cultores prius oſſa viri ſparſere ſepulchro
Eruta mox verſa in cineres miſere per auras.
At caput vt lingua ſeſe ſatis vlta maligna eſt
Fœmina/proiectum ignota tellure recondi
Iuſſit apud Solymos: vbi cum iam ſæcula quinq;
Volueret aſtrorum curſus/ſe vate repertum
Oſtendente fuit: tandem ſi annalibus vlla eſt
Danda fides: venit longinqua per æquora romam.
Sed tamen vt quidam perhibent cum puluere terræ
Pars Cinerum collecta fuit/Gennamq; per vndas
Ionias/per Tyrrheni vada cerula ponti
Vecta facit/quotiens nautis iraſcitur æquor
Si maris ad littus pompa comitante feratur

Perdere vim ventos æſtumq́ ſilere furentem.
Hæc Genuæ Ciues recitant miracula/& ipſe
Hac ope terrifico functæ diſcrimine puppes.
Et multi qui rem hanc oculis videre ſuperſunt:

FINIS.

DE SANCTO AEGIDIO.

Sed neq́ ſeptēbris veniūt ſine honore Calēdæ.
Aegidij natale ferunt/qui natus Athenis
Cecropios inter Ciues contempſit honores:
Non curauit opes:inopi patrimonia turbæ
Factus inops tribuit:ſtudiumq́ reliquit habendi:
At quia ſe faciunt humanæ premia laudes
Ac merita cludunt/hominum cōmertia fugit,
Et latuit ſyluis:& nunc habitauit in Othri,
Nunc in Taigeto/Cypreſſifera vel in Ida:
Poma dabant epulas/fontes & flumina potum.
Et nunc permeſſum/nunc Dircen/nunc Eurotam
Hauſit:& in nuda ſternebat corpora noctu
Dormiturus humo.Sed cum clareſcere ſeſe
Vidit & agnoſci/patriam mutauit:& æquor
Carpathium Ioniumq́ legens pertranſijt ethnam
Tyrrhenas/Ligureſq́ domos/& ad hoſtia ſedit
Per quæ theutonicis Rhodanus mare diuidit vndis.
Hic nactus nemus antiquum ſub quercubus altis
Repperit ammiſſo lactantem pignore Ceruam:
Quæ plenis(homini deus hæc alimenta pararat)
Quottidie vberibus patris veniebat ad antrum
Exoneranda.anno fuit hæc alimonia toto:
Hic tandem latitans a Venatore canum vi

P roditur/ & ſtructis monachos collegit in vnum
A edibus/ac fidei docuit myſteria noſtræ.
P lurima ab hoc memorant ſancto miracula patre
F acta: ſed hoc vnum/quoniam memorabile viſum eſt/
E narrare libet: breuibuſq; adiungere verbis.
V enerat ex gallis Romam: ſummuſq; ſacerdos
H oſpitis aduentu lætus donauerat illi
H oſtia quæ fuerant ex Idea Cypariſſo
F abrefacta duo ſacriſq; inſculpta figuris:
I ſta domum quo dona modo tradducere poſſet
N eſcius in Tyberim miſit fluuioq; mariq;
P ræcipiens ſacrum munus reuerenter haberent/
P erferrentq; domum (res admiranda) reuerſus
R epperit in portu tranquillo allapſa natatu
H oſtia: & attollens templi ſuſpendit ad antas.
P rætereo quonam pacto deleuerit illud
G rande nefas tibi Francorum rex Carole/ quod non
A uſus eras tanq̃ nimium deforme fateri.
V tq; tuam vitæ ſobolem poſt fata precando
R eſtituit: functus mortali carcere tandem
T ranſijt ad ſuperos: & in alto viuit olympo:

DE NATIVITATE. B. VIRG. MARIAE.

V I rginis extremos dum ſol circumuolat ignes
E t parat ardentem radijs accendere Libram.
A ltera ſeptembris cum lux octaua reſurgit
V irgo venit: Virgo ante nurus venerabilis omnes/
C larior Erigone/phœbo lucentior ipſo.
D icitur hæc virgo ſteriles habuiſſe parentes:
Q uæ res hebreis ignominioſa ſolebat
E ſſe: nec in templum ſteriles inferre mariti
D ona ſinebantur: nanq; vt ſine frugibus arbor

Dicitur infelix/ſic & ſine prole maritus.
Propterea pater illius demiſſus ab alto
Sanguine Dauidis dimiſſa inglorius vrbe
Rus ierat: mater tanq̄ ſine compare Turtur
Deſolata domi viduas imitata ſedebat.
At Deus amborum ſortem miſeratus ad illos
Vnum de ſuperis miſit, qui dedecus iſtud
Tolleret/hic ſubito ſolymam per latus ad vrbem
Anna tuo dixit ſurgens occurre marito
Rure reuertenti: volitans in rura ſubinde
Ad ioachim/dixit/venienti occurre maritæ:
Concipiet/parietq́ꝫ nouæ tibi gaudia prolis.
Venit in occurſum vir Cōiugis / illa mariti:
Iunxeruntq́ꝫ manus vrbane in limine portæ
Aurea cui nomen: vix noni tempora menſis
Tranſierant: facti pulchra ſunt prole parentes.
Hunc antiqua diem faſtis non intulit ætas.
Poſteritas vero poſtq̄ pacata quierunt
Tempora/proſtrata iam relligione Deorum
In Mariæ laudes magis eſt accenſa: diemq́ꝫ
Cenſuit adiungi feſtis maioribus iſtum.
Cauſa pium quæ mouit opus repetenda videtur
Altius: a ſuperis hæc obſeruantia fluxit.
Diui homines curis vacuos terreſtribus & ſe
Vertere nitentes ad cognoſcenda ſuperni
Sublatis in cœlum animis ſolatia mundi
Multa docent/ardenter amant/& ſæpe reuiſunt
Aerijs tecti membris & imagine noſtra.
Ex his vnus erat ſuper alto vertice montis
Idalij ſolus degens qui traxerat iſtud
Viuendi genus a patribus Carmelidis oræ.
Nanq́ꝫ ea gens ſimulac ſanctæ confinia terræ

E xiuit/Cyprios primum ſe extendit in agros.
S ic noſtri Annales perhibent: ſic multa ſenili
I am carie corroſa docent noſtratia templa
Q uæ ſuperant: & adhuc illis celebrantur in oris.
H ic ſolitus dulces cantus audire quotannis
S exto idus menſis faciunt cui nomina ſeptem
I d tam dulce melos contemplabatur: & aures
I gnea dum tacitam voluebant ſidera noctem:
A ltius arrectas pendentiaq́ ora tenebat.
P oſtq̃ ſæpe illos ſymphoniacos modulatus
A udijt/& ſummo.reſonantia Carmina Cœlo
G randius incepit meditari/& quærere cauſam.
D umq́ ſtat admirans/vox eſt audita per auras
T alia verba ferens. Diui annua feſta frequentant:
E t modo/quando rubens terris aurora propinquat
I ncipiunt celebrare diem/quo maxima mater
A edita venturo fecit primordia ſeclo.
F ac igitur/fac iſta palam ſolemnia mundo
C armelita/tuum eſt vulgando incumbere feſto:
N anq́ tuum genus illa fouet: titulumq́ tenetis
I llius/& patres viuens inuiſere veſtros
H elijæq́ domos priſcas fontemq́ ſolebat:
N uncia/& inuulga lucem hanc: Imitemini olympum:
V eſtraq́ ſit poſthac concors eccleſia noſtræ.
S ic ait: hic autem Cyprias deſcendit ad vrbes
A rſinoen/Salamina/Paphum/Temeſem / Amathunta.
P er Rhodon in Cretam veniens Gortinia tecta
G noſiaq́ intrauit/celeriq́ Cydonia greſſu.
T alia famigerans iuit per Cycladas vſq́ ad
B oſphoricos traces rumor/peruenit Athenas:
A ppulit & ſpartam/pelopeiadeſq́ Mycenas.
P er ſiculos tandem Romam perlata ſenatum,

M ouit fama: Dies ſic eſt ea nacta fauorem:

DE EXALTATIONE.S.CRVCIS.

A m ſeptembrales Idus preuertit Apollo:
I Quartaq́ poſt decimã veniẽs Aurora colorat
Aequora: & ingreditur lampas Titania librã.
P ars eſt libra Nepæ. Nam quas Nepa porrigit vlnas
L ibra capit. Chelas veteres dixere pelagi.
C ingitur hoc ſignum dextra læuaq́ figuris
P luribus/& quaſi Rex ſtipante ſatellite multo
S urgit ab Oceano: ſtellæq́ natare videntur
P er mare ſidereos ignes referentibus vndis.
S idera quæ retinent nomen formamq́ Sagittæ
E cce micant: ædusq́ ferens petulantia Corda.
H ic colitur magno Crux exaltata triumpho.
C oſdroa Perſarum rex immaniſſimus omnem
C eperat Aſſyriã / Chriſti violare ſepulchrum
D um parat ingenti ſubito formidine captus
D eſtitit: & partem Crucis a genitrice relictam
C onſtantine tua rapuit: ſecumq́ reportans
S uſtulit in turrim/celebriq́ in ſede locauit.
H ic erat Aeolides tanq̃ Salmoneus alter/
Q ui ſimulare volens fulmen laquearia fecit
A enea/& æripedes ferrata ad plauſtra iugatos
I mpellebat equos curſu ſuper aera citato:
I ſte Dei nomen maieſtatemq́ ſuperbo
V ſurpans faſtu gemmis oneratus & auro
S tabat in excelſo cum maieſtate ſedili:
E t commitem tanti ſecum retinebat honoris
S ub byſſo candente Crucem/fumante volebat
T ure coli demens brutoq́ indignior omni.
T unc erat imperij caput Heracleus in armis

M aximus iratis certare leonibus audens.
H ic ſua thraicio ſoluens de littore caſtra
D uxit in Aſſyriam/victis certamine Perſis/
V enit ad aeriam turrim/regemq́ latentem
O btruncauit agens caput in fora publica ab alto
C ulmine/& euertens Aulæ decus omne/thronumq́.
M ox Cruce ſublata gēmis ditatus & auro
S e tulit in ſyriam: multis vbi cognita tandem
P rodigijs ſumma cum relligione teneri
C œpit/& ingenti Crux exaltata triumpho
H unc ſibi ſacrauit ſolem propriumq́ dicauit.
M ercurij poſt hanc lucem quæ prima ſequetur
I eiunanda dies: hoc eſt de quattuor. vnum
T emporibus tempus/tria quod ieiunia claudit.
M ercurij/ & Veneris duo ſunt: ſaturnia iunge
S unt tria/ſementi placidum factura Tonantem:

DE.S.IOHANNE CHRYSOSTOMO.

N O mē ab aurato traxit Chryſoſtomus ore:
V erba qꝑ ex eius dum declamaret ab alto
Ad populum dulci ſtillarent aurea lingua.
A ntiochenus erat perſiſq́ parentibus ortus.
S ed Sophie ſtudijs linguaq́ inſignis vtraq́
V enit in Italiam: cauſas orauit, & omnem
R eddidit attonitam Iuuenis facundia Romam.
M ox quaſi de Cœlo tactus cauſaſq́/forumq́
L iquit: & ad ſacram conuertit pectora legem.
E t ſubito factus quaſi fons pietatis & ingens
S anctarum theſaurus opum de turbine Romæ
A ſſiduo in portus ſtuduit tranſire quietos.
I n patrios vectus fines ſub monte ſilentem
M ore patrum qui Carmeli montana colebant

Per ſpelleæ diu traxit ſyluatica vitam.
Thratia paſtorem Byzantiacią; penates
Cum peterent tum forte nouum/Chryſoſtomus ipſo
Cæſare ab Archadio decus ad ſublime vocatus
Protinus accepit quem non ſperabat honorem.
Sed cum ſacrificæ peccata infamia turbæ
Argueret/viſus mordax oneroſus & aſper.
Propterea Cleri inſidias & plurima paſſus
Bella/etiam regale odium contraxit & iram
Nam dum liberius vitia inſectatur & omnem
Nequitiam rigide impugnat/ſceleriq; reſiſtit
Contra illum Archadio ſic procurante coacta eſt/
His ſynodus: poſiti procul vſq; a flumine Nilo
Fingentes ſermonem alijs de rebus habendum
Pontifices multi venere ad littora thracum.
Ipſe autem doctus fraudes artemq; pelaſgam
Ad ſynodum non acceſſit/ne iurgia forſan
Mutua & ardentem verbis accenderet iram.
Hac culpa ſi culpa fuit/diſcedere ab vrbe
Cogitur oppoſitas Aſiæ tranſlatus in oras.
Sed populo tandem ſic expoſcente reuerſus
Cum vitijs iterum pugnam indixiſſet atrocem,
Per ſynodum rurſus Romano a rege vocatam
Crimen ob id ſolum ꝙ paſtoralibus eſſet
Officijs functus ſynodi poſt tempora primæ/
Patribus inuitis/ſythicos damnatur ad agros.
Demum vbi romanus tanta hæc opprobria paſtor
Audijt/exilio ſolui mandauit: & illis
Litibus impoſuit poſt tot ludibria finem.
Dum redit/immenſum corpus mortale laborem
Non tulit. at placido mors blanda ſimillima ſomno
Ante iter emenſum clauſis in marmore membris

A ttulit ad ſuperos functam calligine mentem.
S eptembris lux illa fuit bis ſeptima: Thraces
R elliquias Iano tranſportauere ſequenti
I n patriarchalem tumulum/cum ſpargeret ortum
I am ter nona dies egæa per æquora ſolem:
I lla ideo grais lux eſt celeberrima: noſtris
A varijs varij mores ſeruantur in oris.
M ulta remanſerunt eius monumenta: remanſit
B iblyotheca ingens ex pierio helicone
V erſibus acceptis/ne dum ſermone ſoluto
C ondita: per quam nos/per quam paſcuntur Achei/
V t per prata greges/& per dumenta Iuuenci.
E rgo pater poſt tot fluxæ diſcrimina vitæ
C um patribus ſanctis iam tandem in pace quieſce.
E t dignare tuos q̄uis per lubrica euntes
A rua aliquando cadant ex alto audire Clientes:

DE SANCTO CYPRIANO.

V E rſibus in noſtris nō es fraudandus honore
M agne pater Cypriane tuo. Verū tua virtus.
L ongius expoſcit q̄ nunc excudere Carmen
S im potis: in preſens ſatis eſt faſtigia laudum
S umma ſequi: metamq; breui circundare gyro:
T u prius ad ſacrum q̄ te diuina vocaret
A cultu Iouis antiqui Clementia fontem/
R hetor eras totam ſapiens Demoſtenis artem.
N ec quiſq̄ melius cauſas orare forenſes
T um poterat: Labi tuus Arpinatis ab ore
S ermo videbatur: totumq; helicona ſonare
A tq; meduſeos fontes: tua nanq; trahebat
V ulgus & egregios ad ſe facundia Ciues
V t fertur traxiſſe feras Oeagrius Orpheus.

Aſt vbi te Chriſti melior diatriba recepit
Conuertiſti oculos ad ſacra volumina: & illis
Noctes atq; dies ſtudijs ſublime dediſti
Ingenium: Pietas vero te tanta repente
Corripuit/tua ſic charitas precordia cepit
Vt non iam mortalis homo/ſed miſſus olympo
Spiritus humana poſſes ſub imagine Credi.
Tunc tua Carthago Libyci regina profundi
Quæ dederat natale ſolum genus vnde trahebas
Te ſibi paſtorem fecit/quo tempore Romæ
Incidit in rigidos præſul Cornelius enſes.
Tunc velut ex humili lampas ſi in tecta feratur
Alta loco magis apparet/tua gloria late
Claruit/& totum radios porrexit in orbem.
Magnus eras/& magna tui monumenta ſuperſunt
Eloquij/: quæ nectarea dulcedine lactant
Nos quoq; nunc & Cœli animas ad limen ituras.
In ſermone tuo Chriſti documenta relucent/
Vt ſolet in vaſis terſo rutilantibus auro
Vua recens quam Creta tulit/quam Leſbia multo
Sole colorauit per apricos vinea colles.
Et quia tunc regnabat adhuc antiqua Deorum
Impietas/multi noſtrum diuerſa ferebant
Supplitia/exilium/gladios/ignéq;/ feraſq;/
Vincla/famen Plutone truces agitante tyrannos/
Si quos audieras iſtis ſuccumbere pœnis
Verbo aderas: longe poſitos quo tendere verba
Non poterant/ſubito ſcriptis animare ſolebas
Talibus aduti clypeis pleriq; triumphum
Emeruere/quibus iam diffidentia vires
Fregerat/& ſegni titubans in pectore torpor.
Tu quoq; dum Chriſti cauſam tutaris, & omnem

Impendis pietati operam/lacerasq́ꝫ Deorum
Nequitiam/procul a patria migrare coactus
In deſerta meas: atq́ꝫ inter luſtra ferarum
Tranſigis inſontem ſpatians per littora vitam.
Tum Cæſar Galenus erat: ſolusq́ꝫ latinum
Imperium capto regni conſorte gerebat.
Præfectus vero libycis Gallerius oris:
Ipſe ſub hoc demum patriam reuocatus in vrbem
Duceris ad templum Iouis: & dare thura iuberis:
Quod renuens/magnisq́ꝫ deos clamoribus omnes
Intrepide obiurgans Iouis obtrūcaris ad aram.
Mox veluti paulo ante necē mandata dediſti
Carnifici merces a curatore ſoluta eſt
Certa tuo/quia te vitæ ſpoliauerat huius
Triſtibus ærumnis/luteoq́ꝫ abſoluerat antro.
Gaude igitur parta per tot diſcrimina pace
Et nobis placare Deum Cypriane memento.
Lux tua Septembris lux eſt bis ſeptima/quando
Dicitur illuſtri Crux exaltata triumpho.
Propterea Phœbo tribuunt tua feſta ſequenti:
Et venit ad celebres tecum Cornelius aras:

DE SANCTO MATTHAEO APOSTOLO

Poſe teloniaco dederat qui tempora lucro
I Collector Matthæus opum de ſyrte voracis
Tractus auaritiæ meruit ſub principe Chriſto.
Inter Apoſtolicos patres decoratus honore
Duplici/in annales Chriſti documenta redegit
Singula/& docuit/calamo facundus & ore.
Sicut aquis quondam Noe ſua miſit in orbem
Pignora ſedatis/vt gens humana per omnes
Debita Cœlituum patri daret orgia terras:

Sic ſua cum vellet Deus alta in regna reuerti
Diſcipulos quoſdam tranſmiſit ad vltima mundi
Littora docturos gentes quo Numina ritu
Sint oranda/quibus cœlum placabile ſacris.
Iſte velut ſuperis viſum/conuerſus ad Auſtros
Tranſijt ægyptum/Nilo ducente Syenē
Appulit & Meroen poſitas in flumine terras.
Venit vbi nullam in partem declinat Orizon:
Et lux in totidem quot nox extenditur horas.
Atq; apud Eunuchum Reginæ Candacis acto
Iam biduo/cœpit ſacris incūbere verbis:
Et quas attulerat populis oſtendere merces.
Ecce duo docti magicos in Perſide cantus
Arphaſat & Zaroes adſunt/geminoſq; dracones
Naribus/ore/oculis/flammam ſpirantibus ante
Ora viri/monſtris illum ſe poſſe putantes
Talibus exterrere ferunt:interritus ille
Conſtitit:atq; Crucis fecit manſueſcere ſigno
Tam fera monſtra manu palpans & tergora & ora.
Hoc oculis Regina ſuis vrbanaq; turba
Vidit/& attonito ſtetit ad ſpectacula vultu.
Continuo venere ægri vix lenta ferentes
Corpora:& infuſam membris animiſq; Salutem
Accepere alacres pulſis extempore morbis.
Interea Aegippi regis pulcherimus Euphron
Filius in mortem ſubitam prolabitur:adſunt
Ecce magi Iuuenem ad vitam reuocare volentes:
Sed fruſtra annixi/ne deſpicerentur in aſtra
Sublatum dixere patri/nec poſſe reuerti
Amplius ad vitam.Tunc tunc Regina vocato
Euphoeniſſa viro caſum deplorat/opemq;
Poſtulat:Ille oculis ſubito in ſublime leuatis

R eſtituit membris animam/quod tota repente
V rbs opus admirata hominem compulſa fateri eſt
E ſſe Deum noſtra in terram ſub imagine lapſum.
M unera certatim apportant: quæ protinus ipſe
V ertit in excelſæ molis delubra/Tonanti
S acra/ſacerdotes/hymnos/ritumq́ perennem
I nſtituens: regem ac populum luſtralibus vndis
L auit: & æthiopas Chriſtum diffudit in omnes.
H yrthacus Aegippo regi ſucceſſit: & Euphron
P ellitur a regno: pedicas Erycina tetendit
M atthæo regiq́ ſimul: nam virginis ora
Q uæ fuerat ſacrata Deo iuueniliter arſit
H yrthacus/ & rapidos animo conceperat ignes.
S ed voto Matthæus erat contrarius/ore
O biurgans regem tetrico: violentia amoris
H yrthacus impulſus Mattheum obtruncat: amata
V i potitur: tantum potuit Venus atq́ Cupido.
L ux ea Septembris vigeſimaprima ſerendi
P rincipium faciens: Nam tunc Atlantides orto
S ole cadunt: redeuntq́ Grues: & ſemina ſulcis
I acta legunt: ſpumatq́ lacu vindemia pleno:

DE SANCTO MAVRITIO.

L tera Thebæo lux eſt ſacrata tribuno
A M auritio cui nomen erat/centum iclyta portis.
V rbs Thebæa fuit quondã: que Nilus ab oris
A ethiopum pharias properat lapſurus in vndas:
H inc legio duce Mauritio thebæa perfecta eſt
V rbis in auxilium Romæ cum Maximianus
P ergeret in Gallos bellum illaturus acerbum
C hriſtigenis: quod cum legio reſciſſet & omnes
I n legione duces Chriſti qui nomen & vndam

A tq; fidem induerant/caſtris ceſſere relictis.
S edunenſis agri locus eſt Alemanica propter
F lumina quem Rbodanum dicunt:exercitus omnis
S acrificare volens Marti latioq; Quirino
I llic conſtiterat poſitiſq; quieuerat armis.
A ſt vbi compertum eſt illinc abijſſe Tribunum/
C auſaq; diſſidij patuit magno impete Cæſar
I te ait/& decimos omnes occidite ferro:
H oc ſemel/boc rurſus factum:circūdata demum
T ota necem legio dum vult a cæde ſuorum
S yncæras ſeruare manus/dum ſacra Deorum
D amnat init:pendunt alacres ſine Crimine pœnam.
P oſt tantam Comitum cædem conuiuia miles
D um celebrat feſſus/quidam cui nomina Victor
P ræteriens verbis opus id damnauit acerbis:
H unc quia Cbriſtigenam miles deprebendit/eodem
S upplitio affectum ſuper alta cadauera miſit
H æc referens/& tu magno mactare Quirino.
F ama antiqua tamen quoſdam de turbine tanto
E uaſiſſe refert/quorum qui mœnia ſeruat
B ergomeæ gentis poſitaſq; in rupibus arces
V nus Alexander:poſt tempora longa cruentum
M artyrium paſſus/modo cum legione triumpbat:

DE SANCTA TECLA.

A uritio vicina dies natalia Teclæ
M F eſta colit:Pauli verbis afflata recepit
C orde Deum/Cbriſtiq; fidem:ſpōſoq; relicto
P erpetua cælebs in virginitate remanſit.
F racta in iudicium pro relligione furentem
M ittitur in flammam:Sed fuſo e nubibus imbre
F lamma cadit.poſt paucorum interualla dierum

Denudata trucem iuſſa eſt equitare Leenam
Sed fera conuerſo retrorſum vertice ſuras
Lambere/blandiri plantis clementius orſa eſt.
Ad pecudes magis atroces proiecta Leenæ
Auxilio ſeruata fuit: Lea dentibus Vrſum
Fruſtatim ſecuit: mox eſt congreſſa Leoni:
Et longo tandem ſimul occubuere duello.
Tortilibus fœtam colubris/ fœtam Aſpide & hydris
Mittitur in foueam ſine veſtibus inter atroces
Nuda feras oblita necis nihil horruit atrum
Virus. id ingemuit ſolum ꝙ corpora nullis
Inuelare modis poterat/dolor iſte pudicam
Torquebat mentem: deplorabatq́ pudorem.
At Tauris demum indomitis annexa rudente
Immundam per humum trahitur: ſed fune ſoluto
Protinus/illæſam tauri liquere fugaces.
Quæ virtus hæc mira oculis abſcondita noſtris
Infrenare potens cum vult elementa ferasq́ʒ?
Nempe ea/quæ tanto cœleſtia corpora verſat
Ordine/& occulto deſcendit in omnia lapſu.
Caſibus his functam mulier generoſa recepit:
Et miſerans ſimul ac mirans tam fortia corda
Virginis heredem fecit: poſt tempore paruo
In ſyriam veniens petiiſſe ſeleucia fertur
Mœnia: & hic placida diſceſſit in æthera morte:

DE SANCTO CLEOPHA.

Eptimus octobris cum Lucifer ante Calēdas
S Naſcit/ardētes Cleophā veneramur ad aras.
Hic fuit ex illis vnus quos Chriſtus eundo
Edocuit ſtygiis tunc tunc egreſſus ab vmbris.
Alter erat (famæ ſi fas eſt credere) Lucas:

D e quo plura dies cum venerit ille canemus.
I pſe eodem tecto ſub quod iam ſole Britannos
P rætereunte lares Chriſtum duxere/ voluto
D um docet/& fidei fines protendere curat
I nſidijs captus Cleophas occiditur anno.
F orti ac magnanimo Chriſti de milite plura
S cire vetor: nam ſcriptorum tunc copia rebus
V ndiq; turbatis vel nulla vel obruta grandi
T empeſtate fuit: ſic nos latet illius æui
M axima pars: noſtræ primæua infantia gentis
T unc erat: in linguas nondum facundia/nondum
V enerat annales rerum quæ conderet ætas.
P oſt iſtas vt adulta dies eccleſia ſumpſit
R obur/in hyſtorias cepit tranſmittere facta
I nclyta: & heroes chartis includere noſtros.
P rodijt Euſebius qui tempora ſcripſit & annos:
G eſtaq; quæ potuit veterum cognoſcere patrum
S ed quibus intulerat iam longum obliuia tempus
P ræterijt: nec enim nobis ſcire omnia fas eſt:
A t pater errorum reſecans Hieronymus vmbram
E uſebij annales vſq; ad ſua tempora traxit:

DE. S. COSMA ET DAMIANO.

X Arabum populis gemini medicamina fres
F A nte alios docti ſibi queſiuere medendo
Sidera: nam gratis medicas adhibere ſolebant
C uiuſcunq; manus/omneſq; extinguere morbos
M aior erat Coſmas: Alter Damianus/ vterq;
S anctus vterq; Deos & Numina falſa peroſus.
N on fuit argolicis quiſq; regionibus iſtis
A equiparandus: eat Troie qui bella Machaon
V idit: eat Chiron/Podalirius/atq; Melampus:

Atq; alij/quorum Grai meminere Poetæ/
Vt Pæon/Cousq; ſenex/& Apolline natus.
Illi etenim.quoſdam poterant depellere morbos
Iſti omnes.illi ſuccis & gramine:verum
Infuſa virtute iſti diuinitus ambo.
Audierat Coſmas accepto munere fratrem
Neſcio quam curaſſe Nurum.quo crimine leſus
(Crimen enim credebat)eum probibebat bumari
In tumulo poſt fata ſuo.Sed in intima figens
Corda deus viſum/monuit per ſonnia dici
Non debere ſcelus quod mens ſyncæra recepit
Simpliciter/quod grata dedit ſine fraude voluntas.
Hos ac tres alios fratres Aegæa tyranno
Sub Lyſia vidit multas percurrere pœnas:
Nam prius in grandem zephyris bacchantibus æſtum
Proiectos mare corripiens reiecit in arua
Proxima littoribus:viridiq; reliquit in berba.
Mox adhibens flammas lictor comburitur:ipſos
Flamma fugit/neq; ſacratos complectitur arctus.
Cæſi etiam grauibus flagris & verbere multo
Euaſere alacres/& non ſenſere dolorem.
Tunc tribus in tenebras miſſis & carcere clauſis
Affigunt Crucibus primos:ac ſigna rotandis
Efficiunt ſaxis:ſed vis diuina retorquet
Vulnera in autbores:magico ſe murmure ludi
Cauſatus Liſias clamat/proferte pharetras
Roſtraq; itbyreo iactate cydonia neruo:
Nec mora ſpicata ſæuitur arundine.Verum
Tela ſagittantes retro redeuntia figunt.
Supplicio capitis tandem victoria parta eſt.
Et dum ſeptembris vigeſima ſeptima ſurgit
Veſpera/in ætberios cõmigrauere penates.

O gemini fratres qui per diſcrimina vitæ
M ortalis veluti fluctus iactata per altos
N auis ad Aſtriferi portum veniſtis olympi
T errigenis precor eſte boni/pacate furorem
A rmorum/& tantum effundi prohibete cruorem:
V ertite ad Etruſcas etiam pia lumina gentes
E t ſeruate lares Medicum.qui ſtirpe feruntur
A ueſtra traxiſſe genus.ſeruate Leonem
P ontificem ſummum/generis qui maxima tanti eſt
G loria:Qui terris cœlo demiſſus ab alto eſt/
V t fuget ærumnas/totumq́ꝫ refrigeret orbem:

DE SANCTO MICHAELE ARCHAN.

S E ptembris iam finis adeſt penultima feſtum
A ffert grande dies.Michael celeberrimus īter
C œlituum turmas templum ſibi fecit in alto
V ertice Gargani/factumq́ꝫ dicauit:& iſta
L uce Sypontinam monti quæ ſubiacet vrbem
A dmonuit:factiq́ꝫ omnes fama iuit in oras.
V rbis enim paſtor cupiens ediſcere ab ipſo.
P rincipe militiæ Diuum ſi forte ſub antro
M ontis vbi noſtra fuerat ſub imagine viſus
V ellet adorari/precibus ieiunia longis
A ddiderat/totoq́ꝫ orans ſe afflixerat anno.
E cce nouum iubar in thalamo ſub nocte ſilenti
L uxit/& effigies paſſis apparuit alis
A rma ferens/dextraq́ꝫ enſem/leuaq́ꝫ bilancem:
E t breuiter populi ſic eſt affata magiſtrum.
I nuenies ſummo delubra cacumine/noſtra
C onſecrata manu:rupem conſcende:videbis
I n ſaxo ſignata hominis veſtigia templi
H oc erit indicium.ſic fata receſſit imago

Sic pater admonitus montem ſubit atq; repertam
Ingrediens Criptam tres ſub teſtudine ſaxi
Proſpicit ornatas nitidis mantilibus aras/
Ad Libyam geminas/vnam Titanis ad ortum.
Hoc vbi compertum/Ciues & rura repente
Conſcendere iugum: turbæ per inhoſpita longe
Saxa per anfractus montis nemoroſaq; luſtra
Se effundunt/ſummaq; locum pietate frequentant.
Hic vbi libati Calices diuinaq; rite
Res finita/latex ſaxo ebulliuit aperto
Protinus in fontem: vitreis qui lympidus vndis
Viuit adhuc potis humanos extinguere morbos.
Fama per Italiæ populos effunditur omnes/
Atq; per Epyri gentes/adriatica circum
Littora/& Illyricos montes/& Achaica regna:
Relligio noſtris animis innata coegit
Mortales omnis ad quos peruenerat huius
Prodigij rumor celſas inſcendere cautes.
Pontificum princeps qui Vaticana gubernat
Templa per occiduas facinus mirabile terras
Prodidit: & lucem faſtis ſolennibus iſtam
Aſſocians voluit toto celebrarier orbe:

DE SANCTO HIERONYMO

V Ltima ſeptembris tua lux ſanctiſſime patrum
Hieronyme: ſtridone ſatus romana petiſti
Gymnaſia/& cæleri ſtudio ſapientiæ in altum
Aſcendiſti apicem fari tribus omnia linguis
Doctus/& illius tanto ſublimior æui
Ingenijs/quantum colles precellit olympus.
Cum vero tibi fama foret lucentior aſtris
Vitaq; conflato decies ſyncærior auro/

D ignus habebaris Petro ſuccedere: & omnis
V rbs Romana oculos in te coniecerat vnum:
O ptabantq; decus tibi pontificale Latini.
I ſtius aggreſſus ſplendorem extinguere laudis
I nſidias tibi liuor edax mira arte tetendit.
N am tua ſubducens furtim tibi palia noctu
S uppoſuit muliebrem habitum/quem cantica ſurgens
A d diuina priuſq; lux albeſceret(heu ſors
I nuida virtuti ſemper/temeraria ſemper)
I nduis/& ſacras tendis ſine lumine ad aras.
S ic tua tam florens probitas in honora remanſit/
H anc deus indignam voluit te incurrere fraudem
V t mala corruptæ fugeres conſortia gentis/
E t fieres viuens Cœli de Ciuibus vnus.
A d ſyriæ ſyluas igitur ſaltuſq; ſabeos
C ontinuo tranſis:rapidiq; incendia ſolis
N udus & eſuriens longo in mœrore tuliſti.
M ox Betlehem remeas/vbi cum diuina relinquens
E thnica cœpiſſes verſare volumina/noctu
V iſus es in ſomnis magni ſtare ante tribunal
I udicis & probris ac duro verbere plecti/
Q uod ſtudia haurires ſacris humana relictis:
T emporeq; ex illo mundi primordia/legem
S inaicam/vatum anfractus/ſauleaq; regna
V oluere cepiſti/ſacriſq; incūbere chartis.
D um vero in cœtu fratrum diuina ſedendo
S acramenta doces/legumq; abſcondita ſenſa
E cce Leo ſeptum ingreditur pede claudus inerti:
A ufugere omnes:tu ſolus in hoſpite tali
N il hoſtile timens læſæ medicamina plantæ
I nfluis:ille autem poſita feritate Clientem
S e tibi deuouit: Quid multa moramur? Agaſo

F actus ad hybernos aſino vectante ſolebat
C onſiſa in truncos ac diſcuneata ſecuri
D ucere ligna focos: ſed cum ſopita teneret
L umina/iumentum paſcens rapuere latrones.
P oſtq̄ experrectus ſocium non vidit amaro
P er ſyluas animo perq̄ omnia rura cucurrit
A ſt vbi quærendo tempus ſe ammittere nouit
A nxius ad fratres rediit: nec vt ante ſolebat
I ngenue tectum ingreſſus: collegia patrum
E rubuit: longeq̄ abiens a limine triſti
P rocubuit vultu culpam mœrore fateri
V iſus & aſpectu miſero/veniamq̄ precari:
T e tamdem mandante/feram quis tam manſuetam
T am docilem ſperet? lignis generoſa ferendis
T erga dedit/nec ſe regem memor eſſe ferarum
D emiſſa Ceruice humili ſucceſſit aſello.
S ic homines docuit ſceleris cum pœnitet illos
Q uid ſit opus facto: qualiq̄ ardore dolendum eſt.
L igna tulit/donec pecudem latrone perempto
R epperit in campis/gaudenſq̄ in tecta reduxit.
A t cum perſpiceres diuina volumina multis
D epranata locis/& conceptacula lymphæ
V nde bibunt animæ/primum ammiſſiſſe nitorem
H anc tua ſcabriciem vigilans induſtria longo
D eterſit ſudore: tuus labor iſta fugauit
N ubila: & expulſa fecit vada lympida fece.
T u ſalis illius quo ſylueſtres Colocyntas
I ncola Carmeli docuit compeſcere vates/
F ungeris officio: Tu raptus ab arbore ramus
Q uo moſes purgauit aquas/fonteſq̄ ſabæos.
T u velut Alcides contra ſtymphalica monſtra
H æreſiarcharum claua decernis & arcu:

Tu quaſi ſol lucis genitor iubar elicis almum/
Ignitaſq́ tuo totum iacularis in orbem
Ore faces/fideiq́ fugas a finibus hoſtem.
Tu ſimilis zephyro qui pallida nubila & imbres
Diſſipat & pulſo Cœlum ſqualore ſerenat:
Qui ſolem lunamq́ aperit/titaniaq́ aſtra.
Qui vitam infundit paſſis horrentia plantis
Frigora/ad Auſtralem dum ſol procul exultat vrnam.
Ad ſuperos tandem longo iam frigidus æuo
Vt pote qui ſtabas annorum in limine Centum
Scandis. & æternæ frueris dulcedine vitæ.
O pater ad noſtras voces conuertere/& audi:
Prandia iam dudum ſumus ad diuina vocati.
Et tranſire prius per ſancta negotia longo
Eſt opus inceſſu: ſed inertia corporis obſtat.
Faſce ſub hoc igitur ne deficiamus/adeſto
Tu cui conceſſum eſt epulis accumbere Diuum/
Et fer opem poſitæ tanto in diſcrimine Cymbæ:

FINIS.

DE SANCTO FRANCISCO.

Q Varta dies octobris adeſt: celebrate minores
Feſta Lauernicolæ nudis ſolennia plantis.
Nomen Iohannes veſtro eſt ab origine patri:
Sed noua Frãciſci traxit cognomina fando/
Dum ſtudet artifici Francos effingere ligua
Iſte iuuentutis virides dum perderet annos
Futilibus curis & pernicioſa trahendo
Ocia, in atrocis morbi genus incidit/ vnde
Perpendit nihil in vita preſtantius eſſe

Quam toto amplecti Chriſtum & Cœleſtia nixu.
Vmber erat/coluit Tuſcæ montana Lauernæ:
Quæ furum tutela fuit/pannoſus/& vltro
Factus inops/miſſo ſua ſub veſtigia faſtu
Mortales longe ante alios mitēq; humilemq;
Se exhibuit: Chriſti ante oculos patientis imago
Semper erat: plagas & verbera mente ferebat
Et quas mente tulit deus apparere figuras
Illius in membris voluit: nam vulnere pectus
Vulnere ſignauit palmas/& vulnere plantas.
Sicq; ſigillato Chriſtus ſe expreſſit in illo
Sicut ab Aſſyria veniens regione futurum
Angelus admonuit Laterani in limine templi.
Humanos vero non ſolum ſpreuit honores
Verum etiam timuit/quia mens inflata fauore
Laſciuere ſolet: tali ratione ſacerdos
Eſſe recuſauit: neq; ſacrificauit ad aras.
Huius ad exemplum vitæ ſe magna virorum
Copia conuertit numerumq; efluxit in amplum
Poſteritas huius patris appellata Minorum
Nomine nodoſo lumbos conſueta rudente
Cingere/& in ſoleas calces inferre ſalignas.
Innumeras eius laudes/miracula & acta
Sparſa per annales atq; impletura volumen
Grande/ſuperuacuus labor eſt includere verſu/
Cum ſint nota ſatis: vulgiq; per ora ferantur.
Angelicæ tandem vitæ precepta relinquens
Diſcipulis omnes quæ ſeruarentur in annos
Sumpſit honoratis Diuum de ſedibus vnum

DE SANCTO PETRONIO

HAec eadem tibi petroni celeberrime gentis
Flaminiæ princeps/lux eſt ſacrata:tuarum
Felſina quæ Tuſci quondam caput eſſe ſolebat
Imperij/laudum ſeruat monumenta/fuiſti
Et pater & paſtor tantæ digniſſimus vrbis.
Graius eras magni veniens a ſanguine regis
Qui ſua thraicio poſitis in littore muris
Nomina coniunxit/romanaq; mœnia Chriſto
Ceſſit/& ægeas ſedem ſibi legit ad vndas.
Hoc adeo ſublime genus ſatis indicat illud
Quod tua Theodoſio nupſit germana ſecundo.
Graiugenas inter proceres tu primus:& ipſo
Alter ab Auguſto tantum ſplendoris habebas
Cæſaris in regnis/q̃tum inter ſidera luna.
Tu puer ingenuas artes & vtranq; mineruam
Cæcropis atq; Numæ doctus ſuperare coæuos
Non minus es viſus ſuperet q̃ flumina pontus.
Miſſus ab Auguſto Romam legatus ad vrbem
Ocurrente tibi vada per Tyberina ſenatu
Ductus es inſigni laterana ad limina pompa.
Imperium Petri tunc Cœleſtinus habebat
Inſignis pietate ſenex/cui nocte cubanti
Claniger in ſomnis hæc eſt oracula fatus.
Orba ſuo luget paſtore Bononia/& orat
Hunc ſibi corcondi qui cras tyberina ſubibit
Hoſtia thraicijs veniens orator ab oris:
Annuit oranti deus:hanc tu amplectere curam.
Quid per multa vagor? longua prece victus adiſti
Hoc onus:& ſacro tandem ſuccædis honori.
Tunc libris qui inuenta docent humana relictis
Ad ſacras animum leges ad myſtica vatum
Dicta retraxiſti quærens alimenta ciboſq;

Spirituum quibus ætheream deus annuit arcem.
Tunc tua mens vti vere ſolum ſe floribus ornat
Virtutum decus omne tulit: prudentia late
Splenduit/accenſa eſt charitas/Clementia mitem
Induit aſpectum: pietas miſerabile vulgus
Adiutura manus ambas extendit ad aurum
Et diſperſit opes per ruſtica tecta per vrbem.
Tunc tibi tota domus Ditis molita repente eſt
Inſidias. Venus in primis Iocus atq́ Cupido/
Mercurius venator opum/Mars belliger iram
Irritare ſciens/animos Saturnus inerti
Deſidia obſcurans: Luna inconſtantia corda
Huc illucq́ ferens: miſſæ de ſedibus imis
Eumenides doctæ ingluuiem/doctæ omne animarum
Aucupium: ſed tu diuis fautoribus iſta
Agmina fudiſti: lemureſq́ ſub alta fugaſti
Tartara lethæo referens ex hoſte triumphum.
Menſa breuis/rudis eſca/fames ieiuna pudori
Inuigilans Venerem duris frenare lupatis
Sciuit/& enormes legi ſubmittere ſenſus.
Relligionis amor mentem linguamq́ manumq́
Impulit ad cultum ſuperum plæbemq́ docendam.
Sunt quoq́ qui dicant veterum ſanctiſſima patrum
Acta voluminibus te cōmemoraſſe diſertis
Quæ valeant Criſpi laudem ſperare Saluſti
Sic tuus o pater omnipotens qui regna gubernas
Omnia diſpenſans ſcite tua dona miniſter
Sollicitis omnes curis exercuit annos.
His ſtudijs animoſam vrbem belloq́ ſuperbam
Et populum numero/ingenijs opibuſq́ potentem
Compoſuit: ſicut vigilans induſtria docti
Agricolæ ſylueſtrem agrum terramq́ rebellem

In virides bortos atq; in ſola pinguia vertit.
Vt bonus acceptam poſuit pater ordine gentem
Ad ſacras Diuorum ædes curam appulit omnem
Et ſtuduit templis celebri decus addere cultu.
In primis ſtepbano delubrum inſigne domoſq;
Struxit: & in morem buſti quo dicitur olim
De Cruce ſublatum Cbriſti iacuiſſe Cadauer
Adiunxit quod adbuc ſupereſt inſigne ſepulcbrum.
His ita compoſitis/populoq; in pace relicto
Vt Conſanguineos patriamq; ipſamq; ſororem
Viſeret & regem tbracum remeauit ad oras.
Relliquiaſq; domum rediens & plurima Diuum
Corpora quæ Auguſtus magno pro munere Cæſar
Tradiderat ſecum longinqua per æquora/demum
Per mare cui nomen fecit vetus Adria vexit:
Vectaq; ſub Stepbani templo reuerenter boneſtos
In loculos tanq̃ populi munimen & vrbis
Intulit: & functus vita poſt tempore paruo
Ipſe pius paſtor tota in ſingultibus vrbe
Proſtrata & lacbrymis templo ſepelitur eodem:
Atq; ita cum diuis babitat tellure & olympo:

DE SANCTA REPARATA.

C Aeſarienſis eram viuens: poſt fata Cadauer
Venit in arua meum Feſulis ſubiecta/cubatq;
Qua Tuſcus decurrit aquis torrentibus Arnus.
Me Decius Cæſar nulli feritate ſecundus
Mandauit libare Ioui. ſcelus ipſa nefandum
Indignata magis volui genus omne dolorum
Et quæcunq; pati potius tormenta: liquato
Feruida nudatam miſit me in balnea plumbo.
In mea mox feruens fundi mandauit acetum

Guttura: & accenſis latus inflamauit vtrūq;
Lampadibus: poſt hæc mergor flagrante camino.
His defuncta malis alios tradducor ad ignes.
Applicita lateri crucior face: viſcera torret
Crate ſuper/miſeroſq; artus depaſcitur ardor.
Sic aſſata trahor populo admirante per vrbem
Vt timor excuteret vulgi de pectore Chriſtum.
Ferro iterum lanior: lapidum per acuta volutor
Segmina/calce fricor mixto ſale. trita ſinapis
Humori confuſa acido languentia membra
Acribus afflictat ſtimulis: neu pœna ſuperſit
Quam non pertulerim/ſpinoſo verbere plector:
Et laniant ſuras faciem terga vbera ſentes.
Vltima pœnarum quæ me crudelibus iſtis
Soluit ab ærumnis/fuit a ceruice reuulſum.
Enſe caput: forma niueæ veſtita Columbæ
Mens abijt: raptimq; volans intrauit olympum.
Octobris bis quarta dies mihi ſacra: per vrbes
Tunc ceſſat labor etruſcas: mea templa ſacerdos.
Ornat: & accenſis lucent funalibus aræ.
Vita fuit terrena breuis/quo liber ab orbe
Infernate animus cito conſequeretur olympum.
Vix mea biſſenos ætas exegerat annos
Cum tormenta tuli tam formidanda: tuliſſem
Et maiora: Deus tanto me accenderat igne:
Sic animam fouit virtus diuina recentem/
Vt mihi terribilis facies irata Tyranni
Non fuerit: neq; tam validis quaſſata procellis
Mora ſit admorſa Chriſti ſemel anchora caute.
Sic miris humana modis attollere corda
Scit Deus: illaqueat tali dulcedine mentes/
Vt tormenta nihil q̄uis duriſſima pendant.

Hoc eſt quod potant inter conuiuia Diui
Nectar/hic ambroſiæ ſuauis liquor ille/beatas
Qui reddit guſtando animas: hæc illa voluptas
Sancta voluptates vetitas quæ funditus haurit.
Tyrrheni gaudete lares: celebrate quotannis
Hæc mea feſta: Deus meritis pro talibus vrbes
Caſtella/& vicos/omnes cuſtodiet agros.
Talibus Arnenſes verbis Reparata Colonos
Eſt affata ſui reſidens in culmine templi.
Sic precor vt fata eſt virgo deus omnia ſeruet:
Sed te preſertim quæ fers inſigne pilarum
Sacra domus/decimum partu conniχa Leonem:
Ipſe tenens Petri claues vitæq; neciſq;
Ius habet/& miſſa totum ditione per orbem:
Et ſtygis & Cœli portas aperitq; ſeratq;:

DE SANCTO DIONYSIO.

Cecropides nono Phœbi Dionyſius ortu
Surgit Athenæi ſapiens Auriga ſenatus:
Hic de principibus regnoq; nouēplice Diuum
Plurima conſcripſit: diuinaq; nomina fecit
Cognita ſub Paulo qui tunc habitabat Athenis.
Hic Mariæ viuentis adhuc veneranda tueri
Ora volens naue Aſſyrias annauit ad oras.
Vidit/& aſcenſo Carmeli vertice noſtros
Se tulit ad patres: ſpelæaq; ſancta reuiſit
Magnus vbi Helijas legitur vixiſſe priuſq̄
Tenderet eoos curru tranſlatus ad hortos.
Per freta deuenit Romam poſt funera Petri,
Poſt obitum Pauli/qua tempeſtate tenebat
Nauiculam Petri Clemens romanus/& ipſo
Perſuadente viam ſecuit Dionyſius vltra

A ereas alpes: Rhodanum tranſiuit/ & omnes
A ttulit ad Celtas Chriſtum tentoria figens
P arrhiſios bifido qua ſequana circuit amne
P lurima poſtremum paſſus tormenta feraſq;
V t memini ceciniſſe olim maioribus orſis
C um ſocijs pœna Capitali affectus in vlnas
I pſe ſuum caput aſſumpſit/truncuſq; propinquum
A ttulit in collem: quo nunc ſublimia regum
B uſta loco reſident magni ſub culmine templi:

DE SANCTO LVCA.

I'gna Nepæ redeunt/alio quæ nomine fertur
S S corpij/Ara venit/formæq; bicorporis aſtrū.
F ertilis Autūni pars vltima colligit vuas
S olibus affectas longis ac vina ferentes
D ulcia: & extremas deportat in horrea fruges.
M eſpila quæ medici dixere tricoccia mala
M itigat attritis duro ſub verbere culmis.
A ntiochenus adeſt Lucas: & cornua fronte
B ubula fert: illum vates fecere Iuuencum/
V t memini tractans diui ſolennia Marci.
H iſtoriam Chriſti verbis complexus acheis
V ertere apoſtolicos calamum properauit ad actus.
I pſe Comes Paulo ſemper fuit: illius inter
B arbaricas gētes iter eſt ſectatus: Athenas
V enit: & in Cyprum remeans vt ſanctus agebat
S piritus/in Chriſtum vicos animabat & vrbes.
I pſe fuit Magnæ Matri cuſtodia longo
T empore: & ex eius fertur didiciſſe relatu
P lurima de duplici natura & origine partus
V irginei ſine patre ſati ſine ſemine nati.
(S preuit opes/ſpreuit veneres: ad funera venit)

Coniugis ignarus. Veterum pleriq; putarunt
Cum Cleopha Lucam Chriſtum vidiſſe latentem
Sub peregrinantis ſpecie/cum nocte reuerſus
Eſſet ab inferna/ſuperaſq; redactus ad auras.
Hic medicus pictorq; fuit: monumenta ſuperſunt
Plurima/& Iconicæ Chriſti/Mariæq; figuræ.
Ex leges iterum populos vicinaq; ponto
Regna legens ſenior Bithynica venit in arua:
Atq; ibi poſt decimam cum lux octaua pruinis
Spargeret Octobrem/gelidoq; aſcenderet ortu
In placidam lapſus migrauit ad æthera mortem:

DE SANCTO PTOLEMEO.

Oſt Lucā Ptolemeus adeſt de ſanguīe vt aiunt
P Antiqui ſtirps nata Lagi/ genus vnde ſuperbū
Deſcendiſſe ferunt regum qui ſeptra tulerunt
Niligenas inter per plurima ſæcula gentes.
Iſte latinorum magno ſub principe quondam
Inclyta cui virtus pietas cognomina fecit
Indulſit bellis/& Alexandrea colebat
Mœnia in Aegypto. Chriſtiq; receperat vndam
Atq; fidem/ſolitis viuens ſine crimine in armis/
Inſontemq; trahens cum relligione iuuentam.
Inuidere homini Lemures/ latrator Anubis
Apis/& inachijs virgo quæ venit ab oris/
Et reliqui quorum locuplex ægyptia ſemper
Terra fuit: Diuis igitur ſatagentibus orta eſt
Seditio contra noſtræ primordia gentis:
Cumq; ſacerdotum rabies ſeuiret in omnes
Chriſtigenas vinclis/flagris/& acinace/& igne/
Continuo in medios venit Ptolemeus: & alta
Voce ſcelus tantum increpuit, mora nulla miniſtri

Sacrorum exciti Iuuenem traxere ſub vmbram
Carceris/inſignem non auſi extinguere tali
Morte virum/neq́ vulgari delere tumultu.
Dum ſedet in tenebris ſub opaci fornice clauſtri
Sæpius admonitus Chriſto dare terga,Deoſq́
Quos reges/quos antiqui coluere parentes
Suſcipere/& fumo culpam expurgare ſabæo,
Manſit vt aduerſus Boream rhodopeia cautes
Forti inconcuſſoq́ animo mala Numina contra.
At cum ſæpe Deos inſectaretur acerbe/
Rideretq́ minas/Chriſtumq́ extolleret ore
Libero & audaci/turbam irritauit atrocem
Inſultuq́ hominem facto rapuere. Tyrannus
Qui preærat genti cupiens ſedare tumultum
Se in fora proripuit: plæbiſq́ e vortice tractum
Faſcibus afflixit: populoq́ vrgente proteruis
Auſibus/& miſſo in Cœlum clamore/ſecuri
Triſtis & inuitus fatis occumbere iuſſit.
Lucius in bellis qui te Ptolemee ſequutus
Semper erat/te in morte ſequi/tecum venire
Ad ſuperos voluit/miſeraſq́ relinquere terras.
Supplicijs igitur cum ſe clamaret aperte
Chriſtigenam/paribus tecum migrauit in aſtra.
¶ Tum quoq́ ſcrutator Cœli preclarus eiſdem
A/proauis veniens & ſanguine proximus iſti
Floruit Iſiacis alter Ptolemeus in oris:
Et demum moriens nunq̃ peritura reliquit
Ingenij monumenta ſui: nam ſidera/& ipſum
Terrarum proprijs incluſit legibus orbem:

DE SANCTA VRSVLA

INſula ab antiquis quæ dicta Britãnia/nũc eſt
Anglia/vel quoniam terris auulſa videtur
Angulus extremi latitans in finibus orbis,
Vel quoniam regina locis regnauit in illis
Angela: quæ ſignis illuc victricibus egit
Saxonas: & fecit pulſis noua regna Britannis.
Tunc gens pulſa ſuis laribus cum nomine priſco
Tranſijt ad gallos/ſeditq́ꝫ in littore magni
Oceani primis non longe a finibus. Hi ſunt.
Britones: ex quorum regali ſanguine Virgo
Vrſula proceſſit Mauro generata parente.
His etenim rex Maurus erat: ſed & Anglia regem
Paulo mox habuit Chriſti cultoribus hoſtem.
Hic ſobolem Mauri q̄ preſtantiſſima forma
Ac virtute foret/nato cupiebat: & acta
Poſt diuturna tulit deus hæc in fœdera reges.
Vrſula Chriſtigenis prognata parentibus ante
Quam ſubeat thalamos/iungat ſibi mille puellas:
Atq́ꝫ decem Comites preſtanti corpore: & vna
Quæq́ꝫ decem Comitum veniat comitata phalange
Mille puellarum: cum talibus Vrſula caſtris
Virgineam ducat tota trieteride vitam.
Interea Iuuenis Chriſtum doceatur/& vnda
Diluat antiquas labes cultũq́ꝫ Deorum.
Vrſula virgineis igitur ſtipata cateruis
Aſſiduis operam Ludis impendit & omnes
Prouocat ad Phrygiæ ſocias certamina Troiæ:
Strenuaq́ꝫ aſſumptis imitatur Amazones armis.
Mens erat has ſecum Comites ad limina Romæ
Ducere: & hanc alto ſeruabat pectore curam.
Aſt vbi iam Chriſti cunctis infudit odorem
Virginibus/ſummo venit Paranymphus olympo

Qui docuit fecitq́ viæ cognoſcere caſus/
Et mortis genus atq́ locum. tunc claſſe parata
Conſcendere maris fluctus/& in hoſtia Rheni
Nauibus immiſſis Agrippæ mœnia poſtq̃
Intrauere/viæ reliquum pede carpere viſum eſt/
Rhenus enim rapidum voluens ex alpibus amnem
Præcipitat curſus verſum oceanitidas vndas
Et labor aduerſo nimis eſt grauius ire fluento.
Quot proceres claræq́ nurus ſpectacula viſum
Hæc venere/loqui longum: vix agmina campi
Paſcere vix vrbes poterant. Saturnia tandem
Iam pedibus tenere feſſis in regna puellæ
Per Venetos per flaminios venere per Vmbros
Dixiſſent veteres hæc vna in caſtra Dianam
Omnibus e ſyluis nymphas egiſſe: ſuiſq́
Virginibus cinctam patrij iuga quærere Cynthi.
Buſta antiqua patrum celebri templa inclyta fama
Inuiſere: nihil pretermiſere quod intra
Mœnia relligio Chriſti inſigniuit & extra
Mille habuit paries omnis/mille omnis imago
Oſcula/mille ſolum: proſternebantur ad omnes
Cum gemitu & lachrymis & cum ſingultibus aras.
Tam pia nunq̃ alias vidit ſpectacula Roma.
Cyriacus qui ſummus erat (ſic fama) ſacerdos
Pontificis curam maieſtatemq́ relinquens
Cœtibus his tantis ſeſe coniunxit: & inter
Virgineas acies ductor germanica tandem
Per iuga q̃ primum Rheno duce venit ad vrbis
Mœnia Agripinæ ſæuo deprenſus ab Hunno eſt.
Tunc etenim patrijs egreſſi finibus Hunni
Heu graue terrigenis atq́ illetabile fatum/
Deuaſtatum ibant vicos/rura/oppida/& vrbes.

Virgineas igitur turmas furialibus armis
Aggreſſi laniant/ſicut ieiunia paſſus
Longa greges vrſus/Libycique armenta Leones
Dilaniare ſolent: adeo genus illud acerbum eſt.
Armigero tandem furioſus in agmine princeps
Vrſulæ in innocuum quia nec deponere Chriſtum
Nec venerem ſancto voluit preferre pudori/
Eiaculans pectus contracto ſpicula cornu
Formoſam formoſo animam de corpore ſoluit.
Sunt quoque qui dicant ipſum redeuntibus illo
Occurriſſe loco cæſumque furoribus hiſdem
Dum ſponſam & comites certat ſeruare/maritum.
Sic ſponſæ coiiſſe ſuæ: ſic ſanguine mixto
Feſta penes ſuperos celebraſſe iugalia Diuos.
¶ Cordula in hoc tanto fertur latuiſſe tumultu:
Nec ſocias comitata fuit: ſed luce ſequenti
E latebris veniens ſtrictos ſe miſit in enſes:
Et ſubito aſſumptis cœlo ſe ſe intulit alis:

DE.S.SIMONE ET IVDA.

Simonis Iudæque dies eſt quinta Calendas
Ante Nouembrales: horum matertera Chriſti
Mater erat. Iudæ vero duo nomina/Iudas
Et Thadeus erant. Hic eſt qui venit Ediſſam
Abbagari regis morbos elephantioſimque
Curaturus/vti Chriſtus promiſerat olim
Chriſtus enim regi ſe ſe in ſua regna vocanti
Scripſerat auxilium/poſtquam remeaſſet in aſtra
Se fore miſſurum: Poſt hæc ægyptia Simon
Arua petens: Iudas vero babylonica Chriſti
Sancta per ignaras mittebant ſemina gentes.
Mox vbi coniunctis in Perſida greſſibus ambo

Peruenere/lares qui per ſimulacra latebant
Protinus ammiſſa tenuere ſilentia voce.
Tunc Indos Perſaſq́ʒ grauis diſcordia in arma
Miſerat:inſtabatq́ʒ dies ſæui aſpera Martis.
Dux ſuper euentu belli dum conſulit aras
Et ſimulachra:lares trepidi reſponſa negarunt:
Sanctorum imperio tandem ventura coacti
Pandere ſi ſcirent/nimium crudele futurum
Excidium cecinere hominum/pugnamq́ʒ cruentam.
Tum gemini fratres nugas riſere Deorum:
Atq́ʒ Duci ne prebe aures dixere nefandis
Manibus.haud dubium/tibi cras orator ab Indis
Pacificæ veniet portans ramalia palmæ.
Altera lux aderat/venit legatus ad Indis
Pacem orans pacemq́ʒ ferens in Perſida totam.
Impia ſucceſſu hoc mens indignata magorum
Sic ſe poſſe putans ſanctis imponere/coram
Rege ipſo tulit in medium genus omne veneni:
Dipſadas/& Iaculos celeres/hydroſq́ʒ/nepaſq́ʒ
Natrices/Colubros/& Cætera quæ per Eremum
Solibus arentem viroſa animalia ſerpunt.
At gemini fratres pecus hoc in membra magorum
Conuertere:diu tortos ſanieq́ʒ fluentes
Peſtifera miſerati homines pepulere Colubros
In deſerta procul nullis habitata colonis.
Vt premerent rixas incerto ſemine natum
Infantem qua luce parens produxerat illum
Ad populum fecere loqui/nec proditus authʋr
Eius adulterij:ſed falſo crimine functus/
Reddere quem voluit mendax infamia ſontem.
Vrbs ea clatrato clauſas in carcere Tigres
Forte habuit/quæ tunc aditum prebente Megera

Exierant: & iam ſtrages aſperrima paſſim
Aedita per turbas totam tremefecerat vrbem.
Hoc vbi nouerunt fratres crudelia monſtra
In naturam ouium mitem vertere precando
Atq; immanſuetum ſubito extinxere furorem.
Poſt varios caſus & poſt miracula tandem
Plurima digreſſos alias tradduxit ad oras
Spiritus ille potens homines impellere quo vult.
Obſeruata illic qua totus ad orgia luce
Conflueret populus templum ſubiere.palamq;
Ex ſtatuis iuſſere Deos prodire latentes:
Et latebras aperire ſuas/ac frangere ſaxa.
Ecce duo viſi ſubito volitare per auras
Aethiopes/ſuaq; horriſono ſimulachra fragore
Sternere humi penituſq; ſuas lacerare cauernas
Protinus hoc tanto plæbs exanimata tumultu
Pernici dat terga fugæ. Tum tota repente
Turba ſacerdotum ſanctos inuaſit/& armis
Oppreſſere viros: ſimulachrorumq; ruinis
Contriuere/deos animis furialibus vlti.
Nec mora cœperunt mugire tonitrua Cœlo
Nigreſcente: micant ſubitis ardoribus auræ
Fulminaq; in templi molem contorta ſuperbam
Diſſoluunt conquaſſatis laquearia tectis
Ecce ruit ſublimis apex/luxata ſequuntur
Marmora cum ſtrepitu ingenti: ſublatus in auram.
Puluis it/& templum in partes eſt quattuor actum.
Sic vbi traxerunt ad Chriſtum Perſida totam
Migrauere animæ fratrum ſuper æthera ſanctæ:

DE DEDICATIONE TEMPLI.

Ex ſolyme gentis ſalomon prudentia & auro
R Inclyt⁹ vt fecit tẽpla illa excelſa/ manumq;
Impoſuit ſummam/celeberrima ſacra vocar

Principibus magna cum relligione peregit.
Nam centum viginti ouium cecidiſſe feruntur
Millia/ viginti vero duo millia (viſu
Res miranda) Boum: ſacras olocauſta per aras
Tanta renidentes illis arſere diebus.
Tot pecudum fuſus potuit decurrere ſanguis
De cliuo pendente ſion procul vſq; iacentem
Ioſaphat in vallem/ riuumq; implere rubenti
Cæde tenebroſa factum cui nomen ab vmbra/
Non ab odoratis vt plæbs putat inſcia Cedris
Addidit & varia decerptas arbore frondes:
Graminaq;/ & flores/ & millecoloria ſerta:
Balſama/ & ex pingui ſtillantem cortice myrrham/
Cinnama/ Tura/ Arabes lambebant ſidera fumi.
Addidit argenti decus/ & vaſa aurea ſignis
Aſpera/ & auectas Gangis de littore gemmas.
Hoc ideo factum/ quo rex oſtenderet ipſis
Omnia deberi ſuperis magnoq; Tonanti/
Omnia qui vitæ nobis alimenta miniſtrat
Aſſidue: & moto vires dat rebus olympo/
Quas generat tellus/ & quæ naſcuntur in vndis.
Ipſe etiam populo faciente ſilentia & aures
Ad longas tendente preces multa ore profatus/
Vt deus æternum templi cuſtodia & vrbis
Eſſet/ & ad gentis corda inclinaret amorem.
Pro pietate Deum tali de culmine mundi
Aduentaſſe ferunt: regiſq; ad limina lapſum
Collaudaſſe pios animos/ operumq; labores:
Promiſiſſe etiam templi populiq; habiturum
Se vigilem ſemper ventura in ſæcula curam.
Mox hic ab antiquis noſtros deuenit in annos:
Nam noua cœlitibus magnis delubra Deoq;

Pontificum prece ture mola ſacramus & igne/
Ac crucibus circũpictis quæ dæmones arcent.
Marmoreas etiam Diuum ſacra oſſa per aras
Condimus: & tales ritus Encænia dicunt.
Aduertendum etiam calices & liba teneri
Inter ſacra ſuper menſas de marmore viuo
Eſſe opus: & triplici velanda altaria lino/
Vel duplici ſaltem: Nam lintea plura leguntur
Exanimum Chriſti quibus inuoluere Cadauer.
Tallibus obſequijs deus inuitatus in ipſa
Templa venit: ſuperi veniunt: & vota precantum
Intellecta ferunt patris oĩpotentis ad aures.
Cum ſolymæ quondam ſupremum incumberet vrbi
Excidium/ſuperi qui templa araſq; tenebant
Auditi ſunt nocte loqui migremus ab iſtis
Sedibus: iſta graui mole deuota ruinæ.
Hinc patet in templis Diuos habitare/quouſq;
Officio functi fuerint/alioq; vocati.
Propterea in templis nihil exercere nihilq;
Dicere fas quod Diuum oculos offendat & aures.
Vota preces & ſacra decent altaria: & omni
Tempore diuinis illic de rebus agendum eſt.
Hic mulier velare comas abſcondere vultum
Pectoraq;/& geſtus debet cohibere petulcos.
Nam nihil eſt quod ſic mores vt fœmina frangat.
Templa quoq; a grais appellabantur Aſſilla
Quod qui confugerent illuc iura ipſa vetabant
Inde trahi: mos hic noſtro ſeruatur ab æuo.
Nam templum eſt diuina domus: legeſq; profanas
Non patitur/ſed colla iugo fert libera ab omni.
Nos etiam nos templa Dei ſumus: intima corda
Ipſe habitat/ſtygio niſi ſint inceſta veneno/

Q ualia ſunt per luſtra hominum tenebroſa vagantū.
E t nullum eſt aliud templum æque nobile/nullum
G ratius hoſpitium ſuperis:reminiſcere vatum
A tq; ſibyllarum quorum deus ora mouendo
P ectora venturos docuit mortalia caſus.
E xornanda igitur mens relligione/pudore/
I uſticia/pietate/fide/ nam talia Diuos
D electare ſolent: & nos in ſidera ducunt.
T emplum aliud Deus ipſe ſibi mirabile quondam
F ecit ab exortu rerum cui nomina Cœlum.
L uminaq; appendit ſemper lucentia/ ſolem
E t ſua perpetuo variantem cornua lunam.
M agna etiam Venus eſt lampas/quæ porrigit vmbrā.
I upiter/& Mauors rubet hic/argenteus ille
P oſt venerem lucent:ſummo ſaturnus in orbe
P allet.Atlantiades ſe in paruum colligit ignem.
H oc eſt veſtibulum templi ſublimis.eunti
A ltius offertur ſpatium ſine fine ſub alta
A bſide: & æternis illic ſplendoribus ignes
T ot numero lucent/quot ſunt per littora harenæ.
M ultiplices rerum formas ea lumina certis
D iſtincta ordinibus reddunt.apparet imago
L anigeræ pecudis/Tauri/iuuenumq; duorum.
C ancer in obliqui ſedet alto limite Circi
V erſus hyperboreos axes:Leo proxima Cancro
T ecta tenet:ſequitur Virgo:ſub virgine Libra:
S corpius/& formæ ſenior coniunctus equinæ.
M ox caper humentem tollens ſua cornua ad Auſtrum
A c iuuenis qui ſpargit aquas:piſceſq; nitenti
T ergore, & obrizum ſquammis imitantibus aurum.
S tant leua dextraq; aliæ/quas dicere longum eſt/
V ndiq; diformes pecudūq; hominūq; figuræ:

Rerum etiam plantarum anima ſenſuq; carentum
Vt Quadriga/Ratis/Crater/Lyra thracia/ plauſtrū/
Araq;/& ardenti radians mucrone ſagitta:
Atq; vtrinq; poli/rectoq; per inuia mundi
Viſcera diſcurſu longus ſe porrigit Axis
Qui volucri motam torquet vertigine molem.
Si magis alta petas/ſemper maiora fereris
In ſpatia: & miſſos longe ſine limite tractus.
Hic æterna quies/hic eſt æterna voluptas.
Huc veniunt humanæ animæ quæ templa frequentant
Facta manu in terris/quibus eſt pietaſq;/pudorq;/
Vitaq; compagem Carnis perteſa caducam.
Qui templo defertur honor reuocatur in annos:
Et ſolitæ redeunt ad feſta reciproca laudes:

FINIS.

IN SOLENNITA. OMNIVM SANCTO.

Affert prima dies ſolēnia magna Nouēbris:
Nam ſuperos oēs vno celebramꝰ honore/
Et noua cōi perſoluimꝰ orgia ritu.
Siquid in hoc igitur toto peccauimꝰ anno
Hic delemus. Idem veteres fecere latini
Ante dies Chriſti: ſed erant ea feſta ſecundi
Menſis: & his nomen feſtis dementia fecit:
Stultorumq; dies illos dixere Quirites.
Extat adhuc Romæ moles ampliſſima: & author
Vt perhibent Agrippa fuit teſtudine grandi
Athereo ſimilis cœlo: quæ dicitur olim
Vltori ſacrata Ioui: magnæq; Deorum
Vt meminit Graiorum ætas antiqua Parenti.

H æc igitur Diuum Genitrix ſua pignora molis
I ſtius hæredes faciens cognomina traxit
O mnibus a Diuis: dixitq́ꝫ immania tecta
P antheon. hoc templum Phoca donante recepit
S acrorum Antiſtes Bonifacius: atq́ꝫ fugatis
I nde ſimul cum matre Deis ſolēniter omnes
T ranſtulit ad ſuperos: verboq́ꝫ ſacrauit & vnda
A c Maij celebranda die ſolennia nono
I nſtituit: Sed in has patres traxere Calendas:
N am modo collectæ fruges & in horrea miſſæ
O cia parturiunt: iam tranſiuere labores:
C eſſauere operæ: tempus geniale propinquat.
B ruma venit/glacialis hyems apparet in altis
M ontibus: & canis albent iuga ſumma capillis.
I n campos gelido iam deſcenſurus ab axe
I mplet ryphæis Boreas aquilonibus vtres.
A pta celebrandis & idonea tempora feſtis
H æc priſci videre patres: Sed tempora Maij
E t ſi fronde virent multa/tamen aſpera ſiunt
S æpius abſumptis iam frugibus/atq́ꝫ laborum
E t ſolis creſcente æſtu ſpatioq́ꝫ dierum.
C um ſacrata ædes Diuis fuit iſta/repente
P roripuit ſe ſe veterum tota illa Deorum
C olluuies. Cybele petijt ſua Dyndima: Coniunx
I aniculi fertur ſpecubus latuiſſe ſub altis.
I upiter ideos ſaltus/Venus alta Cythera/
I uno ſamum/Soboles Maiæ Cyllenia luſtra/
D elius in Delphos abijt/Vulcanus in Etnam:
F ilia Latonæ ſyluis prefecta receſſit
P rotinus in Delon/Neptunus in æquora fugit.
P allas in acteos montes: Rhodopeia Mauors
I n iuga: Dirceos Euan volitauit ad agros.

C œlituum vero populos ad feſta voluptas
E git: & ornati roſeis venere coronis
T um veterum Cunei patrum pœana canentes
E t cum virginibus matres duxere choræas.
E t quæ ſupplitijs ac fuſo ſanguine Chriſtum
I lluſtrem fecere animæ/quæ corpora longis
A fflixere malis/nec in ocia delitiaſue
P roiecere dies/palmas geſſere virentes
A nte Deum: lætæq; choros habuere frequentes.
N os igitur patriæ memores cui viuimus, ad quam
T endimus: hos tantos læti celebremus honores:

IN DIE MORTVORVM.

P Rima dies ſuperos Ciues colit: altera manes
E xpiat/æternos non qui dānantur ad ignes
Q uos ſpes nl̄la fouet/quos nl̄la piacula ſoluūt.
S ed quibus eſt veniale nefas vel origine ab ipſa/
V el Capitale prius/factum veniale dolendo.
S unt quos errorum benepœnitet: atq; doloris
I gne coquunt animi maculas/elephantioſimq;
A tq; Cicatrices: iſti poſt fata feruntur
A d ſuperos. Sunt qui ſcelerum moriantur opacis
I mpliciti tenebris: hi ſunt qui tartara & altum
P recipites acheronta petunt. exiliter ægre
F rigide & inſipide nec toto pectore quoſdam
P œnitet: hos q̄q̄ patris clementia in vmbras
N on agat æternas/tamen vt terrena relinquant
S omnia & antiquos habitus & inuſta malorum
S emina curarum/per regna catartica/mittit:
E t quoſdam permittit agi tenebroſa per antra
A/ſtygijs laribus: quoſdam tranſire per ignes
E t per ſtagna facit/latrinaleſq; lacunas.

Illudiq́ malis lætbei a manibus Orci/
Acrius ac leuius meritorum examine facto:
Sicut in Alfonſo dictum reminiſcimur olim.
His preſens deuota dies:ſuffragia dantur
His hodie:his crebris lucent altaria flammis:
Et paribus ſtudijs vrbes ac rura parentant:
Februaq́ exercent:ſicut romana ſecundo
Menſe ſuperſtitio Ioue tunc regnante ſolebat.
Quintuplici vero manes ratione iuuantur.
Prima ſalus oblata Deo ſunt Azima liba
Et calices:proſunt animis ieiunia:proſunt
Quæ miſeris donantur opes:Litanea/preceſq́.
Eſt aliud ſi vera recens ſententia patrum/
Manibus auxilium.Nam quædam æraria dicunt;
Conflari ex meritis Chriſti diuumq́ colentum
Aethera,romanus quæ diſpenſare ſacerdos
Partiriq́ poteſt/animiſq́ impendere functis
Corpore/qui elyſios poſſunt ſperare penates.
Auxilio tali factum indulgentia nomen:
Indulgere etenim blande inſeruire vocamus.
His Deus extenuat pœnas & tempora pœnis
Aſſignata modis breuiat.nec credimus iſta
Luce animis tormenta dari:ſed gaudia pulſo
Mœrore & lachrymis campos reſonare per illos:
Sicut,vbi lautis ineunt conuiuia menſis
Nuptiæ/& antiquo celebrata Chariſtia more.
Quæ in Criptis fuerant veniunt ad compita viſum
Si quem forte ſuæ gentis patriæue per amplum
Conſpiciant Erebum Superis a ſedibus illuc
Deſcendiſſe.manus iungunt/dant oſcula/quærunt
Quæ fortuna quærat viuos:quid agatur in orbe
Terrarum:lætiq́ trahunt ſolatia fando.

Aſt vbi conuerſo Titan delabitur axe
In ſua tecta pedem referunt patienter/& æqua
Mente ferunt quæcũq; ſuis ſunt debita fatis.
Tunc etiam multæ vinclis & carcere functæ
Dimittuntur.habent proprios ea regna toparchas
Atq; magiſtratus: qui certa ſilentibus vmbris
Iura miniſtrantes animas ſoluuntq; ligantq;:
Et quaſi Minoes quidam dominantur auerno:
Sicut in Alfonſo dictum reminiſcimur olim:

DE SANCTO LEONARDO.

IN clyta gallorum pars eſt Aquitania monti
Proxima Pyrene.Ligerim videt atq; Garunam
Per ſua piſcoſis decurrere paſcua lymphis:
Hic fertur traxiſſe genus Leonardus ab alta
Stirpe Clodouei francorum regis/& omnes
Contempſiſſe ſuæ titulos & ſtemata gentis:
Et coluiſſe nemus conſorſq; fuiſſe ferarum
Aſper & incultus/cum poſſet epiſcopus eſſe/
Ac nitidas habitare domos/& viuere laute.
Hic erat accenſus ſtudio pietatis: & ibat
Eſſet vt auxilio vinctis & carcere clauſis
Aſſidue ad regem.q̄ ſi quandoq; ſeuero
Rex animo ſe difficilem prebebat/ab ipſis
Cœlitibus poſcebat opem: precibuſq; ſolebat
Soluere vincla/fores clauſas aperire/cataſtas
Frangere: & ex altis miſeros educere clauſtris.
Contigit vt ſaltus rex & regina per illos
Venarentur/& vt fœuos Regina dolores
Inciderit ſubiti partus: querimonia ad auras
Iuit: & auditæ per luſtra ſilentia voces.
Tanta pater ſubito pius ad lamenta cucurrit:

E t prece iam prope ducentem ſuſpiria vitæ
V ltima cum tenero ſeruauit pignore matrem.
R ex igitur meritis illi pro talibusomne
I d voluit donare venus:ſed grandius æquo
I pſe ratus donum/dixit ſibi velle relinqui
Q uantum nocte ſuo gradiens ambiret aſello.
E rgo ſuo poſtq̃ plures collegit in vnum
P ropoſiti ſocios ſyluis erexit in illis
C œnobium ſtatuens Magnæ delubra parenti.
A tq; ibi diuinos ritus exercuit vſq;
A d Capulum/ſummāq; diem.cum ſexta Nouembris
S urgeret incœdens croceis aurora capillis
I uit in elyſios felici funere campos.
P rætereo quantis viuens reſplenduit vſq;
A d Rhodani ripas ad Iberi fluminis vndam
P rodigijs grauibus morbis dum liberat ægros/
D um latices quos ſicca loci natura negabat
E licit/atq; nouis vetitas dat fontibus vndas.
P rodigium maius vita eſt ſine ſordibus acta:

DE SANCTO MARTINO.

F r poſtica Nepæ fugiens ad limina tendit
P P rima ſagittiferi Titan retrogradus aſtri.
C ras cū ſole ſenex aderit/cōiunctus ab Arcto.
I am parat Arcturus ſua ſidera/Cygnus ab Auſtro:
A t ſimul hybernos ſolem comitantur ad ortus.
A utunnum miſſura foras ſubit hoſtia furtin
T riſtis hyems/humeros niuibus conſperſa/ caputq;
N ubibus vt quodam pluuiali vmbrata galero
A lget:& amphitapi circum velaminis oras
I n glaciem ventis fluidum glomerantibus imbrem
S tiria fit:dicas hyali tranſlucida fruſta.

D ura manus longos neruis extantibus vngues
P orrigit, & cilijs horrent caua lumina toruis.
S tat corio defenſa rudi ſuraſq́ pedeſq́/
F ronte truci mento incano/voce aſpera & ægra/
N aribus in mundis/ & ſemper in ora fluente
P ituita/pulmonem agitans præcordia vellit
T uſſis: it incuruo pendens in pectora tergo:
A tq́ vacillantem ſuſtentat arundine greſſum.
A emonias igitur ſole ingrediente ſagittas
S urgit hyems/oneroſa inopi/dannoſa ſenectæ.
T emporis hæc inter duplicis confinia cum lux
A ltera poſt decimam rediјt/martinia feſta
L ætabunda colit ſollenni eccleſia ritu.
S abarienſis erat Ciuis Nartinus. At intra.
I taliam Ticini alitus damnata parentum
N umina contempſit: Chriſtumq́ ſequutus ad vndam
S ponte ſalutarem teneris confugit ab annis:
C um puer eſſet adhuc tacitam cupiebat Eremum
V iuere: tunc etiam nudum miſeratus egentem
C um ſeuiret hyems ſolito crudelior/ enſe
Q uo precintus erat chlamydem diuiſit: & illum
P arte tegens aliam ſua traxit ad ilia partem:
N ec dum tinctus erat: ſed adhuc Cathecuminus illud
T am magnæ pietatis opus puer inclytus orſus.
E xpulerant lucem tenebræ: per ſomnia Chriſtum
A udiјt ad Diuos illa ſub veſte loquentem
N e tunica Martinus adhuc Cathecuminus iſta
I nduit. hinc conſtare poteſt ꝙ habetur olympo
C alculus humanorum operum: ꝙ debita noſtris
P ræmia ſunt operis/ & ꝙ Deus omnia curat.
M iles erat proauos imitãs/ſtudiumq́ paternum.
A t cum pugna foret iam proxima ſanguinolentam

D eſtituens artem renuit ſtipendia: ſed ne
S egniter ac timide poſſet feciſſe putari
A uxilio Diuum defenſus & auſpice Chriſto
C um fremeret Mauors/et cum ſæuiret Enyo:
H oſtiles ſtetit ante acies ſine lancea & enſe.
T unc in flore fuit diuina ſcientia: Chriſtum
Q ui ſapiebat oues Petri paſcebat & agnos.
P ictauenſe pedum geſtabat Hilarius alta
I nſignis pietate ſenex. Martinus ab illo
I ura miniſtrandi ſacris temploq́ recepit.
M ox patrios longo repetens ſudore penates
T ranſtulit ad Chriſtum matrem. pater arma ſequutus
I nfameſq́ Deos ſua in impietate remanſit.
M ox rediens vita functas in membra reduxit
T ris animas: vixitq́ diu ſecretus ab omni
P lœbe ſub occulta ſanctis cum fratribus æde.
C um vero foret orbum illis paſtore diebus
T uronenſe ſolum/Martinus idoneus illi
O fficio viſus populo plaudente Cathedram
S ublimen ſuſcepit inops auriq́ animiq́:
D iues opum quibus arx emitur cœleſtis olympi.
I nnumeris poſtq̃ toto reſplenduit orbe
P rodigijs/poſtq̃ multas eſt paſſus ab Ari
G ente minas/longa moriens in pace reliquit
C œlo animam/ſpolium terris/famamq́ perennem.
H æc eſt læta dies. iſta populuſq́ patreſq́
L uce cados relinunt/& defecata per omnes
V ina ferunt menſas: ac libera verba loquuntur:
T alis apud veteres olim ſacrata Lieo
L ux erat a priſcis vocitata Pithœgia grais:
Q uod ſignata dies aperiret dolia feſtus.
S ol hodie ſi clarus obit/denunciat acrem

A tq́ moleſtam hyemē.Si nubilus/aera mitem
P rædicat hybernum:dant hæc prognoſtica natis
P aſtores ouium/cum ſeria fantur ad ignem:

DE PRESENTATIONE.B.VIR.MARIAE.

L audite:lux venit vigeſima prima Nouēbris.
P rima erat æthereū Virgo paritura Tonātē
D ulce refrigerium patri ſpes vnica Matri.
C um templo deuota fuit.cum prole parentes
P er ter quinq́ gradus viuo de marmore factos
A ſcendere domum ſacrato in colle ſedentem.
N am templo muliebris erat domus addita ſolis
D edita virginibus:quibus adiungebat honeſtas
P ublica cura nurus viduas.vt ſancta docerent
I ura puellares annos/caſtumq́ pudorem
I nfluerent illarum animis:& Palladis artes
I ngenio muliebri habiles.ſunt Palladis artes
T exere candentes byſſos/& vellera ſerum:
R ebus acu varium decus addere/fingere Arachnem:
P alliaq́ a multis ducentia nomina filis
A rtifici plumare manu:deducere eburna
F ila colu ſacras veſtes factura leuitis.
V na tamen nurus inter eas velut altera Sappho
D octa peregrinas voces Sophiamq́ Academi
S i quæ forſan erant ſtudijs maioribus aptæ
V t quandoq́ inter virides vſu euenit annos/
S cita puellares animos ad magna vocabat.
I ſta videns Mariam ſocias præcellere in omni
M unere/doctrinis vegetam docilemq́ puellam
E xcoluit varijs.Moſea volumina primum
E xplicuit:mox deduxit per perſica regna:
A rmenios docuit reges/Medoſq́/Scythaſq́:

Troianoſq; duces: & quæ geſſere Pelaſgi
Quæ Libyci/quæ romani/genus omnibus vnum
Prælatum populis: & gens fortiſſima quondam.
Multaq; preterea ad mores ſpectantia multa
De rerum natura adytis tranſlata ab acheis
Traddidit/& menti tantum decus addidit altæ.
Tum quoq; cum ſuperis habuit cõmertia Virgo:
Multaq; de Cœlo didicit/de principe mundi
Quæ mox ipſa ſuas Comites ipſamq; docebat
Vnde tot audierat dudum præcepta magiſtram.
His nymphæ ſtudijs exercebantur ad annos
Pubertatis: vbi nubendi acceſſerat ætas,
Sicut ad Emporium merces/ad tecta parentum
Ducebantur: vbi fierent cõnubia more
Legitimo: genus vnde nouum/noua ſurgeret ætas,
Quæ suppleret auos: vt ſic in prole manerent
Qui nequeunt ipſi ſemper ſupereſſe parentes.
Hanc deus & natura dedit mortalibus artem
Vt quam fata negant vitam retinere/ſuis dent.
Et viuente aliqua viuant in imagine ſaltem.
Hæc eſt illa dies igitur qua diua ſub iſtas
Eſt ingreſſa domos. ipſam celebrate puellæ
Nubere quæ vultis. ꝙ ſi neq; nubere vultis
Non minus eſt celebranda dies. Seruauit vtrãq;
Cœlibis & nuptæ vitam pulcherrima Virgo:

DE SANCTA COECILIA.

C Oeciliam memini quondam ceciniſſe/ſed ortus
Supreſſiſſe diem/quam n[illegible]c opus addere faſtis.
Hanc decimi mẽſis decimo vetus ante Calẽdas
Mos celebrat. Romæ matres delubra frequentant
Trans tyberina manu faculas & vota ferentes.

Talibus æternos animis debemus honores
Qui non circenſes ludos/nec olympia/ſed quod
Eſt grauius. vicere ſui certamina ſenſus/
Et larium fraudes occultaq́ꝫ bella Deorum:
Ac reges/regumq́ꝫ duces/& verbera & ignes.
Corpus erat tenerum: ſed mens adamantina. membra
Mollia: ſed conſtans & inexpugnabile pectus.
Almacbium Virgo ferrum flammaſq́ꝫ minantem
Irridebat/vti cautes marpeſia ventos:
Vt maris irati feruorem immobile littus.
Cyclade ſub coa tyrio ſub murice & auro
Hircinis veſtita ſagis/quæ texere contra
Tela ſolent Cilices/iuuenilia membra domabat.
Nupta virum fratremq́ꝫ viri conuertit, & ambos
Miſit ad Vrbanum/docuit ſeruare pudorem
Dedere ſe Chriſto/cultumq́ꝫ negare Deorum.
Feruentes deriſit aquas/ludebat in illo
Mortifero & bullas extra iaciente lauacro:
Romanæq́ꝫ loquens ad circūſtantia gentis
Agmina/damnabat Martem/Phœbumq́ꝫ/Iouemq́ꝫ/
Et ſaturnigenas alios quos Roma putabat
Eſſe deos/potuit Chriſtum ſuadere latinis
Fœmina/& a veteri laruarumq́ꝫ auertere cultu.
Non timuit gladios: ſed merſo in guttura ferro
Et per pulmones vſq́ꝫ ad nuda inguina miſſo
Inuulgabat adhuc Chriſtum populoſq́ꝫ ciebat.
Diſce quod illius regeret precordia Numen.
Quantaq́ꝫ in arcano latitaret pectore virtus.
Deniq́ꝫ compoſitis rebus Chriſtiq́ꝫ ſuiſq́ꝫ
Ad ſuperos victa fugit virgūcula Roma:

DE SANCTO CLEMENTE.

L tera Clementi lux tinnulla verberat æra/
A S ꝑgit humũ redolēte Thymo:ſuſpēdit ad aras
V irgineas Lauros/& purpureos Amarãthos:
N am cum ceſſat humus flores proferre/coronas
T ranſit in hybernas tepidis Amaranthus in vndis
L otus/& hæc primum reparat medicina colorem.
H ic romanus erat ſatus ex primoribus vrbis
O re/Clientellis/ac ſanguine clarus & auro.
H unc ſibi mandauit Petrus ſuccedere tanti
I nſtituens regni hæredem. Reuerentius autem
P rætulit ipſe ſibi geminos Cletumq; Linumq;
I nſignes pietate viros/ætate priores.
A dde ꝙ hunc morem de ſucceſſore creando
T aliter/expungi penitus/ne forſitan illinc
S umeret ambitio vires/debere putauit.
H ic quia Fauſtinam magni de ſanguine Neruæ
S iſiniumq; virum illuſtrem cum Coniuge Chriſto
S ubdiderat Roma procul ablegatus ab vrbe
H elleſpontiacæ petijt confinia terræ:
P eruenitq; Paron lapides vbi multa ſecabant
M illia Chriſtigenum parios quibus alta theatra
T empla Deum regũq; domos ornare ſolebant.
V t didicit ꝙ magna foret penuria genti
D ulcis aquæ miſerans turbam prece mouit olympum.
N ec mora ſublato vidit pede veleris agnum
A lbicomi ſtantem vicini in vertice ſaxi:
A cceſſit/ferroq; locum percuſſit acuto.
E cce latex fluit vbertim de marmore fracto/
A tq; coit qua terra cauo ſubmittitur agro.
E t quia magnus ad hæc miracula littore ab omni
G ræcorum concurſus erat/ne templa Deorum
D eſolata forent/Traiano a Cæſare miſſus

Aufidianus ad hoc littus tentauit eorum
Immutare animos/Chriſtum abolere minando.
Aſt vbi ſe fruſtra niti cognouit/in ipſum
Deſæuire caput ſtatuit.iuguloq ligata
Anchora in ægæas Clemens demergitur vndas.
Sed cum Chriſtigenæ ſtarent ad littora triſtes
Et ſimul ob tanti patris diſpendia flentes
Corneli Phœbiq preces fecere marinos
Ire procul fluctus/& iter prebere per alta
Aequora murorum in ſpeciem pendentibus vndis.
Ergo introgeſſi paſſuum tria millia/ templi
Inſtar opus videre nouum de marmore/ & album
Sarcophagum cum reliquijs: ſtabatq ſepulchro
Proxima quæ fuerat funeſti conſcia caſus
Anchora:in abſtruſo maris hæc habitacula fundo
Condidit ipſa ſuo diuina potentia teſti.
Mox vbi diſceſſit populus/ via clauſa repente:
Et vada conſtrauit pelago ſalis vnda relapſo.
Dicitur hunc morem per ſæcula longua quotannis
Obſeruaſſe fretum:nam cum natale redibat
Martyris excluſo ducebat ſemita ponto
Turmatim populos vſq ad ſubaquatica templa
Sed ſenſim labente fide cum tempore/ Diui
Authores iſtorum operum mortalia regna
Deſpexere malis offenſi moribus/atq
Neglecti a nobis nos neglexere viciſſim
Sic periere fidem decorantia plurima noſtram:

DE SANCTA CATHARINA.

R Egia progenies ſicut memorauimus olim
Carmine prolixo Catharina per Iſidis arua
Floruit ingenio/forma/facundia in annis

P ubertatis adhuc:maiorq; euaſit in horas.
N on loquar vt nupſit(ſi vera inſomnia) Chriſto:
V t digitos fuluo nitidos inuenerit auro.
C um populo preſente deos damnaret & aras
E t ſacra quæ Dores apellabant Ecatumben
N uper eo vectus Cæſar Maxentius/illam
A rſit.At obſcœnos cum nil curaret amores
I n chaos obſcurum miſſa eſt onerata catenis/
P aſſa famen/longiſq; minarum afflicta procellis.
R hetoras orantes pro relligione Deorum
V icit/& ex tanto referens certamine palmam
I n ſe hominum ſic conuertit menteſq; oculoſq;
V t ſolet æthereo vapor inflammatus ab igne
Q ui late longeq; comis flagrantibus vmbras
D iſcutit:& triſti magnos ferit omine reges.
P reſtantem clarumq; ducem cum milite multo
P orphirium/Reginam ipſam/nuruumq; cateruam
N obilium magnam ſacras perduxit ad vndas.
A rmatos gladijs orbes magnoq; volantes
C um ſtridore rotas ventorum turbine & igni
F regit agens fruſtra in fluctus conuulſa marinos.
S upplicio demum capitali affecta cruorem
N on habuit:ſed lac niueū pro ſanguine fluxit.
C œlicolæ corpus trans æquora rubra per altum
A era portantes poſuere in vertice ſinæ.
E t liquor ex membris mox vt tumulata fuere
I ncepit manare potens extinguere morbi
O mne genus:teſtis Memphis/Babylonia teſtis:
T otaq; turiferis redolens Panchaia ſyluis
T am late vulgata huius miracula Diuæ:

DE SANCTO ANDREAE APOSTOLO.

N dræa germane Petri ſanctiſſima Ionæ
A P rogenies/qui Baptiſtæ documenta viamq́
A nte ſequebaris q̃ te cum fratre vacantem
R etibus acciret ſoboles diuina/ Nouembris
V ltima fert Aurora tibi pluuialia feſta.
T u Gallileus eras/tu circa littora cymba
V ectabare trahens varios ex gurgite piſces.
S ed ſine remigio Chriſtus ſine retibus vllis
T e docuit piſcari homines/animaſq́ vocare
E x ſcelerum ſtagnis ſtygijſq́ paludibus orci:
M itterecq́ ingentem Diuum in viuaria predam.
T u Pelopis gentes & Achaica regna peragrans
S pargebas radios vitæ ad mortalia corda/
S icut ad humanas acies Crinitus Apollo:
S parta vetus meminit Lacedæmoniæq́ Mycenæ.
A rgos/Amichæiq́ lares/Alphæaq́ Piſa/
A tq́ aliæ Danaorum vrbes quas alta Coryntbus
C laudit/& anguſto duplex mare diuidit Iſthmo.
C um paritura nurus magno clamore vocaret
L ucinam: Lucina dedit reſponſa: Vetamur
O dilecta Nurus vobis ſuccurrere/noſtram
V ir prohibet galileus opem: concurrite ad eius
A uxilium/ſibi nanq́ meum decus arrogat ipſe.
S ic ait: Andreas interpellatus ad illam
M iſit opem: ſic diuinam compulſa fateri
V irtutem Lucina fuit: ſic inuidus Orcus
C ogitur inuitus Diuorum accedere votis.
A ſt vbi deuenit pelopenſia mœnia Patras
V nde patet procul ætolas proſpectus ad vrbes/
A egeas proconſul erat: qui grandibus actus
P rodigijs/metuebat enim ne ſacra Deorum
C orruerent/voluit diuino obſtare furori/

Qui necq́ vulgares poterat componere rixas.
Aegeas igitur cum nec terrore nec armis
Poſſet ab inceptis hominem reuocare / leuauit
In lignum ſublime Crucis: quo maximus heros
Supplitio delectatus clamabat ab alta
Arbore ad aſtantes populos / Chriſtumq́ docebat
In ligno voluiſſe pati q̄ ſemina mortis
Traxerit a ligno princeps in ſtemate noſtro.
Talia vociferans biduo ſic pectora plæbis
Monit / vt Aegeæ mortem intentaret atroci
Voce fremens: quibus ille minis perterritus ibat
Cum lictore volens motos ſedare tumultus:
Et ſeruare hominem / fractiſq́ abſoluere vinclis.
Id pius Andreas metuēs clamabat / abite
Ite procul: neu me tali fraudate corona.
Chriſte faue / ſuccurre animæ terrena peroſæ
Omnia & in ſuperos tua me Clementia tollat.
Talibus orantem Deus audijt: Ecce repente
Aureus erumpens hominem circunſtetit ardor:
Et longis mens functa malis in ſidera fugit:

FINIS.

DE ADVENTV.

Atidici vates orituri tempora Chriſti
Prædixere / velut cantu prenunciat ales
F Venturam criſtata diē: multoſq́ p annos
Explectata fuit Diuini gloria partus.
Propterea poſtq̄ cœlo deſcendit aperto
Lux ea tam felix / patres voluere quotannis
Tempore brūniali vota illa antiqua parentum

P endenteſq; animos/& ſpes oſtendere longas.
T empus id(Aduentum dicunt)modo quattuor vſq;
T endit in hebdomadas/modo tris/ſed ſemper oportet
H is tribus hebdomadis partem ſuperaddere quartæ/
A d ſex vſq; dies quod ſexto implebitur anno:
S eptimus hebdomadem cum iam compleuerit annus
A d tres hebdomades lucemq; reuertitur vnam.
H æc via perpetuum varians decurrit in orbem.
M eta dies Natalis erit: mutabile vero
P rincipium quandoq; opus eſt intrare Nouembrem
A tq; dies auferre aliquot: quandoq; December
S ufficit: hæc autem fluit inconſtantia ab ipſo
N atali quem fert modo ſol/modo Cynthia/& aſtra
C ætera/quæ ſeptem nomen fecere diebus.
C um ſolenne Dei Titam Natale reportat
M aximus Aduentus/cum luna/breuiſſimus exit
M ars & Atlantiades/& Iupiter/& Venus addunt
V nam quiſq; diem: dat lux ſaturnia ſextam:
C uius apud ſolymam manet obſeruantia gentem.
T empus id notat aduentum quo funera Chriſtus
A d ſua & ingratam venit paſſurus ad vrbem:
C um pueri frondes oleæ palmaſq; ferentes
A ltiſonis alacres cecinerunt vocibus hymnos.
T empus idem ventura refert in fine dierum
S æcula, cum poſito requieſcent ſidera curſu.
L ucem illam metuendam/illud lachrymabile tempus
P lurima preuenient dira atq; horrentia ſigna
P roſtratura metu mortalia pectora magno.
N am mare/nam tellus perturbabuntur & aer.
T otaq; ſtelliferi lugebit machina mundi.
T unc Boreas Auſtro/zephyrus contrarius Euro
B ella gerent/põtumq; graui clamore frementem

In magnos adigent fluctus attollere montes:
Vorticibus quoq; ſpumoſis ſorbere carinas,
Aut ad marmoreas ſcopulorum allidere cautes.
Mortales etiam bellis flagrantibus Orcus
In varias aget arũnas: requiemq; negabunt
Terrigenis manes: Sæuæ ac ſine Numine gentes
Templa profanabunt: Diuum reuerentia & omnis
Relligio fluet vt fractis ſolet vtribus aer.
Nec minus imbriferæ nubes & ſaxea grando
Fulmina & ardores & ſigna horrenda Cometæ
Hummos ferient animos/terrenaq; regna.
Aſtra videbuntur cœlo labentia ſenſim
Perdere ſplendorem ſicut ſcintilla volatu
In cineres it tota breui. Sol maxima mundi
Gloria flacceſcet. gelidoq; inglorius ore
Stabit: & obſcuro tectus mœrebit amictu.
Lunæ autem iubar a Phœbi ſplendore receptum
Occidet/& prima ſine maieſtate latebras
Queret inops lucis: totuſq; erit ater olympus.
Hæc vbi contigerint magnum amplexabitur orbem
Flamma volans: terræ moles quæ innititur vndis
Vndaq; quam gremio circũflua ſuſtinet aura
Conflagrabit: & hæc tam magna incendia ſurgent
Trans iuga/montanoſq; apices vbi fulmina fiunt.
Hæc vbi facta/leues Deus in defuncta vocabit
Membra animas reſonante procul clangore tubarum.
Nec mora/Cœlituum Chriſtus ſtipante Caterua
Adueniens magna cum maieſtate ſedebit
Aereo in ſolio/ſtabitq; ante illius ora
Omne hominum genus attonitum & parere paratum.
Terrigenum vero vitas ſcrutabitur omnes
Acriter: atq; nouis formabit legibus orbem.

D e triplici aduentu ſatis hæc adiungere Faſtis:

DE SANCTA BARBARA.

A rbara in excelſa/quia formoſiſſima/turri
B C lauſa tenebatur.ſed cum contenta duabus
N on eſſet ſpeculis/accito tertia fabro
A dditur:id genitor cernens deprehendit in illa
N eſcio quid diſcors a relligione Deorum.
A dde ꝙ in ſaxis Crucis apparebat imago
V ndiqꝫ:quam digitis virgo capiente figuram
M armore ſignabat:cum pernicioſus acuto
I nuaſiſſet eam telo pater:illa volucri
S e pede proripiens montem diuiſit/& altas
S e tulit in ſyluas:latuitqꝫ ſilentibus vmbris.
A t pater inuectus furijs per ſumma cucurrit
S axa per anfractus montis/tandemqꝫ repertos
P aſtores ſcitatur vbi fugitiua lateret.
N ec mora/mentitur ſe non vidiſſe puellam
P rimus adulterium ſperans.Vidiſſe ſecundus
S e confeſſus vti pater illam perderet/iuit/
O ſtenditqꝫ locum latebræ.crudelior ipſo
P atre/ambo longe indigni vitalibus auris.
Q uod docet euentus.nam mox diuina ſequuta eſt
V ltio/paſtores conuerſi in ſaxa gregeſqꝫ
C riminis admiſſi durant in ſæcula teſtes.
A t pater apprehendens fuſos in terga capillos
A d Nicomodeam traxit velocius vrbem:
N am Bithinus erat.ſtatuitqꝫ ante ora ſuperbi
I udicis accuſans de relligione puellam.
B arbarus indigno ſuſpendit ab arbore nudam
S upplicio iudex(heu res obſcœna)pependit
I n caput ad lignum pedibus ſublime ligatis.

Hic ferrum/hic flammas/hic verbera paſſa/ſubinde
In cœcas demiſſa domos onerata catenis/
Extenuata fame: tandem conceſſa Parenti
Ducitur in montes ad quos confugerat ante:
Et poſt mille minas/& poſt opprobria mille
Verberaq; ad ſummum manibus iugulata paternis
Cum foret orta dies Nonis vicina Decembris
His defuncta malis ſuperas euaſit ad arces:

DE SANCTO NICOLAO.

Poſt nonas cum prima. dies aſcendit ab ortu
Thura cremāt Cilices/redolēt altaria myrrhā.
Terra Crocū qđ Tmolꝰ alit: viret vndiq; laurꝰ
Pendula: littoreas figunt ad limina myrthos.
Nicoleos patareus adeſt/qui oracula Phœbi
Suſtulit/& licias fecit deſiſtere ſortes.
Credimus hunc nondum voces formare potentem
Quam primum ſpirare datum eſt/habuiſſe dierum
Noticiam/ſciuiſſe Deum/diuinaq; iura.
Ieiunabat enim (teſtis Pamphilia/teſtes
Phœnices/Lycij/Cilices/& Achaica tellus)
Mercurij/Veneriſq; diem. Nam lactea matris
Nutrimenta ſemel tantum potare ſolebat.
Cum puero creuit pietas reuerentia/& omnis
Vt paucis vtar/diuina humanaq; virtus.
Quidam Ciuis erat Pataræ male ſanus/opumq;
Prodigus: hunc Iuuenis rebus iam funditus hauſtis
Velle inopes ſtupro natas exponere ſanctus
Audierat: quod ne fieret/tali obſtitit arte.
Mane ſub Auroræ radios ter in illius ædes
Conflatum nitidos aurum proiecit in orbes.
Hac ope paupertas hominis curata: pudorem

Virgineum/miſer ræq; domus ſeruauit honorem.
Vrbs Cilicum preclara Myron paſtore carebat.
Propterea de vicinis regionibus illuc
Pontifices ſe contulerant:precibuſq; petebant
Aſſiduis quid vellet agi ſententia Diuum:
Dumq; ita conſultant vox hæc audita per vmbras
Intempeſta ſuos dum nox conuolueret ignes.
Nocte fores templi qui primus adiuerit eſto.
Nec mora.dum templi limen cuſtodia ſeruat/
In foribus Nicolaus adeſt:collegia patrum
Suſcepere hominem tanꝙ ſi lapſus olympo
Eſſet/& a ſuperis:atq; impoſuere coronam.
Quot vero memorabilibus reſplenduit actis
Prodigijſq;/potens non eſt mea pandere Clio.
Pauca tamen narrare libet. Cum turbine Nautæ
Deprehenſi Cilices magno clamore vocarent
Nicolei viuentis opem/deſcendere quidam
Cælituum viſus ſancti ſub imagine patris:
Qui freta depulſo fecit placidiſſima vento.
Tris pueros quos impatiens proconſulis ira
Iuſſerat occidi properans ſubtraxit ab ictu
Enſis/& abſoluit iuſtos a Crimine falſo.
Cum Tiliam Triuiæ ſacram proſtraſſet/in aura
Eſt audita graui fugiens Dea flere vlulatu
Cum ieiuna fames illas ſæuiret in oras
Venit ad appulſas vicina ad littora puppes.
Et Cereris magnam pharias quæ annabat ad vrbes
Mercatus partem nautis mihi credite dixit
Creſcet veſtra Ceres:eadem menſura redibit
Quæ fuit in ſicula cererem quæ protulit ora:
Sic ſenior:ſic dicta fides ſine fraude ſequuta eſt.
Cætera pretereo longum factura volumen.

P ertranſire tamen nequæo q̃ funere ducto
C œpit ab illius membris decurrere riuus
I mbris odorati qui longa in ſæcula fluxu
P erpetuo labens morbos auferre ſolebat:

DE CONCEPTIONE BEATE VIRGINIS MARIAE.

R ata ſalutiparæ lux eſt octaua Parenti
G H æc & enim fuit illa dies qua iuncta marito
A nna diu ſterilis tandem concepit: & iſta
P ullulat ab radice grauis diſcordia rixæ:
S unt etenim qui conceptus contagia in iſtos
L apſa velint/magnāq́ʒ putent traxiſſe Parentem
F omitis antiqui vicium/ cui fecit origo
N omina.ſunt alij quibus hæc abſurda videntur.
S icq́ʒ due veniunt iſta in certamina ſecte
N onnunq̃ magno implentes ſubſellia riſu.
A equanimes autem volumus ſi vera fateri/
V anus vterq́ʒ labor/pietas temeraria/ preceps
R elligio/leuitas velata ſcientiæ amictu:
N ec natura poteſt illuc extendere viſum:
N ec deus hoc docuit:nec re dependet ab iſta
N oſtra ſalus. Quæ nos igitur dementia torquet
V t ſtudeamus in his conſumere litibus annos?
S iue ſit hoc vicium labes qua ſordida fiunt
S emina:ſeu ſicut perhibent/abſcentia tantum
I uſticiæ/quam peccando fregere parentes/
E t ſine qua qui naſcuntur de ſemine patrum/
E xilio ſubſunt/poſtq̃ deus omnia ſolo
E maculare poteſt & reddere ſplendida nutu.
Q uid ſeu munda fuit ſemper/ſeu ſorduit olim?
H æc ea mortales non ſunt quæ numina poſcunt
O bſequia a nobis:ſtudio dominatur in iſto

Ambitio: & tumidis pugnans iactantia verbis.
At ſi ſancta fides operas expoſceret iſtas/
Eſſet opus pugnare pium/ ſudare ſub armis/
Exilium morteꝗ́ pati: ſed ſalua ſepultis
His nugis eſt ipſa fides diſcrimine ab omni.
Adde ꝙ in vallidis certant pueriliter armis:
Hi pugiles/nec tela ferunt imbellia vulnus:
Ac ſi fœmineo fuerint contorta lecerto.
Qui prolem maculare volunt ad tempora primi
Reſpiciunt hominis/cuius peccata nepotes
Infecere omnis/lapſamꝗ́ in corpora mentem
Sordibus inuolũt: ſed mox ne ſeruiat orco/
Sanctificant. At qui nolunt in ſorde volutam
Extingunt in carne nefas/a debito habendi
Iuſticiam ſoluunt/animam charitate perungunt/
Ante nouos ꝙ̃ vita recens labatur in artus.
Iuſticiam charitas etenim (ſi credimus iſtis)
Aequiparat. maiuſꝗ́ animæ decus addere fertur.
Sicꝗ́ ſuos iuſta affectus in ſomnia fingunt.
O miſeri/non ne hæc deliramenta videtis?
Cur igitur tam ridiculis popularia corda
Obſcurare opus eſt gerris? & ſcindere pacem
Inter mortales/qua nil deſcendit ab aſtris
Vtilius nobis? belloꝗ́ inuoluitis orbem?
Non eſt laudis inops virgo: tot floribus hybla
Non redolet cum ſol auerſi ſidera Tauri
Ingreditur/ſegetes non tot ſpicantur ariſtis
Per libiam/quot ſancta Parens preconia laudum
Verarum ſi quæris habet: figmenta relinquæ:
Et quod ſcire nequis/ne diuinare labora
Incaſſum/dignoꝗ́ diem celebremus honore:
Nulla fuit ſuper hoc vnꝗ̃ ſententia iuſto

P roximior ꝙ quæ magni de matre Tonantis
C onſuluit/quotiens aliquo de crimine ſermo
N oſter agit/quotiens tractat peccata/ſilendum.
E rgo nec infectam dicas/nec labe carentem.
O bmuteſce. Deus ſciri hæc arcana negauit:
C um redit iſta dies/ſi nil preſtantius iſto
F orſitan occurrit/miſſus narretur olympo
N uncius/vt ſterili virtutem infunderet aluo
D efectum naturæ abolens in vtroqꝫ parente/
V t fieret talis diuino fœmina dono
Q ualem progenies Cœlo ventura petebat:
Q ualem nec cauſæ quæ ſunt ſub ſidere lunæ
Q uæqꝫ ſuper lunam poterant plaſmare ſecundæ.
N am deus hanc opus eſſe ſuum decreuit/& ipſam
M aioriqꝫ nos ſtudio/ꝙ cætera finxit.
V erba hæc pondus habēt/& in hoc ſermōe repoſta eſt
E mphaſis/humane cui nil facundia linguæ
P ar proferre queat. Lectam diuinitus eſſe
V t noſtrum cœleſte genus portaret in orbem/
G randius eſt ꝙ naturæ fugiſſe tyrannum.
S ic etenim noſtri labem dixere parentum/
Q uod præeſſe velit ſenſum ratione fugata.
E t licet his olim nugis iuueniliter aures
P ræbuerim: tamen vt melius cum tempore factum eſt
I udicium/lis hæc mihi pernicioſa videri
C œpit/& ex grauium cuneis abigenda virorum.
P roptereа modus iſte magis quadrare videtur:
N am ſecreta Dei quæ veſtigare nefandum eſt
C lauſa ſinit: ratio Magnæ ſic vndiqꝫ Matris
E ſt habita: & legi non fit violentia nec fraus:
H ic iuuat iſtius quibus obſeruantia feſti
V enerit ex cauſis breuibus ſubnectere verbis.

A/Dacis rediens Abbas Heliſinus ad arua
Anglica iam maris oceani ſpacioſa ſecabat
Aequora/cum Boreas vaſtos attollere fluctus
Cœpit/& obſcuro Cœlum ſubtexere nimbo.
Iam crebro polus igne micat: cum grandine raucus
Erumpit fragor: & tonitru caua nubila frangit.
Ecce ratis concuſſa ſalit: proramq; ſupinam
Porrigit in nubes: ſubitoq; cadentibus vndis
Prona ruit: rurſumq; leui volat ardua ſaltu:
Auſter adeſt: ferienſq; ratem contorquet/agitq;
In gyrum: pelaguſq; vomit per tranſtra foroſq;.
Nec mora flagranti correptum fulmine velum
Acribus igneſcit flammis. Incendia rector
Tanta videns clauo preceps de puppe relicto
Labitur: & nautis gelidus timor alligat vlnas:
Dum trepidant omnes/ſubito ſuper æquora viſa eſt
Forma viri procera humeros veſtita caputq;
Pontificali habitu. voceſq; erupit in iſtas.
Huc Heliſine veni: tibi enim tibi nuncia porto:
Prodijt exiliens/quem ſic affatur imago:
Si cupis incolumes ſocios e turbine tanto
Ducere: & in patrios tutus remeare penates
Egregiam promitte diem celebrare quotannis
Qua Chriſti concepta parens: octaua Decembris
Lux ea/ſi menſes eius numerabis ad ortum.
Annuit his: votumq; pater ſuſcepit: & aer
Continuo incepit pulſo clareſcere vento.
Motaq; compoſito ſiluerunt æquora fluctu.
Fluxit ab hac maris irati formidine feſtum:

DE SANCTA LVCIA.

E nit ad auſtralem lampas titania metam:
V E t ſubit Egoceron: verſo temone Quadrigam
Flectit ad Arcturū: pluuioq́ꝫ recedit ab Auſtro.
P roducitq́ꝫ dies: dederat quæ tempora nocti
S ubtrahit & longe nimium iam pœnitet vmbræ.
M ane oritur cum ſole Draco contortus in orbes/
C omplectenſq́ꝫ virum: Piſcis quoq́ꝫ: & aurea quondā
T hraicij Vatis Lyra quæ placauit Auernum.
A c maris vt perhibent olim/nunc incola Cœli
C œruleus Delphin. tali ſtipante caterua
P hœbus ab infernis ſuperos aſcendit in orbes.
D iua ſiracuſias inter ſanctiſſima nymphas
L ucia quam magno quondam celebrauimus orſu,
N unc addenda breui noſtris modulamine faſtis.
P aſcaſio ſiculæ dum ſub Proconſule gentes
V itam agerent infelicem/quia durus & atrox
P rædabatur opes/inſidiabatur honori/
C ædibus inſtabat/Chriſtum confeſſa Virago
M atris eleuſine calathos deriſit/& aras
P erſephones reginæ Erebi/ſi fabula vera eſt.
H æc ratio ꝙ vincla tulit/ꝙ clauſa profundo
C arcere/ꝙ perpeſſa graues virgūcul a pœnas.
A t quia virginitas res eſt odioſa tyrannis
I uſſa eſt ad cōmune trahi vicianda lupanar,
S ed noua res/& opus cunctis mirabile ſæclis
C ontigit: extemplo facta eſt immota/ſoloq́ꝫ
S ic hæſere pedes/ac ſi radicibus altæ
D efixis in grande nemus conuerſa fuiſſet/
V t memorant priſci Vates de virgine Daphne
D e Dryope/& Myrrha/de germanis Phaethontis.
M ille viris iuga multa boum coniuncta labore
S udauere diu inualido. ſtipata deinde

Conflagrante rogo non.eſt exterrita flammis/
Non eſt læſa igni.demum per guttura ferro
In ſacras animæ latebras ſpirauit adacto.
Alba decembrales aurora reduxerat Idus
Cum patuit reduci ſuperum domus alta puellæ.
Mercurij poſt iſta dies ſolennia ſecum
Tempora quæ vulgus dicit/ieiunia portat
Tres complexa dies.quæ conſtituere parentes
Vt tranſiret hyems noſtris innoxia rebus.
Neu raperet vites Boreæ penetrabile frigus:
Noſtra nec auferret glacialis ouilia Bruma:

DE SANCTO LAZARO.

E Vcharia genitrice/Syro genitore creatus
Lazarus antiqua vir nobilitate per omnem
Inclytus Aſſyriam Chriſti ſectator/& hoſpes
Vt ſtephanum Sæui preceps violentia Sauli
Suſtulit e medio/pelagi ſe credidit vndis:
Et ſine remigio geminas ad regna ſorores
Gallica perduxit terris peregrinus & alto.
Maſſiliæ tandem portus quos proxima terris
Inſula defendit pulſo procul æquoris æſtu/
Subgreditur ſoſpes parua cum plæbe ſuorum.
Hæc vbi pauit oues Chriſti per paſcua longo
Tempore conceſſit fatis mortiq; ſecundæ/
Septima poſt decimam cum lux foret orta decembris.
Hic eſt qui quondam vita defunctus ad vmbras
Iuit auernales:& ſubterranea regna.
At cum quarta dies a funere nata fuiſſet/
Vox ingens inſtar tonitru perterruit orcum
Tale ſonans:Dominus rerum regnator olympi
Lazare te clamat:retro veſtigia verte.

A ttoniti manes tenuere ſilentia: & aures
V ocis ad euentum intentas oculoſq; tenebant/
A ſſimiles damis cum per dumeta latentes
A duentare vident Vrſum/fœtãue Leenam
E cce animam claro cernunt ſplendore nitentem
E/latebris limbi obſcuris prodire: viamq;
A dmirante orco ſuperas inuadere ad auras.
P er caua terrarum mox ſpiramenta relabens
I nuetus hoſpitium rediĳt: iam tabida membra
P utruerant/ſpirabat odor teterrimus antro
M armareo: ſed viua animæ preſentia fecit
V iſcera/& extemplo fugit ſitus ille per auras/
T aliter ad vocem Chriſti reuocatus ab orco
V ixit apoſtolicæ retinens conſortia turbæ:

DE SANCTO THOMA APOSTOLO

A Nnua feſta Thomæ vigeſima prima Decẽbris
F ert Aurora. pr̄es Didymũ dixere/ꝙ ipſo
N ouerit ex tactu ſanctæ veſtigia plagæ.
N am duo complexa eſt perfecta ſcientia/ firma eſt/
E t manifeſta: fides firma eſt: manifeſta vocari
C um ſit cœca nequit: ſed quæ de ſenſibus exit
P artibus ex geminis conſtat: nam firma vocanda eſt/
C um dubio careat: clara eſt/manifeſta patenſq;
N am ſibi ſola ſat eſt: omniſq; ſuperfluit author.
H ac ratione Thomam didymum dixere parentes.
S ed tamen aduertas ꝙ & altera nominis eius
S it ratio forſan melior: Thoma nanq; vocatur
V oce paleſtina/geminum quod Roma / quod Hellas
A ppellat didymum/didymum dixere Pelaſgi
N on ꝙ ei fuerit geminata ſcientia: verum
Q uid nomen Thoma ſignificet monſtrare volẽtes

P rima quidem ratio plus ingenioſa: ſed iſta
V erior eſt/ſi vis ambas/amplectitor ambas.
M edigenas poſtq̄ gentes/& parthica regna
H ircano vicina ſolo peragrauit: & illis
F ecit nota locis magni myſteria Chriſti/
N uncius Indorum regis rubri æquora ponti
M enſus in Aſſyriam venit:fabrumq́ per vrbes
Q uærebat/qui tecta ſuo ſublimia regi
S chemate romano fabricaret & amphitheatrum.
A t faber aſtrorum natus de coniuge fabri
A ſtitit: & fabrum ſe ſe confeſſus habeto
H unc ait:oſtenditq́ Thomam tum forte per vrbis
C æſareæ fora reptantem: Quod plura? ſubintrant
A equora rhiphæo ſpirante ad Carbaſa vento.
N am ruber humentes ſinus eſt porrectus ad auſtros
Q uo gelidus curſu Boreas fert vela citato
A duenere locos vbi connubialia princeps
F eſta celebrabat diſcis redolentia plenis
V iſcera firmabant: & erant cōmunia vulgo:
A ccubuere epulis. Caſu Cithariſtria virgo
H ebraico modulans laudem ſermone Tonanti
H ic aderat:dulces vt ſenſit Apoſtolus hymnos
I uit in exceſſum mentis:ſubitoq́ remanſit
A ttonito ſimilis conuerſo in ſidera vultu,
E cce miniſtrorum quidam dum forſitan illum
D eridere dapes putat/& contemnere feſta/
S ancta hominis ſtricto percuſſit tempora pugno.
T ale nefas Deus eſt vltus:nam ſolus aquatum
D um petulans percuſſor abit/ieiuna Leonum
V enit in ora:tenent etenim rura illa Leones
S icut noſtra Lupus fera martia/Dorcas & vrſus.
N ec mora longa fuit:ferui canis ore cruento

Attulit ad menſas poſuitq́ ſub ipſius ora
Principis inuento diuulſam a corpore dextram.
Hoc animaduertens Princeps deprehendit in ipſo
Eſſe viro diuini aliquid. Chriſtoq́ recepto
Protinus ad ſacrum venit cum coniuge fontem.
Totaq́ paulatim fines diffuſa per illos
Barbara gens confeſſa fidem/Chriſtumq́ ſequuta eſt.
His ita in Ethiopum ſterili regione peractis
Oceani ſulcantur aquæ/zephyroq́ ſecundo
Perſida tranſgreſſi patrijs potiuntur arenis
Qua fuerant magno ſtatuenda palatia ſumptu.
Rege ſalutato q̄p primum Lucifer ortus
A Queſtore Thomæ conflata pecunia dudum
Ergo operis tanti ſubito numerata: ſubinde
Rex abiens totum bellis exercuit annum.
Interea ſine re viduas/ſine dote puellas
Mendicoſq́ omnis cogens diſpeſcuit aurum
Omne Thomas: Regiq́ domum cōſtruxit olympo.
Rex vbi cognouit fraudem/ſi dicere fraudem
Fas/opus eſt ſanctum/ſubito coniecit in atri
Carceris antra virum: ſed mox reuocatus ab orco
Vi ſuperum regis frater regalia narrat
Tecta manu conſtructa Thome/quæ vidit in aſtris
Pœnituit facti regem/Chriſtumq́ profeſſus
Aere virum ſoluit/qui mox conuerſus ad ortum
Solis: & ad terras quibus eſt peninſula nomen
Aurea dum lemures abigit/dum languida ſanat
Corpora/dum verbis Venerem proſcindit acerbis
Ductu pudiciciæ ſtudio Regina maritum
Odit/& amplexus latuit perteſa iugales
Hoc ægra Rex mente ferens/nudata coegit
Ferre ſuper candens hominem veſtigia ferrum:

S ed gelidis grauis ardor aquis extinguitur orto
F onte/per herboſos ſaliens qui murmurat agros.
D uctus & ad ſolis templum prodire coegit
A ere larem: ſuaꝗ in terram ſimulachra repente
S ternere/& ingenti templum proſtrare tumultu.
Diuum ignominiam confractaꝗ templa dolentes
A rma ſacerdotes animis flagrantibus arma
A rma vocant: nudiſꝗ Thomam mucronibꝰ vrgent.
A tꝗ ita ſubuerſo migrauit in æthera ſole:

DE NATIVITATE DOMINI:

O rtunata dies vigeſima quinta Decembris
F T ot titulis ſplendens tantis ornata trophæis.
T ota ſub Auguſto gemini quem limina Iani
T er clauſiſſe ferunt/tellus pacata ſilebat
S æuaꝗ depoſitis Bellona quieuerat armis/
C um bona tam felix pepererunt ſidera tempus
R oma triumphatum ſcribi mandauerat orbem:
S olennēꝗ dari ſibi regna per omnia cenſum.
E t cum quiſꝗ ſolum peteret natale ſuamꝗ
T enderet in patriam: ſenior cum coniuge Ioſeph
I n Betlehemeos ducens aſinūꝗ bouemꝗ
V enit agros ꝙ ab oppidulo deſcenderat illo.
H oſpitibus vero cum plena frequentibus eſſent
V ndiꝗ tecta/larem paruo ſibi legit in antro
O memoranda dies & aperto ſplendida Cœlo:
N ox erat: & Capro iunctus tellure ſub alta
S ol gradiens noſtri radiabat ſidera Cœli.
C ancer in excelſo ſtellati Cardine mundi.
S tabat: in occaſu qui fert in vertice Delta
D ux ſignorum Aries. Libræ duo brachia in ortu/
C um ſoboles diuina nouem iam menſibus actis

P rodijt: & Chriſtus terris apparuit infans.
M ox iubar immenſum ſine lumine ſolis & ignis
I n tenebris ortum toto reſplenduit antro.
O lux quæ noſtri decus es & gloria ſæcli.
T um ſubito ex ſeſe quam non acceperat ortam
P rogeniem cernens tanti miracula partus
M ente volutabat Genitrix: acieſq; ſilentem
I n puerum fixas admirabunda tenebat
E t genua inſiſtens palmis ad pectora iunctis
N umen adorabat latitans ſub imagine noſtra:
O veneranda dies cunctis prelata diebus.
E cce chori ſuperum magnis pœna ſonantes
C antibus aſſiſtunt timidis paſtoribus/o res
N unq̄ viſa prius/Diui paſtoria corda
S ollicitant: pueriq; docent cunabula nati.
P aſtores igitur caulis abiere relictis:
E t videre Deum propter iumenta cubantem.
O miranda dies naſcenti conſcia Chriſto.
H ac quoq; nocte magi clarum videre Cometam
I mpendere iugis/cœloq; ardere ſereno.
H ic eſt ille puer de quo vulgata per orbem
C armina fatidicæ quondam cecinere Sibyllæ.
T antaq; concordi vates preſagia cantu.
I ſte ſuo aduentu renouat puer omnia/leges/
S acra/ſacerdotes/ſecum noua ſæcula portat.
N ec contentus erit iudei limite regni.
S ed faciet gentem regnis ex omnibus vnam
I mponetq; ſuo tractum de nomine nomen
G entibus & regnis vſq; ad confinia terræ
V ltima/& obſeſſis circunfuſo æquore terris:
O preclara dies omni memorabilis æuo
I te lares procul inferni diſcedite templis

Gloria veſtra ruit: veterem deponite faſtum.
Delphice claude fores templi fallacis Apollo
Cortinam tripodaſq; ferens ceruice ſub orcum
Labere: & ad ſtygias tua fer reſponſa lacunas.
I/Venus in tenebras: & tu ſaturnia Iuno
Cum Ioue: maieſtas vobis cum nulla ſuperſit
Amplius in terris/Erebi deſcendite ad vmbras
Rex verus ſua regna ſubit: procul ite Tyranni:
Ponite perſonas/& quos rapuiſtis bonores.
Hic puer/hic infans eſt qui Titania fecit
Sidera: qui ſolem docuit conſurgere ab ortu
Tendere ad occaſum/quo tempora quattuor anni
Ordine partiri/terriſq; infundere poſſet
Semina tot rerum: tanta eſt in corpore virtus
Exiguo/teneris tam mira potentia membris.
O dilecta dies albo numeranda lapillo
Aetherei patris manet alta mente repoſtum
Et latet in membris verbum mortalibus/o res
Quæ caret exemplo: pietas diuina ferendæ
Hanc opis eſt meditata viā: deſcendit ab alta
Maieſtate volens humili ſuccurrere mundo.
O iucunda dies alacri digniſſima plauſu
Iſte puer ſiccis ibit ſuper æquora plantis
Ventorum pelagiq; potens: dominabitur orco.
Ex ſtygijs reuocabit aquis in corpora vitas
Cum volet: ægrotis eius diuina voluntas
Infundet quotiens erit implorata ſalutem.
Et quandoq; prius: nobis amor illius ingens
Non expectatis precibus ſuccurrere nouit
O lux fauſta nouos inter celeberrima faſtos/
Qua Deus incepit fracto ſuccurrere mundo.
Aſpicite vt nobis hodie ſe credidit: alto

A ethere deſcendens noſtras ſe miſit in vlnas.
P auperis hoſpitij ſordes non horruit Author
N oſter: & humanis oculis apparuit ipſe
R erum opifex. ꝙ ſi cauſam quæ mouerit illum
Q uæritis/hoc pietas opus admirabile fecit.
O nox quæ ſuperas lucem ſplendore diurnam.
O nox delitias/nox quæ fers omnia tecum
G audia/nox omni maior meliorq́; triumpho.
O nox angelico cantu quæ ſola fuiſti
D igna frui: nox fauſta die feſtiuior omni.
Q ua Deus in terras nectar pluit/ambroſiamq́;/
M annaq́;/Corícioſq́; Crocos/& hymettia mella.
S alue ſancte Puer ſæcli venientis origo
P rogenies magni ſemper manſura Tonantis:
S is bonus ætati noſtræ/miſerere tuorum:
E t tua ſit ſemper miſeris Clementia portus.
H ic vulgata leues aperire licentia ludos
C onſueuit: dubiæq́; aurum committere ſorti.
A lueolum date: taxillos afferte/cuboſq́;
P oſt epulas clamant. longas conſumere noctes
H is ſtudijs puerile opus eſt/& auara voluptas.
L udere vis? ne quid nimium/curare memento:

DE SANCTO STEPHANO PROTHO.

A L tera lux primi celebrat ſolennia teſtis:
P rimores fidei ſeptem legere miniſtros
I nſignes probitate viros/ante omnia caſtos:
Q ui regerent muliebre genus viduaſq́; nuruſq́;:
I ſtorum e numero ſtephanus fuit. ipſe docendi
I pſe gubernandi curam officiumq́; gerebat
S trenue: & hunc odijs inſectabatur acerbis
P læbs iudæa neci Iuuenē dare certa pudicum.

P rodigijs et enim magnis erat inclytus inter
C briſtigenas: miriſq; modis taxare ſolebat
P erfidiam Iudeorum figmenta doloſq;.
D um fremit hæc rabies/laqueos dū tendere certat
E cce Lupus de gente rapax Iſacidæ Saulus
S e ſe infert vt in hunc primas exerceat iras.
I ngreditur turbam/verbiſq; potentibus ignem
S eminat/accenditq; animos/& ſuſcitat arma.
P ro patria/pro gente monet pro lege Deoq;
N on pugnare nefas/genus extirpare nefandum
E ſſe opus exclamat falſi mala ſemina Chriſti
I n teneris abolenda herbis: ne ſurgat in altum
I mmortale ſeges animis paritura venenum.
T alibus alloquijs preceps excita Iuuentus
S axa rapit: volitant in morem grandinis orbes
M armorei: multiq; fugant de mœnibus vnum:
N ec mora nec requies: pulchrum ſæuire putabant.
Q uoq; magis noceant/augent clamore furorem.
I pſe vbi ſe fractum ſentit/madidumq; cruore
V ictumq; neci/genua incuruauit/ & aſtra
S uſpiciens vidit Chriſtum Cœloſq; patentes.
A tq; ait. o Cœlorum opifex ignoſce meorum
C arnificum furijs/Sauli miſerere Iuuentæ:
N am neq; ſe peccare vident: meq; accipe teſtem
C hriſte tuum: gentemq; tuam ſeruare memento.
S ic ait: & ſanctam tenues efflauit in auras
S uſpiciens animam: iacuitq; in ſanguine corpus:

DE SANTO IOHANNE APO STOLO ET EVAN GELISTA.

Aeta dies Iani ſexto celebranda Calendas
L S urgit. Iohannes Centeno proximus anno
A uroram ſolito citius perducit ad ortum:
C onſobrinus eum Chriſtus (Sic fama) volentem
N ubere cum lympham dulci mutauit hiaccho
T raxit ab incepto: veneriſq; cohercuit æſtum:
C ommendauit ei matrem ſuſpiria ducens
V ltima: & hanc eius tulit vſq; ad funera curam.
H oc ſtudio liber Licias peruenit ad oras
M ulta vbi perpeſſus ſæui rectoris ob iram:
M iſſus enim Romam portæ fuit ante latinæ
L imina/ ſupplicio quo non crudelius vllum/
N equiter affectus. feruens intrauit oliuum
N udus: & in triſti ſenſit nil triſte lauacro.
V nctus in Atletæ morem ſublimibus auſis
E xijt ad luctam inuitans hemineſq; Deoſq;
S ecurus vitæ atq; necis. rurſumq; reuerſus
I n Liciam Pathmi exilio multatur / inopſq;
C ogitur in vndis vitam tradducere ſaxis.
D icitur huc veniſſe magum certare volentem
C um ſene/ & auxilio larium tentaſſe marinos
I re ſuper fluctus: & abiſſum intraſſe profundam
Q ua delphines eunt/ habitant vbi grandia Cete.
A t Deus ex templo lemures horreſcere fecit/
I n medioq; ſuas vires ammittere ponto:
T um magus infelix ſtygijs deſertus ab vmbris
E ſt oppreſſus aquis/ animamq; reliquit in alga.
C æſaris extincti poſt triſtia funera tandem
R egrediens Ephesum viduam reuocauit ab orco.
A Cratone viro fractos ſapiente lapillos

V t varias hominum curas & inania vota
A rgueret/ſigno Crucis integrauit/ & ipſum
E docuit Cratona fidem:gemmiſq; redactis
I n cumulos numum ingentes donauit egenos.
F orte duos iuuenes Chriſti documenta profeſſos
P œnituiſſe videns ſua quod patrimonia turbis
P auperibus ſubita nimium pietate dediſſent
C otinuo fruticum faſces in publica miſſos
C ompita in argentum vertit: Iuueneſq; vocatos
A nte oculos plœbis ſermone redarguit iſto.
P oſtquam diuitias bene diſtribuiſſe doletis
E t facta eſt vobis pietas odioſa/querelas
P onite:reſtuit Chriſtus quæ acceperat/iſta
F erte domum: Chriſtus veſtro non indiget auro.
I pſe eſt qui ſyluis frondes/qui gramina campis
Q ui frumenta ſolo/qui poma nuceſq; quotannis.
A rboribus tribuit: qui cuncta animantia paſcit.
H æc virgulta iſtos faſces quos cernitis/ipſe
N on ego in argentum vertit.nec ceſſat in horas
G ignere opes varias:terram tranſſformat in aurum/
R orem in margaritas/gignit per litttora gemmas
C hryſolythos & carbones nitidoſq; pyropos:
P ars hæc veſtra:nihil Cœli ſperate deinceps.
I ſta ſenex.Iuuenum ſubito mutata quierunt
P ectora/& in lachrymas verſi mala lucra & auaras
E xecrantur opes:auriq; ardore leuantur:
V iminaq; in formam ſubito rediere priorem.
C um foret in populo paucis poſt nata diebus
S editio triuiæ ad templum quo dona ferebant
V ndiq; mortales terris ex omnibus/vna

C um plœbe et patribus veniens a culmine ſummo
I llud opus quod tota aſia immortale putabat
E t quod erat numeratum inter miracula ſeptem/
C um tonitru in terram fecit procumbere magno.
E t quo flagrantem premeret Proconſulis iram
M ortiferis hauſit Cyathis aconita duobus.
A tq; duas tali potu de corpore pulſas
I n ſua membra animas tulit ex Acheronte profundo.
P roſpiciens tandem ſibi ſummum incumbere tẽpus
V iuus humum ſubiit:corpuſq; in manna redactum
S unt qui tranſlatum credant orientis ad hortos:
I n ſuperos quidam:cœloq; ardente potiri:
H uic Vates Aquilæ formam tribuere q alto
D eſcribat ſermone Deum/q lumine viuo
A c vegeto ſenſu vidit myſteria Chriſti:

DE INNOCENTIBVS.

A L tera mœrorem lachrymas miſerandaq; ſecum
F ert lamenta dies:Nam rex audita Magorum
H erodes poſt verba anno crudele ſequenti
E ſt aggreſſus opus/cui par non viderat vnq
S ol qui cuncta videt tellure/ nec omnibus vndis:
N am bethlehemeos perfundi ſanguine campos
I uſſit/& infantes quot erãt in finibus illis
E nſe trucidari cupiens extinguere Chriſtum/
Q uem dixere Magi dominũ regemq; futurum:
S ed celer aerio labens per nubila curſu
N untius hæc ſcelera & caſus predixerat iſtos
A nte ſeni:puerumq; illis curarat ab oris

H ermopolim/quæ tunc erat vrbs ægyptia/ferri
O infame nefas quod deteſtanda libido
R egnandi/quod mens faſtu viciata ſuperbo
P rotulit: infantes nudos a pectore matrum
D iuulſos ſtricto miles mucrone ſecabat:
N ec ſceleris tanti cauſam furor ille ſciebat.
N am puduit regem cauſas aperire nefandæ
C ædis: in excelſas nubes in ſidera clamor
E xijt/& ſpumans fluxit cruor vſq; ſub orcum
V icinæ planxere vrbes/audita per agros
N octes atq; dies flentum ſuſpiria matrum.
H ac quoq;(ſic fama eſt)in tempeſtate peremptus
R egius eſt infans/ qui lactabatur in illis
F orte locis/tantum dabat ira furentibus ignem.
P ropterea lætos luce hac eccleſia cantus
P ræterit:& triſti luget tot funera voce.
C um tamen in ſolis ſacram ſolemnia lucem
H æc veniunt/quia læta eius natura diei eſt/
C antica ſupprimimus triſtem teſtantia caſum:
E t per templa Chori repetunt Aleluya canentes:

DE SANCTO THOMA.

L tera lux tua Diue Thoma clariſſima gentis.
A F ama Chalidoniæ/ſeuiq; infamia regis.
R egia tu ſolitus tractare negotia magno
C um ſplendore venis ad pontificalia tandem
C ulmina/& excludens mores habituſq; profanos
V ertice ſacrato bifidum diadema tuliſti:
S ed regale odium dum relligioſa tueris

I ura ferens mare tranſiſti/ſenoneſq; petiſti
M iſſus in exilium pro libertate tuorum
S ed tibi romano qui tunc ea regna colebat
A uinione ſedens Rhodani ſpumantis ad vndam
P ontifice auxilium contra bella iſta ferente
I n patrios repedaſti agros poſt tempore paruo.
H inc magis exarſit liuor regalis/ & ira:
N ec tua te probitas illa inculpata micanſq;
V ndiq; ceu Titan ſummo cum incanduit axe/
T e potuit ſeruare.ferox immane cruentum
V irus in indomiti flagrabat corde Tyranni.
N anq; ſatellitibus ſacra intra limina miſſis
E xcuſſit tibi ſacrum illud ſanctumq; cerebrum
Q uod fuit æthereo flatus labentis ab orbe
H oſpitium totiens/animæq; inſigne ſacellum.
A d tua Cœleſtes Diui veniſſe feruntur
F unera: & exequias cantu celebraſſe ſuaui:

DE SAMCTO SYLVESTRO.

P O ntifici ſummo lux vltima menſis & anni
D edita Sylueſtro.preclara negotia/vitæ
I ntegritas non ambitio quæ tempore noſtro
I mperat/ad tantos illum perduxit honores.
C iuis erat Romanus opes/penus/horrea/menſas/
A c loculos in egenorum miſerabile vulgus
F undebat pietas imis immerſa medullis.
M ulta ſub atroci vitæ diſcrimina paſſus
T arquino prefecto vrbis ſeceſſit: & altum
S e in ſoracte tulit/ſub quo delabitur amnis

A lbula/ & in tacito fugit mala tempora ſaltu.
A t poſtq̄ ſoboles Helenæ ſanctiſſima Cæſar
C onſtantinus apud diuos homineſq; fauorem
N actus in excelſo vidit Crucis aere formam/
E t petri & Pauli veros aſſiſtere vultus/
I n terrena Deus fecit deſcendere pacem
R egna cruentatos prohibens regnare tyrannos.
T um rediјt tandem Romam ſoracte relicto.
A tq; ſub Auguſto magnos ſortitus honores
C redidit e ſtygiјs vmbris ſe in ſidera tolli.
T unc ſynodus Nicæna fuit celebrata ſub ipſo
C æſare/ & impietas Arri damnata volentis
P artiri naturam vnam Natiq; Patriſq;.
C æſar hic in noſtram geſtans pia pectora gentem
M axima templa Deo Diuiſq; eduxit in auras
I mmenſas donauit opes/vaſa aurea/ fundos/
V nde ſacerdotes magnis prouentibus aucti.
R omam ipſam(quid multa moror)donauit/ad agros
T hraicios abiens aliam ſibi condere Romam
I nſtituit/qua ſe anguſtis duo faucibus ampla
A equora coniungunt contra Chalcedonis arua.
M agna quidem memorant aliј miracula ab ipſo
A edita Syluestro.ſed nullus idoneus autbor
N ec teſtis productus adhuc:ideoq; relinquam
T alia quæ poſſunt quædam figmenta videri
N oſtra etenim nugas deliramentaq; damnat
R elligio:nec dat linguis mendacibus aures.
T unc quoq; rhyphæo qui ſunt ſub cardine Iberes
A d Chriſti venere fidem.captiua putatur
C onuertiſſe feras gentes & barbara regna

Fœmina/quæ fines bello peruenit ad illos.
Per varios igitur caſus per plurima vitæ
Tœdia Sylueſter placidam ſine ſanguine tandem
Mortem obijt/Diuumq́ꝫ domos peruenit ad altas:

FINIS.

DE SANCTO HONORATO.

AD REVERENDVM.D.AVGV-STINVM GRIMALDVM EPISCOPVM GRAS-SENSEM.

PArs Aſiæ verſus Boreã Nicomedia patrẽ
Miſit Honoratũ/ſemen regale canendum
Heroœ clãgore tubæ: Sed lenta ſenectus
Obſtat: & ĩ tenues cogit deſcẽdere verſus.
Andronicus puero nomen fuit, vt pueriles
Præteriens annos Chriſti perſenſit odorem:
Continuo figmenta Iouis veterumq́ꝫ Deorum
Poſthabuit: fugitq́ꝫ ſuos cum fratre parentes:
Et duce Capraſio veri Cultore Tonantis,
Qui nemoris vaſti latebras habitabat, & vmbram/
Ad fontem vitalis aquæ peruenit: & aura
Vectus hyperborea Nicomedica regna reliquit:
Naue per ægeum pelagus peruenit ad Iſthmon:
Naue per Ionium ſiculas adnauit ad vrbes.

P oſt tranſmiſſa maris Tuſci vada, naue relicta
V enit ad excelſum montem, qui nomen ab albo
A ccipit Argento/ſummoq; invertice montis
P roſpiciens noctu lucem, ſe a luce vocari
C redidit: accedens igitur Venerabilis antrum
M acrobij ſenis inuenit/quem corpore functum
P oſt biduum magno lacbrymans ſepeliuit bonore.
T ranſijt Apoenini apicem/ſalebroſaq; ſaxa
V erſus ad Inſubres/ad amoena ſub alpibus arua,
A d iuga quæ cum tot Pœnorum millibus olim
H annibal aſcendit: teneris inuenit ab annis
H oc iter ad ſuperos: vt ſic mutaret olympo
M agnanimus Iuuenis ſatis ampla opulentaq; regna/
V t reperiret opes ad quas extendere dextram
N ec mors/nec fortuna poteſt, nec mobile Cœlum:
E t fratri cui nomen erat Venantius, acres
A ddebat ſtimulos/verbiſq; animabat ad aſtra.
C ingitur æquoribus noſtris breuis inſula, contra
M aſſiliam verſus montani flumina Vari
N on procul a terris/Galli dixere Lirinam,
I nſula deſolata prius, ſerpentibus atris
H oſpitium/deuota bydris/vaſtata Colubris,
E t ſimili pecudum generi: terra inuia noſtris
G reſſibus/& formidandis oppreſſa venenis.
H uc ope diuina fretus Nicomedis alumnus
C um ſocijs venit quem tanq; incendia diræ
E xpauere feræ: Quædam ſubiere latebras,
I nteritu quædam ſubito iacuere per agros
E xanimes/Quarum nidor teterrimus auras
I nficiens/peſtem vicina per arua ferebat

Propterea miſerante Deo mare creuit/& æſtu
Vndiſono loca percurrens inceſta venenum
Abſtulit/& Zephyrus valles luſtrauit & agros.
At quia non aderant dulcis ſolatia lymphæ
Continuo multa riguum prece marmore ab ipſo
Cotibus/e duris fecit decurrere fontem.
Mox probitas/mox relligio producere fruges
Incepere ſuas/tantoq; ardore refulſit
In tantum iubar excreuit validiſſima virtus/
Vt multos populis ex circūſtantibus ad ſe
Traxerit:Expediam paucis:poſt tempore paruo
Inſula in Elyſium potuit conuerſa putari:
Vt chalybem Magnes/ſic inculpabilis aurum
Vita trahit/portantur opes/delubra/domoſq;
Aedificant:redolent horti/viridaria frondent:
Citrus olet,florent Myrti,fruticant Cypariſſi.
At cum maiores Iuuenis veniſſet ad annos,
Et caua iam gelidis alberent tempora canis
Quāuis enixe renuens multumq; reluctans
Eſt Arelatenſis magno molimine paſtor
Factus:& accepit tandem mitrāq; pedumq;.
Quo viuens/quo poſt obitum ſplendore reluxit
Mirandorum operum fari non ſi mihi Centum
Ora forent auxim:Sancti miracula Patris
Obſtupuit Ligur & Gallus:trans æquora fama
Iuit ad Atlantem/ſubijt Garamantas/& Indos.
Pulſus ab hereticis qui ſeditionibus vrbem
Vexabant miſeram ſeſe in loca tuta recepit,
Vt mos eſt Nautis/cum tempeſtatibus atris
Aequora vexantur,ſæuitq; Aquilonibus aer.

S ed breue poſt tempus rediens, de cordibus iras
H auſit: & eloquio accenſam compeſcuit vrbem.
T andem vbi completo fatalia tempora curſu
A duenere/graui Deus in langore Iacentem
C ōmiſerans animam miſſis ad ſidera Diuis
T ranſtulit: optatoq; frui conceſſit olympo.
P oſt decimam Iani lucem, tum ſextus in altum
S ol abiens cœli ſummum conſcenderat axem:

F I N I S.

G L oria veſtra meo quia vulgatiſſima Cantu
N on eget o ſuperi: veſtræ plena omnia laudis
H æc cecini ſolis mortalibus/vt ſua ſurſum
A d vos corda leuent/& vos clementer eorum
P ræſiduum ſitis contra phlegethontida gentem:
E t curetis apud magnum pro pace Tonantem
A ſſiduas proferre preces: Nam regna fatiſcunt
O mnia/bellorum longo vexata tumultu.
I mpetretis item cum corpora noſtra repoſcent
F ata/domos nobis in ſummi vertice mundi:

H ec beati Honorati vita Fuit vltimum Mātuani opus & quia. Sero ad impreſſores miſſum Fuit nō potuit inſeri loco proprio. qui eſt inter Gregorium Nazanzenum & Antonium.

Frater Anto. Paulini Carmelite Theologi Tetraſticon.

Ethnica Conticeat vatum iam tota poeſis
Sacraq; Squalenter prebeat harpocrati,
Nam nouus aſtrifero deſcendit ab ethere vates
Multiplici verum. qui tonat ore Sophos.

¶ Impreſſum. In Florētiſſima Lugdunenſi Ciuitate. Solertia. Stephani de Baſignana. Gorgonij. Carmelite. Doctoris. Theologi. In officina. Bernardi Leſcuyer. Regnante. victoriſiſſimo Franciſco Francorum Rege. Chriſtianū orbem. Moderāte Leone. decimo. Animarum tutiſſimo Medico. 1516.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO. VSQVE AD QVATTVOR ANNOS.



STEPHANVS.B.GORGONIVS CARMELI
TA BENEFICO PATRONO POSVIT.

¶ F. BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI BLASIVS CAPPADOX.

AD REVERENDISSIMVM LAVRENTIVM PVTIVM. CAR. SANCTORVM QVATTVOR.

R æcipua in diuos qui relligione feruntur
N on ſatis eſſe putant illis impẽdere mentẽ.
P Atq; animũ/ ſed ſigna dicãt/altaria/ludos/
P yramides/ſacras veſtes/ſublimia templa.
A ſt ego quẽ fecit Chriſto deuota volũtas
N on fortuna inopem/cum ſim indigus æris & auri
E t ſine fortunis/quid agam? neq; promere carmen
F as mihi Cœlitibus dignum: non eſt mea tanti
B arbitos/vt moueat ſyluas & marmora: non ſum
A mphion Dirceus ego/non Thratius Orpheus/
Q uos traxiſſe feras memorant/& flumina cantu.
Q uid faciam? preſtare potens ſi grandia non ſum/
N ulla feram? non ſic mater ſanctiſſima rerum
M e natura docet: quæ fuſa per omnia mundi
M embra ſuas iuſta vires operatur vbiq;
S emper iners metuens atq; infœcunda videri.
S urge igitur mea parua Chelis/ſi tollere in altum
N on poteris vocem tenui modulabere cantu.
I ſte labor quãq; vulgo videatur inanis/
N on parui tamen ante Deum cui cognita corda
Q ui videt affectus/& voce carentia vota
E ſt meriti: laudes curat Deus: iſta litantur
A/ſuperis holocauſta: nec eſt præſtantior vlla
H oſtia in elyſijs pietas vbimaxima campis.

N ulla Deo domus eſt illic ſacrata/nec ara:
C œlum ipſum templum eſt ingens/ſunt lāpades aſtra:
V ictima/Cœlituum cantus Oſibana ſonantes.
S icut enim pœan Phœbo/dithyrambus Iaccbo
C armen erat quondam/ſic vſq; ab origine rerum
E ſt Aleluya Deo:necnon Oſibana per altos
E lyſij campos/& per mortalia regna.
E rgo mihi monumento aliquo celebrare volenti
C appadocum te ſancte pater/recitanda videtur
I n primis tua contemptrix Regumq;/Deumq;
Q uos vetus a laruis ætas deluſa colebat/
R elligio/ſæuiſq; fides animoſior armis.
N oſtra igitur Zephyris venias ad vela ſecundis:
E t rege per fluctus Cymbam noua dona ferentem.
C appadocum populis vrbs eſt antiqua:Latini
D icimus Auguſtam/Græci dixere Sebaſten/
C ui beneconſultum cupiens Deus optimus/illi
T raddidit in patrem ſanctum mitēq; piumq;
I ngenio vultuq; virum cui nomen auitum
B laſius infanti quondam tribuere parentes.
I lla ſub hoc paucis vrbs incrementa diebus
M agna tulit,tanꝙ ſi mox ex marmore in aurum
T ranſiſſet:fortuna fuit tam proſpera genti.
I llis barbaries campis altiſſima quondam/
A c feritas īmanis erat:nam ſole remoto
E t regnante gelu mortalia corpora fiunt
C ruda nimis/digeſta minus/tranſſuſa per artus
M ens male conditos/contagia corporis haurit:
E t fit dura/ferox/preceps/īmanis/& atrox.
N on aliter ꝙ ſi noua vina.in olentica vaſa
I d vitium Miſeris ſubeunt/& rancida fiunt.
S ed mutata ſub hoc hominum natura magiſtro eſt

Q uod facit in terras magni ſol gloria mundi
H oc egit bonus in populi precordia paſtor.
S ol etenim terras radiis illuminat/annum
D igerit in partes/nobis alimenta miniſtrat:
E t quaſi curator vigilans aſcendit in altas
L anigeri/Libræq́ꝫ domos/deſcendit ad axes
A eternum per iter:nec tempora perdit eundo:
N am fruges maturat iens/non negligit Indos,
N on fugit æthiopes/ſcythicis illabitur oris:
E t q̃ptum Natura ſinit cõmunicat orbi
O fficium vireſq́ꝫ ſuas:more paterno
Q uæ loca cunctꝫ tenet fuſo circũ æquore.Nereus
O ceano in magno/noſtræq́ꝫ in Tethyos amplis
G urgitibus fouet admoto ſplendore quotannis.
N on aliter q̃p ſæua diu fortuna quieuit/
N octes atq́ꝫ dies pre ſollicitudine Paſtor
A nxius impendit gregibus curamq́ꝫ operamq́ꝫ/
E t ſatis officio fecit pro viribus omni.
O mnia quæ legum lator morumq́ꝫ magiſter
I nſtituit Chriſtus populi reſonabat in aures
S emper/& exemplo pluſq̃p ſermone docebat.
H inc veluti virtutum alto de gurgite fluxit
I n populorum animos/& in intima pectora plæbis
P rouentus genus omne boni:creſcebat in horas
F ertilitas/frugumq́ꝫ ferax cultura bonarum.
V enerat huc & merce ſua ditauerat vrbem
C æca fides/audita ſequens/incognita credens:
E t caſus animante Deo ridebat acerbos.
S pes quoq́ꝫ ſemper inops/ſemper ſitibunda futuri:
Q uæ velut expectans aliquid ſedet ore ſupino.
V enit & Inuidiæ Charitas inimica ſuarum
P rodiga opum/necnon cuſtos malus æris & auri

O blituſq; ſui rapidis amor affuit alis:
A ffuit & virtus quæ fortia temperat vndis
V ina ſuperfuſis, luxum cohibere gulamq;
E t frenare potens veſani incendia ſenſus.
V enit & armipotens Virgo/quæ amplexa Colũnam
P alladium robur vultu pretendit & auſum.
T u quoq; preteriti memor/& preſaga futuri
T emporis/& Iani duplicem veſtita figuram
T unc aderas. Aderat lances quæ portat, & enſem
O ſa malas Aſtræa manus/inimica rapinis.
H is pater hoſpitibus totam formauerat vrbem,
A ffectuſq; omnis populus veniebat in iſtos/
S icut ad vna omnes concurrunt paſcua Tauri,
C orda manus/oculos/plantas/linguamq; mouebat
C hriſtus/& in cuntis (ita conciliauerat illos
D iſciplina vigil ſanctiq; induſtria patris)
S piritus vnus erat. Quotiens ad templa vocabat
F eſta dies/aderant curis ciuilibus omnes
P rotinus excluſis/tota cum plæbe ſenatus
M atrone cum virginibus/cum pube ſenectus
N on illos vt nunc quando inceſtata faceſſit
R elligio, veneris proles in templa trahebat/
S ed pietas/& ſancta Deus precordia pulſens/
A t quæ diuini poſcit reuerentia cultus
C um patrata forent/omnes in tecta redibant
S ancti oculos/animum ſancti/ſancti ora manuſq;.
I nceſtus tum nulllus erat/tum nullus adulter/
N on raptor/non ſacrilegus/non inſidiator.
T utus erat pudor in thalamis/in ouilibus agni/
A rmentum in caulis/omnes via tuta per agros
T utum æs in loculis/ſine lite ſilentia toto
M uta foro/Charitas melior cuſtodia rerum

Quam leges: vbi viuit amor peccata faceſſiunt
Omnia: nil opus eſt prætore: ſuperflua lex eſt.
Vt ſolet ad numerum tactis ſymphonia chordis
Surgere/ſic animis innoxia vita per vrbes
Compoſitis oritur/qualis fuit ante parentum
Quam vetus improbitas diuinam accenderet iram
Affectus ſi lege carent/in bella ferarum
More ruunt. Virus pacē/ qui quæritis/iſtud
Exturbate, iſtas animorum extinguite flamas.
Hoc veri paſtoris opus/qui paſcere curat
Non morbo inceſtare pecus/quæ peſſima totas
Implicuit terras hac tempeſtate libido.
Noxia ſi proferre caput vidiſſet in agro
Gramina/doctrinæ/raſtris & vomere linguæ
Mox aderat ſteriles prohibens inoleſcere plantas.
Blaſius his ſtudijs/hac ſedulitate ſolebat
Cuſtodire greges/atq; exercere Talentū.
Vt miſeris afferret opem/quos ære alieno
Audierat morboue premi vel pauperis anni
Damna pati/vel ſortem aliam triſtem atq; malignam.
Ibat ad inſignes aulas/& ad horrea Ditum
Res quibus eſt opulenta domi & cellaria plena/
Suadebatq; aliquid grandi depromere aceruo:
Atq; inopum patronus erat. ſæpe aurea vaſa
Ex templorum adytis cum res Repoſceret/iſtos
(Sic accenſa viro pietas) vertebat in vſus:
Sæpe loquens turbis/Chriſti patrimonia claudi
Non debere inopi/Chriſtumq; dicaſſe trientem
Mendicis ex aſſe ſuo memorare ſolebat.
Iſtud idem ſancti patres ſanxere/volentes
In tres diuitias Chriſti diſcindere partes/
Quarum prima ſacri fluat in collegia templi

Vnde habeant menſas/medicos/habitumq́ miniſtri.
Altera reſtituat labentia templa domoſq́/
Quas habitat ſacer Antiſtes/Myſtæq́ minores.
Cætera diſtribuat pietas/alimenta miniſtret
Plæbi inopum/iuuet ægrotos & debile vulgus.
At quia qui leges aliȷ́s dare cogitat/ipſum
Eſt opus in primis ſibi legem imponere/nunq̃
Indulſit genio, Genius conuiuia/ſomnos/
Ocia/lætitiamq́ petit: quæ ſingula paſtor
Optimus aufugit doctus tolerare laborem/
Tormentum circenſe pati/quod harundine trita eſt
Non leuibus plūmis nec molli vellere fartum.
Difficiles etiam curas æſtumq́ geluq́/
Spirituumq́ dolos ac tentamenta malorum.
Nam ſine laruarum inſidiȷ́s & pſeudo Deorum
Vulnere fas nulli mortalem euadere vitam.
Dum pius in terris diuina negocia paſtor
Iſta gerit/duce Marte Deum conuenerat omne
Concilium ſubter cautes trinacridos Aetnæ/
Regnat vbi flāmarum opifex qui fulmina cudit.
Hic lemurum proceres vltro citroq́ loquuti
Plurima pro imperio pro maieſtate Deorum
Decreuere alium latio preponere Regem.
Carus enim qui tunc belli molimine magno
Vexabat Perſas q̄ erat manſuetus & inſons
Chriſtigenis, genus eſt viſus neſcire Deorum:
Propterea ſtatuere illo violenter abacto
Veſtigare nouū cui mens atrocior eſſet/
Atq́ magis crudum ingenium/quod perderet omnes
Relliquias Chriſti/vetereſq́ reduceret aras/
Lectus ad excidium Cari Vulcanus ab Aetna
Deuolat in libyam/piceaſq́ ex æquore nubes

Cogit/& excitis per cœlum īmurmurat auris/
Nec mora/per libyæ campos cum fulgure fulmen
Intonuit/noua tempeſtas nigreſcit ab Auſtro/
Iam pluit/& crebris ardet cœlum ignibus omne.
Intentatq́ꝫ freto & terris horrentia bella:
Mortales miſeri quid agant in turbine tanto
Ignari tanq̄ pecudes indagine clauſæ
Corda tremunt/animoſq́ꝫ leuant ad numina triſtes.
Ecce ſuper Perſas ventis agitata coruſcant
Nubila/& in nebulis animæ phlegethontides ardent:
Nam ſtygij manes īmiſcebantur opacis
Nubibus & ventis/tempeſtatemq́ꝫ fragoſam
Ad loca patrando ſceleri opportuna ferebant:
Mulciber in nimbis formauerat igne coacto
Fulmen/& in grauibus Cocyti extinxerat vndis
Sæpius/adijciens ſulfur Phlegethonte petitum.
Iam furit impatienſq́ꝫ moræ retinacula frangit
Ignis/& ingenti fugit extra nubila bombo:
Dum trepidant omnes/dum ſanguis in intima corda
Proripitur/fragor irradians tentoria Regis
Intrat/& includens animam pulmone ſub imo
Reſpirare negat/vitamq́ꝫ a pectore ſoluit.
Rex iacet exanimus/triſtiſq́ꝫ per omnia caſtra
Fama volat caſus/tenditq́ꝫ per aera Romam.
Officio functus redijt Vulcanus in Aetnam.
At cui cura noui Pallas Tritonia Regis
Qua lemures norunt facinus conglutinat arte:
Se inſinuat primorum animis totamq́ꝫ ſubornat
Militiam/plœbis palpat precordia: blando
Aduerſos operi mollit popiſmate: feſtos
Cōmemorat turbis ludos/menſaſq́ꝫ dapales/
Quas Cæſar prebere nouus conſueuit/& omnem

Lautitiam/vota incendit popularia/voces.
Clamoremq́ ciens it caſtra per omnia/tandem
Delegit Caſtrenſem hominem toruo imperioſum
Lumine: cui nomen veniens a voce Diocles.
Exultauit vbi ſcelus id crudele peractum
Vidit/& inuento riſit læta Tyranno.
Cæſar hic imbutus Phœbo/Ioue/Marte/Minerua
Diiſq́ aliis Saturne tuæ qui nomina gentis
Accipiunt Chriſti populum depellere toto
Orbe parat/fieriq́ iubet priſco omnia ritu/
Vt Numa & antiqui reges docuere latini.
Aeneas etenim quando ad lauinia venit
Littora/ſacra tulit ſecum victoſq́ penates/
Et dedit indigenis/docuitq́ arcana Deorum
Orgia/quæ æternos ea gens ſeruaret in annos:
Multa quoq́ Euander prius & Carmenta ſacerdos
Arcadiis olim tulerant libamina ab oris
In latium/quæ poſt obſeruauere nepotes:
Tuſci etiam quædam deliramenta tenebant
Quæ genitus tellure Tages inuexerat olim:
Hæc igitur Cæſar non quæ de littore Ianus
Attulit Aſſyrio/poſt q̄ ſeruanda per omnes
Vulgauit populos/odio ſtimulata Deorum
Indocilis cepit ſæuire licentia Vulgi:
Chriſtigenæ tanq̄ genus execrabile paſſim
Diripiuntur/opes fiſco addicuntur/& ipſi
Si dare ſacra negant/vinclis/ferro/ignibus/vndis.
Tantaq́ mox facta eſt Ceritæ inſania turbæ
Vt ſine iudiciis homines ſine legis & æqui
Ordine inauditos nudato inuaderet enſe
Publice/& in templis Diuum/totaq́ per vrbem
Rex horrenda/ipſoq́ etiam damnata ſub orco/

F ruſtatim conciſa hominum tellure iacebant
C orpora/quæ tumuli non dignabantur honore
S acrilegæ gentes ne(quod ſuneſta docebat
R elligio)requies animis errantibus eſſet.
N anq́ animas quarum iaceant ſine honore ſepulchri
C orpora/poſſe negant ſtygias tranſire paludes,
C ædibus(auditu triſte ac miſerabile)tellus
E bria ſanguineas nubes tollebat in altum:
V t cum vere nouo proſciſſis vomere campis.
I n fumum ſe ſoluit hyems iam ſole ſub altum
I mmittente ſolum radios/almumq́ teporem
V da humus exhallat bibitos in nubila nimbos.
T um pleriq́ patres ſancti cum tale viderent
E xcidium/fugere vrbes/ & more ferarum
P er deſerta vagi cœcis latuere cauernis.
I ſta ego crediderim per noxia tempora Paulum
N iligenam ſole ardentem qui primus Eremum Eremu
I ncoluit/liquiſſe vrbes patrioſq́ penates/
E t didiciſſe togas textis componere palmis.
T um Caius qui præſul erat Romanus/in altis Cai' pp
D elituit Criptis. Tunc Marcellinus & ipſe Marcelli
R omulidum paſtor victus formidine Chriſtum
P rodidit/& plena Marti libauit acerra.
A t ſcelus id mox erubuit ſenſuq́ recepto
I ncepit damnare deos/extollere Chriſtum:
N ec mors horribilis viſa eſt:ſed ſponte cucurrit
I n medios hoſtes/iugulumq́ tetendit ad enſem.
F ortior impugnam poſt ſigna ammiſſa reuerſus
V ictor & ornatus viridi diſceſſit oliua.
A t cum Chriſtigenæ quia ſic peccauerat/eius
M embra vererentur tellure includere/olympi
I anitor in ſomnis monuit/cum ſpiritus arces

I n paradiſiacas iſſet/non eſſe verendum
C orpus honorato patris inſignire ſepulchro.
I uerat hæc peſtis lemurum teterrima ad vrbes
T hraicias/ad Cappadoces/Bebricia ad arua
A tq́; albana.cruor iam Thermodontidas vndas
I am Phaſis macularat aquas/macularat Araxem/
L ittoraq́; hircani maris/armeniaſq́; Syraſq́;/
M edorumq́; domos/niueiq́; cacumina Tauri.
A lbanis canibus qui dilaniare feroces
S unt ſoliti tauros & debellare leones
O bijciendi hominum viuentia corpora poſtq̃
E ſuriem tulerant iam mos inoleuerat atrox.
B laſius hanc rabiem fugiens de more volucrum
Q uæ quotiens noua tempeſtas conſurgere viſa eſt
I n loca tuta volant/& ſeſe in tempora ſeruans
O pportuna magis populi curæ atq́; ſaluti
I n denſos abijt ſaltus ſtabula alta ferarum
C um regnante tenet ſceptrum vis ſola Tyranno/
E t lex muta ſilet/quid agant qui viuere vitam
I nſontem ſanctamq́; velint? æquiſſima tali
T empeſtate fuga eſt donec bona ſidera ſurgant.
Q ui fugiunt iterum poſſint pugnare/ſepulti
N on redeunt in pugnam iterum.ſpes magna ſalutis
E ſt gregibus/cum paſtor adhuc vitalibus auris
V eſcitur/atq́; eius reditus ſperatur in horas.
C um potis eſt ſeruare gregem/ſi fugerit/atrox
I ncurrit facinus/Sed cum violentia vincit
E t paſtor prodeſſe nequit/ſibi conſulat ipſi:
Q ui ſeruare alios cupiunt/ſeruare ſeipſos
E ſt opus/atq́; ſuam in primis curare ſalutem.
T unc igitur paſtor lachrymans magalia linquat/
E t ſuperis comendet oues/qui vincere ſoli

H orribiles caſus atq; infortunia poſſunt:
A ltior æmonio mons eſt Argæus olympo
S emper babens byemē/ſemper niue candidus alta
V ertice in excelſo/tantumq; aſcendit in auras
V t ſupremus apex videat duo maxima vtrinq;
A equora/quæ claudunt Aſiam/veſtitur opaco
R upibus a ſummis vſq; ad veſtigia ſaltu:
P er deuexa cadunt fontes/ quibus bumida tellus
G raminibus vernat/mediciſq; ſe induit berbis.
S æpius a ponto ſeſe Medea ferebat
M ontis in anfractus altos prebente Diana
N octurno ſplendore viam/pleniſq; caniſtris
M ille venenorum ſpecies in tecta ferebat.
V enit in bæc profugus deſerta ſilentia Paſtor/
V eſtiganſq; locum tutas vbi ponere ſedes
P oſſet/in aſcenſu montis Titanis ad ortum
R epperit exciſo loca ſubterranea ſaxo
Q uæ Natura/vel Ars/vel vtraq; potentior ipſe
C œli & terræ opifex iam longuo excuderat æuo:
R epperit & grandem muſcoſo in marmore puppim
(P riſcum opus) inſculptam ferro/ miratus & alta
M ente putans/meminit iactatam fluctibus Arcam
T empore quo totum Nereus ſe effudit in orbem
I n ſummo ſediſſe iugo (ſic fama ferebat)
V t quodam in ſcopulo/ cum vix foret æquore merſum/
E t patrem bumani generis timuiſſe carinæ
N aufragium/ſed mox pelago aſſurgente leuatam
N aſſe per immenſam nec babentem littora Tetbym
Q ua ſtantes egere Animæ: fuit iſtius ergo
I ndicium caſus ſignata in marmore puppis.
F ecerunt inuenta fidem Concbylia paſſim
P er nemora in montes fuſos teſtantia fluctus.

Ante fores ſeſe latum effundebat in orbem
Area/& in medio florenti margine ſeptus
Fons vitreis manabat aquis ſub tegmine grandis
Caſtaneæ/quæ tunc frugem incipiebat echino
Maturare graui/fœtumq́ aperire recentem:
Ecce Deus dixit ſenior/Deus ecce ſuorum
Patronus/paſtorq́ bonus dedit omnia nobis
Hoſpitium victumq́ ſimul: mihi porrigit arbor
Vnde famē/fons vnde ſitim reſtringere fas ſit
Et dubitant homines ſuperis ſe credere? qui vult
Quod ſatis eſt vitæ non inſeruire palato
Inueniet paſſim ſyluas alimenta per omnes.
Hæc felix eſt vita hominum ſcelus ante parentum/
Dum pia ſimplicitas viciata libidine nulla
Non ſitiebat opes/ſed erant communia cunctis
Omnia/dum pure paſſim & ſine ſanguine menſæ
Salue ſancta domus/ ſancti ſaluete receſſus
Sacrorum nemorum/ſaluete ſilentia curis
Opportuna pijs/ad quæ velut ad ſua tempe
Vrbibus antiqui patres fugere relictis/
Hic mihi mons Carmelus erit: mihi Numina faxint
Succendi Elijæ ſanctis precordia flammis.
Sic fatus ſenior cæco de vimine Cratem
Incipit ordiri/multaq́ intexere fronde
Arceat vt gelidam ſpeluncæ a limine noctem.
Et folijs ſtratum accumulans arentibus antrum
Diuidit in partes geminas/ pars intima ſomno:
Altera quæ luci magis eſt vicina dicatur
Excubijs/& pſallendos ſeruatur ad hymnos.
Temporis hæc ratio/noctes inſomnis agebat
Vſq́ ad Luciferum/noctu aſcendebat olympum
Mente legens exempla patrum: noctu omnia Diuum

Tecta reuiſebat meditans.ſed pronus ad aram
Lucida cum mediam duxiſſent ſidera noctem
Pſallebat tenui dauidica carmina cantu
Quæ pietas patrum ſeptem digeſſit in horas.
Cum Venus extulerat faciem/mox lumine preſſo
Matutina quies laſſos infuſa per artus
Ibat in eoi ſurgentia lumina phœbi.
Tunc vbi iam primæ laudes exſoluerat horæ
Ad ruris tranſibat opus/ne lenta nocentes
Ocia nutrirent curas deducere riuos
Florentem riguis adaquare canalibus hortum
Vertere tellurem/committere ſemina ſulcis
Exercere ſolum/teneras depangere plantas
Cura erat/& totam ſudando abſumere lucem:
Fiſcellas etiam virgis vel cortice ſecto
Texere/& in grandes ſyluam proſcindere aceruos
Vnde focis daret hybernis alimenta ſolebat.
Deniq̃ Thebei quæ per loca ſole propinquo
Deſolata patres geſſere negotia: ſanctus
Segnitiem fugiens exercuit omnia Paſtor:
Non vinum.libare Deo/non frangere panem
Tunc poterat: fortuna viris preſtantibus atrox
Hæc quæ ſunt etiam miſeris alimenta negabat:
Propterea vmbroſas rupes qua ſole putabat
Auſtrino nemus eſſe ferax aliquando peragrans
Sylueſtres Corylos & ſaxea corna legebat
Phagineaſq̃ nuces/barbataq̃ meſpila: nec non.
Mala comis iam deciduis tamen acria: & iſta
In ſua vectabat feſtis epulanda diebus
Horrea: cœnandum vero ſi lautus eſſet
Arida de calato promebat fraga colurno
Conſuetus finire acidis conuiuia ſorbis.

Cum ſol pronus erat iam deſcenſurus in vndas
Antipodum curru rediens ad regna cadenti
Veſperaq́ꝫ æternos ſtellarum accenderet ignes
Moris erat laudes cantu recitare diurnas:
Et poſt corporeos animo indulgere labores.
Non aderant illic hominum conſortia: Verum
Syluestres (res mira) feræ quæ horreſcere vultus
Sunt ſolitæ humanos patris ad ſpelea cubabant
More ouium / media quotiens æſtate ſub alta
Ilice pallentes armentum ruminat herbas.
Huc armata gerens falcatis dentibus ora
Sus ferus / & canibus iaculis bicoloribus Hiſtrix
Noxia / ducebant catulos & longua trahebant
Ocia ludentes: necnon & meiere lynces
Purpureas ſoliti (dicunt Lyncuria) gemmas.
Nec Panthera ferox aberat: nec tergore Panther
Multicolor vario: nec quæ preuertere curſu
Fertur aues Tigris. ſolituſq́ꝫ attollere ſeſe
Vrſus in amplexus / & aperto alludere rictu
Quiq́ꝫ ſolet villos cum vult mutare Tarandus.
Dammarum / leporumq́ꝫ greges poſt prandia facto
Cum ceruis / cum Dorcadibus / cum Vulpibus illuc
Agmine tendebant / velut ad ſolemnia quædam
Feſta. Lupi quoq́ꝫ / & obliti feritatis Onagri
Innumeræq́ꝫ aliæ pecudes ſic manſuefactæ
Vt ſenior manibus miſſis ad guttura ad armos
Contrectaret eas / velut Armentarius ipſa
Quæ paſcit iumenta / boues domitaſq́ꝫ iuuencas.
Diſcite mortales quid vita innoxia poſſit
Et q̄ptum imperij / ſi non peccaſſet habebat
Ille hominum primus pater in genus omne animātum.
Nec pecudes manibus ſolum tractare ſolebat

Sed curare etiam ſi quam vel vulnera paſſam
Ver morbo correptam aliquo fortaſſe videbat.
Nec prius innocui patris de limine abibant
Quam Crucis in formam ducta dimitteret illas
Ad ſua tecta manu. Volucres mirabile viſu
Sic curat diuina pias Clementia mentes/
Aſſidue fruges aliquas & certa ferebant
Pabula/vt Heliſæ ſicco in torrente ſuperbum
Dum fugeret Reginæ odium/deferre ſolebant.
Contigit vt quærens dictas a Pæone frondes
Atq; ſalutares magnis langoribus herbas
Montis in argei ſummam deuenerit arcem.
Hic vbi deterſo frontis ſudore leuauit
Lumina/ſe niueo quædam de marmore molis
Obtulit. aſpectu ſtructuræ inſignis amœno
Delectatus adit propius. monumentaq; priſcæ
Militiæ agnoſcens viſum per ſingula verſat.
Illic ſcriptus erat Tiphys pegaſeus/& Argo
Prima ratis/ventoq; ſinus laxabat Iaſon/
Orpheus/& fratres Helenæ Ledea propago.
Hic etiam patrem fugiens Medea/puerq;/
Quem memorant populis feciſſe vocabula Medis.
Regis Alexandri pugnas: & Amazonas armis
Argolicis victas/vaſtataq; littora longe
Euxini hircaniq; maris monſtrabat imago
Saxea/& atroci victos certamine Colchos.
Hic Lucullus erat ventoſa per æquora vectus
Vtribus inflatis/toto admirante profundo:
Sculptus/erat Nereus: ſculpte cum Doride Nymphæ
Spectantes ſine naue ducem tranſmittere pōtum.
Hic diſiecta mari claſſis mitridatica toto
Remigibus partim cæſis partim æquore merſis

Hic Pompeius adhuc felix veſtigia pronum
Ad ſua Tigranem poſito diademate, rurſum
Inſtituit regem. iuga per ſublimia Tauri
Tendit in Aſſyriam/Solymaſq; aſcendit in arces:
Tu quoq; Cæſar eras bis annumeratus Ibero
Victor ab Oceano veniens per gallica regna
Atq; per Italiam per rura Philippica/& omnes
Aemathie/campos/& per mareotidis agros.
Nam tu Cappadocum populos & pontica longe,
Littora pacaſti/terras meotidos vltra
Vſq; ad hyperboreæ gentis deſerta fugato
Pharnace perpetuo romani nominis hoſte.
Hic muliebre genus mammis bellatur aduſtis/
Militat ad Troiam/profert confinia regni
In Liciam/ponitq; Ephesum/magni Herculis arma
Suſtinet/& totis fit gens celeberrima terris.
Multa ſuper Perſis qui regnauere per oras
Cappadocum/ſuper antiquo rege Ariarate
Multa legi poterant/ſed nomina plurima tempus
Leſerat/& tenebram titulis iniecerat ætas.
His ita decyrſes procul apparentia. regna
Et poſitos ſub monte locos ſpeculatur ab alto.
Euphratemq; tuens lapſum de montibus altis
Armeniæ verſus Syriam ſe voluere magnis
Molibus vndarum quonam deſcendere pacto
Poſſit ab eois ſecum conſiderat hortis.
Thermodonta videt/qui preterlabitur oras
Cappadocum verſus Colchos/videt æquora Ponti:
Trapezunta mari appoſitam: Ceraſuntaq; notam
Arbore/quam gelidis vexit Lucullus ab aruis/
Magnopolim/quæ in monte ſedens cognomina magni
Pompei ſeruabat adhuc/Claramq; Sebaſten/

C uius agros longo curſu diſterminat Iris
A mnis in Euxinum veniens/ & Cæſaris vrbem/
E t quam Graiugenæ priſci dixere Comanam/
Q uod cum crudeles aras fugiſſet Oreſtes
E t germana/comas illic poſuiſſe feruntur/
E t grauis exilij longum finiſſe dolorem.
E cce Tianenſes agri/quos magna celebrant
N omina Apolloni Boream qui vidit & Auſtrum/
E oaſq; domos/& Iberi fluminis ortum.
E cce ſinopeum littus/mileſia gens hæc
C yaneis olim multos dominata per annos/
P yramus apparet:necnon Cydnuſq; ſaruſq;
Q ui Cylices adeunt campos & in æquora currūt
Q uæ tenuit varia famoſus imagine Proteus.
E cce Melas ſubit Euphratem/Boreamq; peroſſus
T endit in Auſtrino terras ardore calentes.
¶ C ætera per campos & per montana notatu
D igna ſequebatur viſu:ſed proxima iam nox
A blatura diem Cœlum aſcendebat ab ortu:
E rgo in tecta redit lignis oneratus & herbis:
V rbs ſub monte ſedet/veteres dixere Pelaſgi
E uſebiam,quo tunc preſes cum milite multo
V enerat/& Ciues magna ambitione parabant
Q uæ oblectare ſolent oculos & pectora regum.
V enatum iuuat ire,canes & retia & arma
E xpedunt,ſternuntur equi/ſuccincta Iuuentus.
I t lætis in pugnam animis,hi cantibus inflant
C ornua rauciſonis:hi ſpicula lucida vibrant
H i millos ad colla canum contra ora luporum
S æua ligant,& ferratis collaribus armant.
I tur in Argæi ſyluas,vbi tanta ferarum
C opia,quanta auium leuibus ſecat aæra pennis/

Q uanta gregum piſcoſe tibi Bœnace natantum.
N am q̃uis ſæuiret hyems aſperrima nondum
N ix tamen iſtius montis conſperſerat armos.
V t ventum in ſaltus/nemorum per opaca ſilentum
L uſtra/procul fragor auditus:fugere volucres:
P hagicolæ tanto ſomno abigente tumultu
D eſertis trepidi Glires abiere cauernis.
Q uiq; ſolent humeros caudis vmbrare Sciuri
E uaſere pedum volucri leuitate per alta
R amorum tabulata. Tonat mons omnis equorum
H innitu clamore virum/mugitibus altis
C ornicinum/crebriſq; canum latratibus. Echo
E rrat/& auditas dum vult effingere voces
O re facit fremitum/quem dant freta concita ventis/
C um ſalit ad cautes/vel cum percurrit arenam
L ittoris/& ſpumans voluit conchylia Nereus.
P erculſæ hac nouitate feræ paſtoris ad antrum
A gmine conueniunt magno loca tuta putantes
E t ſine vi quæcunq; ſenex incanus habebat.
I n nuda tellure cubant/maiore tumultu
S ylua ſonat ſemper/ſtrepituſq; adoleſcit in horas.
N ec mora nec requies/aditus indagine claudunt
E t vacua expectant ſylueſtrem retia predam.
C um labor incaſſum fieret/mirata Iuuentus
C aſtra mouet/magis alta petunt/penetralia ſaltus
A ſpera veſtigant:eadem fortuna laborem
L udit/& inuentos aufert ſtudiumq; operaſq;.
C aſtra iterum tranſferre parant/ſed pronus ab alto
P ræcipites currus premeret cum Phœbus olympo
S pe fruſtratus iter Princeps conuertit in vrbem/
A tq; ita venandi triſtes poſuere laborem.
A t Iuuenum quidam grauiter cõmune ferentes

D edecus/inſtituunt ſaltus errare per omnes/
A c ſuſcepto operi totas impendere vires?
E uentuq́ꝫ ignominiam delere ſecundo.
E rgo per anfractus ſpineta per inuia montis
C um catulis abeunt. Plenis tum cornibus ibat
C inthia: & albenti radiabat lumine terras.
H ac duce perluſtrant ſurdum nemus/ & gradientes
I n ſua vota vocant ecathen/ & Oreades omnes/
S yluanum/ & Dryades/ſatyros/ & Pana Lycæum.
L una ſequens rapida ſolis veſtigia biga
S tellifer æ noctis medium tranſiuer at axem
F eſſi omnes cubuere ſolo/grandemq́ꝫ repente
I ncendere rogum ductis de marmore flammis?
M ox tenui dape veſcuntur: proſtrata ſubinde
S oluit membra ſopor/requieſq́ꝫ ſimillima morti.
C ontinuo Pan in ſomnis occurrere viſus
C ornua fronte gerens/flamanti lucidus ore/
P ectora ſtellatus/talo tenus hiſpidus/octo
F iſtula diſparibus calamis compacta ſonabat
C armen in auditum nobis/cœleſtia quale
S idera perpetuo reddunt labentia curſu/
I ſtaq́ꝫ ſepoſito paulum modulamine fatus:
C ynthia quæ curat ſyluas irata ꝙ iſtos
S e tulit in ſaltus nouus aduena/qui Iouis odit
P rogeniem totam/vobis hoc dedecus infert.
I pſi opus eſt priſco ſacrum perſoluere ritu
Q uem tulit huc fugiens Tauros Argiuus Oreſtes.
A duena qui primus vobis occurret in iſto
M onte/ſit iratæ placabilis hoſtia Diuæ.
N omine prefecto (neu ſit mora) dicite noſtro
N e faciat triuiæ parui mandata Dianæ.
S ic ait adiungitq́ꝫ minas niſi iuſſa faceſſant.

E uigilant/& clara dies iam ſoluerat vmbram
N octis ad antipodes noſtro fugientis ab orbe.
A rma manu capiunt/& iter per deuia cœptum
S omnia narrantes peragunt/ac viſa volutant:
E cce Senis patefacta domus/circumq́ cubantum
O mne genus pecudum:ſtabatq́ in limine Paſtor
H orridus attritis tunicis/barba hiſpidus alba
V entre tenus/cui canicies de vertice lapſa
S ublimes humeros impexo vmbrabat amictu/
I pſe nouis lætus radijs & ſole reuerſo
S upplicibus palmis orabat & ore ſupino.
M aieſtate Viri Iuuenes tantoq́ ferarum
C onuentu attoniti retro veſtigia vertunt
P ræfectumq́ adeunt. Q ui mox oracula Fauni
O bſeruare volens Iuuenes cum milite multo
M ittit/vt adducant Paſtorem in vincula miſſum.
I te ait:atq́ hominem cœloq́ ereboq́ odioſum
D ucite qui Triuiæ ſacras cæde imbuat aras:
R omanis igitur ſunt qui regnantibus auſint
A ntiquos damnare Deos? Audacia tantum
E rigitur? ſic ſunt hominum temeraria corda?
D iſſimulare nefas tantum Clementia non eſt/
S ed grauis impietas:ferro faciemus & igni
P rotinus agnoſcant/quid ſit contemnere cœlum:
A tq́ Deos quos Roma colit. Crudelis & iræ
I n patiens Turbam ſic vociferatus in omnem.
I nterea ſumptis cœlo delabitur alis
N uncius ora gerens hominis/ſed ſideris inſtar
L ucida/& ad ſancti venit gurguſtia Patris:
O bſtupuit ſenior cum mox reſplenduit antrum
P repetibus radijs/& talis imagine vultus:
Q ualis erat moſi facies de monte reuerſo:

Qualis erat Chriſto cum transſformata repente
Frons fulgore/Chlamys ſplendore incanduit albo:
Atq; hominē paucis ſic eſt affarier orſus.
Cappadocum Princeps hominum mitiſſime / qualis
Magnus erat moſes qui per maris æquora rubri
Sicca tulit fugiens Nilum veſtigia/ Salue/
Pone metum: Deus huc ſummo me miſit olympo
Vt te premoueam quantas tibi tendat Auernus
Inſidias/vt ſim tecum certanine in iſto/
Pone metum: nam victor eris. Plutone ſubacto
Sidera cum magno mecum ingrediere triumpho/
Et tibi ductor ero: nec te pater ante relinquam
Quam videas magni ora dei/q̃ ſidera calces.
Iupiter & ſtigij manes concorditer armant
In te Romulidas/qui nunc dominantur / aguntq;
Arbitrio tot regna ſuo: ſed iam Deus iſtud
Incipit imperium grauibus contundere bellis/
Et iam trās Iſtrum Dacos ammouit/ab arcto
Tempeſtas oritur gentem ruitura latinam/
Sed ſuper hoc alias: a preſide miſſa propinquat
Magna cohors/quæ te victum ad pretoria ſiſtat/
Quo des ſacra Ioui: quo deteſtabile Numen
Mauortis Triuiæq; colas/ne horreſce catenas
Et contemne minas/ & paruipende Tyrannos.
Audiuiſſe potes quantos Laurentius ignes
Vicerit/& quibus obſtiterit Vincentius armis.
Scis antiqua domus Chriſti quo tramite ſurſum
Venerit: hac iter eſt Diuis ad olympica tecta
Iſtud Chriſtus iter primus peragrauit/& extant
Quæ veſtras moneant/eius veſtigia mentes.
Pone metus igitur/ſanctoq; accinge labori
Fortiter/inceptis aderit regnator olympi/

Diui aderunt omnes: nec pœna videbitur atrox/
Perpetuam ſudore breui mercare quietem:
Pugna det æternam tibi momentanea pacem:
Cœleſtes eme morte domos/ opprobria vitæ
Exue mortalis/ſuperaſq; enitere ad arces
Ocyus/immundis tandem de ſodibus exi:
Nunc habitas inter pecudes: habitabis in altis
Cœlituum domibus: fractis iam deſine vinclis
Eſſe miſer: vera pro libertate cruorem
Magno animo quotiens opus eſt impendere pulchrum.
Incipe de magnis mundi rectoribus eſſe
Vnus: & hoc tandem corpus mortale relinquas.
Quod facit ærumnis homines ſuccũbere tantis.
Sic ait: & poſita ſe traxit in aera forma.
Ipſum etiam Chriſtum noctem veniſſe per illam
Ter memorant: & ſic hominem monuiſſe litandum eſt:
Surge veni: fer ſacra mihi: panemq; merumq;
In cratere breui ſubito conſpexit ad ignem
Vnde ſacram faceret: fecitq; ex tempore/ ſacrum:
Dum Pater hæc meditans totum ſe colligit ecce
Apparet Romana Cohors, quæ murmure magno
Atria circunſtans hominem vocat: ille repente
Prodit/ & in medios mittit ſe comitet hoſtes
Nil trepidans/ſentit ſibi ſanctum aſſiſtere Numen/
Et ſua delabi diuinum in corda vigorem.
Conſtrinxere manus manicis tum/atq; catenis
Ad iugulum miſſis hominem ſine fraude doloq;
Innocuum ducunt cinctum ſtipante caterua.
Deſolata ſuo multos ſpellæa colono
Plorauere dies/horti fleuere relicti:
Eleuerunt/ & aues: illuc velut ante redibant
Quottidie pecudes cœtu poſt pranda facto/

E t non inuento longum doluere magiſtro.
I lle animi compos ne quid perdatur eundo
T emporis/armatam monet hoc ſermone cohortem.
O clari virtute viri: ſic nanq; latinos
C ompellare decet: quoniam victricibus armis
M ortales alios terris domuiſtis & alto:
V os decet æternum non ignorare Parentem
Q ui mare/qui terras/magnum qui condidit orbem.
O rdior hinc ideo: q vos eſt fama putare
I ſtud opus quod nos mundum appellare ſolemus
A Ioue formatum/qui cum mortalibus olim
V ixit: & ideis fertur nutritus in antris
C lam patre Saturno/qui conſpirabat in eius
I nteritum/fuit in prolem tanta ira Parenti.
Q uo pacto veſtris vnq̄ maioribus iſtud
S uaderi potuit/ſtellas vt nocte micantes
E t tantos cœlorum orbes ſolemq; putarent
E ſſe hominis mortalis opus? Si cœca vetuſtas
V ſq; adeo fuit illa/deos vt fecerit ipſos
M ortalis homines: cur non reſcipiſcitis ipſi
A d quos vera dei proles oracula Chriſtus
A ttulit expulſis poſt ſæcula longa tenebris?
N am miſerans homines iſtis erroribus actos
I pſe Deus fractis ſtatuit ſuccurrere rebus
E t falſos auferre Deos/ac tollere cultus
S acrilegos a tartareo phlegethonte profectos.
H æc ea ſunt quæ vos cupiunt agnoſcere noſtri
C hriſtigenæ: qui dum veſtram curare ſalutem
N octes atq; dies pergunt/quod cœlitus ipſi
A ccepere volunt animis infundere veſtris:
H oc Amor officium/pietas opus excitat iſtud.
V os colitis diuos qui ſunt ſine Numine/at ipſi

N umina vera colunt: vos longi temporis vſum
P ræfertis nouitati iſti/quæ venit olympo/
Q uam regnare Deo vires prebente neceſſe eſt:
T alia dum memorat Pater admirante caterua
E x tecto Nurus irrumpit cum pignore paruo/
C uius erat dum pre ingluuie ſe ingurgitat eſca
F aucibus impacto preclusus anhellitus oſſe:
O re rubens tumidiſq; oculis & gutture biulco
V ix poterat ſpirare anima in pulmone ſepulta/
E rgo exclamabat mulier cui cognita ſancti
P atris erat virtus/Nati miſerere meiq;
S ancte Pater/ſuccurre inopi/veſtigia ſiſte:
C erne infelicem caſum/medicamine nullo
S anari nulla arte poteſt: opis indiga res eſt
I ſta tuæ: dignare manus extendere ſanctas
I n puerum/tactuq; gulam curare ſalubri.
C ontinuit greſſum miles/cupidiq; videndi
A d noua conuerſo ſtabant miracula viſu.
S tabant & medici circum/quos illa vocarat
V ſq; a Cæſarea ſubito/morbi iſtius ergo:
S tabat & a Colchis mulier quæ venerat illuc
D octa cythcinos cantus/& phaſidas herbas:
I pſe incuruatus pueri ſuper anxia Paſtor
O ra implorabat magni omnipotentia Chriſti
N umina/tum facili nixu de gutture vulſum
E xpuit os puer/& iugulis ſpirauit apertis:
C ontemplati omnes opus admirabile fixa
F ronte tuebantur taciti puerumq; Senemq;.
I puer/i/dixit Senior/diſcrimine tanto
L iber abi/tuq; o mulier defuncta dolore hoc
I n tua tecta redi: Chriſtoq; aſcribite factum.
P oſt mea venturum eſt extemplo funera tempus/

Quo ſi quos angina premet vel gutturis vlla
Altera pernicies/noſtras ſanentur ad aras/
Afferet auxilium per me mortalibus iſtud
Chriſtus ab vmbroſo qui nos exemit Auerno.
Vix ea finierat/cum protinus altera ſeſe
Fœmina proripiens ſancti ad veſtigia patris
Se proſternit/opem obſecrans triſti anxia caſu:
Tum ſenior lachrymas eius miſeratus & ora
Mœſta rogat/quid opus fieri? quæ tanta doloris
Cauſa noui? curnam in luctus deuenerit iſtos.
Illa trahens crebros gemitus contraria dixit
Sors mihi ſancte Pater rapuit domus vnde per annum
Noſtra fuit victura ſuem/paupercula tali
Menſa ope nutriſſet longum natoſq́ȝ virūq́ȝ
Qui aſſidue preſſo in campis incūbit aratro:
Sancte Pater fer opem nobis/Lupus improbus author
Criminis infandi furtum hoc in noſtra reportet
Septa rogo imploro obteſtor: Tibi nāq́ȝ ferarum
Ius Ecbate(ſic fama)dedit: cōmota repente
Riſit tota cohors/curamq́ȝ irriſit anilem:
Miles enim quoniam ſolet indulgere rapinis
Exſtimat altilium fieri ſine crimine predam.
Simplicitate nurus igitur lætatus/habebis
O mulier quod queris ait/tua damna rependet
Lucro aliquo meliore Deus. Vix talia fari
Finierat/cum furta rapax ablata reportans
Intrat tecta Lupus/poſitaq́ȝ in limine preda
Allatrante Canum turba per rura citato
Proripitur curſu/ſyluiſq́ȝ abſconditur altis
Rem miram romana cohors temeraria & audax
Tranſtulit in riſum clamans: Credebat opimam
Se rapuiſſe dapem Lupus: vt male pinguia ſenſit

P rãdãſia reſtituit: Docet hoc fera martia caſu
N os qui Martigenæ/ſumus/& verſamur in armis
R eddere quæ mala ſunt/quæ ſunt bona furta tenere.
S ed iam ſole diem ſecum rapiẽte monentur
I re vias. Tandemꝗ́ ſuos cum nocte penates
A duenere: ſenex nigri ſub Carceris vmbram
T ruditur: & conto valuæ clauduntur abeno:

FINIS PRIMI LIBRI.

Ræſes vt adductũ didicit truculẽt? et atrox:
I te canem dixit dapibus ſaturate caninis,
P E t ſimplex ſit cœna ceres cũ ſimplice lipba
H is epulis hominẽ ſupera dum veſcit̃ aura
P aſcite: nõ ſit honor/ nõ ſit clemẽtia canis:
I uſſa facit dominino Lictor crudelior ipſo:
S ed fuit hæc homini ſolito tradducere vitam
V t vixere patres quando aurea floruit ætas/
G landibus & pomis/ locuplex opulentaq; menſa.
A t quia carcer erat niger & ſine lumine cœcus
S ub tellure locus/ ſplendore incanduit albo
N uncius extemplo/ poſtq̃ de Carcere Lictor
E xijt: illuxitq; dies per inane baratrum:
M agna ſub has tenebras hydrorum copia frigus
F ugerat hybernum: gelidis nepa plurima ſaxis
H eſerat: & frigens tecto hybernabat opaco/
Q uæ ſimulac lucem inſolitam videre/ cauernas
I nuenere nouas: & humum repſere ſub altam/
E t domus expulſo nituit ſpacioſa veneno.
V t ſatis eſt epulis factum/ deducere noctem
I ncepere ſimul placidis ſermonibus illam:
E t paſtor ſic primus ait: Cur tanta piorum
O mihi ab ætheria Cuſtos qui mitteris aula
Q uottidie ſtrages oritur? terraſq; per omnes
C ur patitur tantos iactata eccleſia fluctus?
N onne erit his vnq̃ pœnis modus? an volet iſtam
P erniciem Deus æternos extendere in annos?
S ic ſenior: fari contra ſic Nuncius orſus.
O blaſi Chaos immenſum eſt Diuina voluntas/
Q uod neq; nos Diui qui templa æterna tenemus

S emper in elyſijs campis penetrare valemus
L uminibus/tantum illa pater/ꝙtum ipſa videri
S e ſinit ac ſi ſit ſpeculum/quod reddere poſſit
C um velit a rebus miſſas & claudere formas:
P rouenium: illinc quæcunqꝫ nogotia tractant
T artara/terra,fretum quiqꝫ æquora circuit aer,
M achinaqꝫ immenſi torquet quæ ſidera mundi.
E uentus iſtorum operum referuntur in illam:
I lla ſimul clauum ventos & vella gubernat:
E t iuſtum eſt quodcūqꝫ facit/nec quærere cauſam
I uſtitiæ fas eſt aliam: Velle illius eſt lex.
Q ui cura audaci penetrare profundius audent
A mittunt operas/ac ſi demittere in vtrem
A equora tentarent/pugnoqꝫ includere mundum:
C inctus in acceſſa quæ lumina noſtra retundit
L uce Deus: ſic eſt nobis abſcunditus ac ſi
I n tenebris lateat ſub calligante Baratro,
M ulta tamen ſcimus, quæ de penetralibus altis
D iſpenſante Deo noſtras labuntur ad aures
Q uod mihi ſcire datur fabor tibi, læta propinquant
T empora, principibus lex eſt impoſta cruentis
N e poſſint ſæuire diu: quod ſanguine gaudet
H oc crudele genus paucis abolebitur annis.
R oma ſuos omnes merſos in ſanguine vidit
P ontifices, poſt hac tres eſt viſura cruentos.
I llic finis erit, lugubria ſæcula claudet
M elciades, pax eſt illo ventura ſepulto.
N unc bonus expulſis romana in regna tyrannis
A dueniet princeps, ſub quo pacabitur orbis.
E t finem accipiet veterum cultura Deorum
C onſtantinus apud Thraces qua Boſphorus æquor
T hracius euxinis Aegeum ingurgitat vndis

Conſtituet ſedem imperij, latiumq́ relinquet
Chriſto: & Romuleam ſeptem cum collibus vrbem:
Tunc inſigne Crucis quondam damnabile ſurget
Ex humili in ſublime loco: præcedet honore
Romanos faſces: & regia ſigna coronas:
Tunc inter ſuperos vna lætabimur ambo:
Iſtaq́ ab excelſa mundi ſpeculabimur arce:
Hac tamen o blaſi de tenpeſtate quietis
Pacificæ clades heu deploranda ſequetur,
Et graue manabit dulci de melle venenū,
Vox eſt blanda quies, pax delectabile nomen:
Plura tamen de pace fluent opprobria damna
Dedecora Aerumnæ q́ de crudelibus armis
Degenerabit enim virtus antiqua, voluptas
Inter opes & delicias delumbia reddet
Corpora: & ammittet mens eneruata vigorem.
O ſtudia, o mores, o tempora ſordida. Cerno
Oblitos Chriſtum populos: incredula corda
Conculcare fidem: ſcelus omne incurrere facto
Agmine certatim fieriq́ animantia bruta:
Et Romam in caulas atq́ in magalia verſam.
Cœlicolæ in gentes male tunc aminabimur illas:
Atq́ ſua ſuperi quando impia ſæcula cernent
Deſtituent ope terrigenas caua tartara olentes:
Iraſcente Deo cohitum mala ſidera in vnum
Conuenient triſtes in humum iaculantia flammas,
Atq́ viam cœlum inueniet, qua conterat illud
Infidum crudūq́ genus. ſoluentur ab arcto
Terribiles hominum vultus, animiq́ feroces
Sauromatæ ſine diuina ſine lege humana
Viuentes, Hunni/Alani, Turci, atq́ Agatirſi:
Adde q́ inter ſe Chriſti inteſtina nepotes

M utua more canum rabidorum in vulnera verſi
B ella gerent/Grecis Itali/ Gallis Alemani
C ertabunt odijs pluſq̃ capitalibus: Vtq̃
S e extirpent/parcent turcis/parcent Agarenis:
T alia dum memorant labente in lumina ſomno
P rocubuit ſenior:ſemper vigil Angelus alta
S it licet incluſus turri/tamen omnia cernit
V ndiq̃ ſub terris/& quæ ſurguntq̃ caduntq̃
S idera,quæ nimbos tempeſtatumq̃ procellas
Q uæ faciant cœlo ſolem ſplendere ſereno:
E t noſtrorum operum cauſas intelligit omnes
Q uæ cum ſidereo veniunt abeuntq̃ recurſu.
O nimium felix Larium Natura piorum
N on miſere,ſubiecta neci/non indiga ſomni
N on victus/non veſtitus/defuncta periclis
O mnibus/& curis/quæ corda humana trucidant:
L ibera debilibus membris/& mole caduci
C orporis/ire potens quo fert ſua cunq̃ voluptas
P er maria & terras,& qua volat eurus & auſter:
C ui neq̃ Ver tepidũ/nec frigida brumma/nec æſtas
T orrida/cui ſolis non fert abſentia noctem
N on ardens fulgetra metum/non nubila nimbum:
C ui nunq̃ iratum pelagus/nec naufraga puppis
N ec grauis illuuies Campis/nec peſtifer annus:
N ec ſteriles agri:cui nunq̃ belliger hoſtis
I ngruit/æternos cui pax tranquilla quieſq̃/
E t nullo vexata ſalus languore per annos:
A mbroſiæ quam paſcit odor/cui ſemper aperta eſt
E lyſij regio & ſupremi principis Aula:
O nimium felix Larium natura piorum/
C ui pariles vt ſint animæ poſt fata/ferendum eſt
O mne quod hic cruciatq̃ animoſ & corpora torquet

Iamq; dies aderat/quæ ſanctæ oxordia pugnæ
Cerneret/& ſumptis pugiles committeret armis.
Hinc venit armatus multo cum milite princeps:
Inde pater ſine lorica ſine caſſide ſolus
Ducitur iniectis ad colla ſenilia vinclis.
Inualidis Princeps vult expugnare latentem
In membris animum: Senior ſeruare Tonãti
Syncæram ſanctãq; fidem/ preludia bello
Hæc dedit: his iaculis inijt certamina princeps.
Lætare obſeruande ſenex/ & Amice Deorum.
Tum ſenior. Lætare & tu fortiſſime Princeps:
Sed caue ne qui ſunt ſolo Dij nomine/ Credas
Re fortaſſe Deos: Hæc inprudentia tanto
Si bene conſultes/ſcelus eſt in principe magnum:
Nec debet vox iſta Deus venerabile ſanctum
Aeternum immenſumq; ſonans infamibus vmbris
Attribui, qualis Venus eſt & iupiter & Mars.
Ac ſimiles alij/quos ſub fornacibus altis
Torquet in obſcuris flamis vmbroſus Auernus
Nomen id eſt Naturæ vni/quæ regnat olympo,
Quæ fecit quodcunq; vides/non pluribus aptum:
Nec tibi crediderim Princeps ita ſegnia corda
Tam rude tam ignauũ ingenium quin ſidera Cœli
Suſpiciens videas opus id non eſſe Deorum
Qui ſtatuas habitant veſtras/& ſordida ſaxa
More colubrorum/quibus eſt innata libido
Dente venenato, pecudeſq; homineſq; necandi.
Talibus accenſus præſes quæ verbera mente
Pertulerat/miſeros hominis conuertit in arctus:
Explicitiſq; iubet virgis & faſce ſoluto
Terga ſeni deducto humeris velamine cædi.
Et poſt hæc indigna trahi ſpectacula rurſum

A d nigræ immundæq́ domus horrentia clauſtra
V erberibus duris leſos vbi Nuncius artus
L eniit/ & blando pepulit ſermone dolorem:
H æc vbi facta Nurum cuius fera martia chortem
L eſerat/occidiſſe ſuem/pernamq́ tuliſſe
C um faculis ad clauſtra ſenis: q̃ egere duobus
C rederet his clauſum tenebris & carcere fama eſt:
I lle Nurus animos & cōmiſerantia corda
S uſcipiens potius q̃ dona exilia/dixit
V ade age ſancta Nurus/faculam delubra quotannis
A d mea fer: ſic te melior fortuna reuiſet
S emper: & hæc quotquot fuerint exempta ſequuti:
C onſilium non ſpreuit Anus: poſt funera patris
S emper idem repetiuit opus/ponebat ad aram
Q uam ſubito Ciues illi poſuere/quotannis
C ærea dona facem/qua relligione repente
A d tantas deuenit opes/vt rure relicto
C um Lare vicinam toto migrarit in vrbem:
A ltera maiori Lemures certamina nixu
I nſtaurare parant: Curſoris imagine ſumpta
P hœbus adeſt mandata ferens a Cæſare contra
P rogeniem Chriſti pro relligione Deorum:
F inxerat has Delphis nugas ſuadente Minerua
S aturno/Ioue/Mercurio/dum ſidera noctem
T orquerent mediam/tentoq́ ſagittifer arcu
S candit: & auratum ſurgens attollit olorem:
A rtibus his princeps factus crudelior ira
A rdeſcente fremit: ſtygioq́ exuritur igne:
E t tortus torquere parat: iubet ante tribunal
S iſti hominem/qui procædens ſtridente catena
I n ſe animos populi aſtantis conuertit & ora.
T um princeps q̃tum Ioue mens agitata ſinebat

Diſſimulans odium/ſolio ſic fatus ab alto.
Haec tua ſi prudens ſeris vt conuenit annis
Cordatuſq́ʒ fores/eſſet venerabilis aetas/
Atq́ʒ vti nos diuina monent humanaq́ʒ iura/
Digna coli: ſed te preceps dementia fecit
Ridiculum. Quis enim Blaſi non dixerit illum
Dementire/Deos auſit qui inſurgere contra?
Atq́ʒ Iouem damnare patrem diuumq́ʒ hominumq́ʒ?
Quare age forte loco ſi mens te mota fefellit
Hactenus/vt multis vſu eueniſſe putamus:
Nam ſic Alcides ſic eſt deluſus Oreſtes:
Vtere conſilio tandem meliore/faceſſat
Error/& euades vinclis & carcere liber
Hanc ignominiam poenaſq́ʒ iramq́ʒ Deorum.
Quod ſi tanta tuam tulerit vecordia mentem
Vt vicies diuos ſtulta atq́ʒ infanda loquendo
Heu miſer inſolitos hodie experiere dolores:
Compoſito vultu Princeps vbi talia fari
Deſijt impauidis Senior ſic vocibus orſus/
Iſte tuus Praeſes thronus hoc ſublime tribunal
Vt nos inſtituunt diuina humanaq́ʒ iura,
Eſſet honorandum/ſi quae caeleſtia adorant
Corpora/& incluſa his rerum natura elementis
Numina vera coli pulſo concaederet orco:
Sed tua in obliquum recto de limite contra
Fas & iura ſimul ſic eſt conuerſa poteſtas
Vt videare Deum ſummo detrudere coelo:
Et dare Plutoni iura imperiumq́ʒ Tonantis:
Quae quanta impietas quae ſit dementia, nemo
Ignorare poteſt/cui verum agnoſcere cura eſt.
Quo fit vt iſte Thronus ſuperis odioſus, & orbi
Noxius indigne tantos vſurpet honores:

Quare age iam deſiſte iſtis incūbere curis
Turpibus/& noli miſeris mortalibus eſſe
Excidio:noli infandos defendere manes:
Sed patere æternum regna hæc agnoſcere patrem
Quem coluit Ianus:Ianus qui nomina fecit
Ianiculo/cuius flauis veſtigia lymphis
Albula tyrrheni quærens ſalis æquora,lambit.
Ianus enim ſi vera potes perferre loquentem/
Venit ab Aſſyrijs/poſtq̃ mare in ardua quondam
Diffuſum iuga ſe primam contraxit in aluum.
Vniuſq; Dei cultum tulit/atq; reliquit
Omnibus in terris:Sed non tenuere nepotes
Diuinos ritus/& quæ vulgauerat ipſe
Sacra per Armenios/& circūſtantia regna:
Nam Pluto/& ſtygij manes quos dicitis ipſi
Eſſe Deos/natura atrox genus atq; ſuperbum
Lina tetenderunt/& adhuc improuida ſæcla
Incluſere plagis/quibus hæc quoq; ſæcula claudunt:
Et vos tantarum ignaros fraudum atq; dolorum.
At Deus imperium cuius ſine fine/rapinam hanc
Tempeſtate tulit longa patienter/& æqua
Mente:ſed hanc iſto fraudem diſpeſcuit æuo:
Seq; palam fecit nobis/& ad hæc ego regna
Mittor/vt ex iſtis exautorata vetuſtas
Finibus excædat/veniantq; nouiſſima ſæcla:
Quæ neq; tu prohibere potes/nec Roma/nec Orbis
Totus:& hoc conſtans & inelluctabile fatum eſt.
Summa igitur Princeps ope te vitare Tonantis
Arma decet/ne te a ſummo profliget olympo:
Et ſubito ſtygias adigat te fulmine ad vndas.
Me vero terrere minis,deducere ab iſtis
Grandibus inceptis potis eſt vis nulla:necare

Et torquere potes corpus moribundaq́ membra:
At animus manet intrepidus: manet inuia cuntis
Supplicijs mens alta tuo molimine maior.
Christus enim tali ſtrinxit mea pectora nexu
Vt flammas ferat/& chalybem, durūq́ Adamantem.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectabat Princeps/rabieq́ ardebat amara.
Non tulit vlterius flagrantem pectoris æſtum
Vociferans huc lictor ades: nudate loquacem/
Sacrilegum/deceptorem: peraretur ahenis
Pectinibus: clunes/lumbos/& ruſtica terga
Scalpite: conueniunt ſtrigiles his rhenibus iſti.
Tale miniſterium docti ſternuntq́ ligantq́
In quernis hominem tabulis/adiguntq́ ſub alas
Ad Crura ad femora ad rhenes ad colla rudentem
Quadruplicem/quali frenant ad littora puppes.
Horrendiſq́ cutem ſulcant (miſerabile viſu)
Dentibus/erumpit fractis cruor vndiq́ venis,
Et late exiliens turbam ſcintillat in omnem:
Poſtq̄ ſciſſa cutis paſſim/& ſat terga tulerunt
Pœnarum & cædis/manibus laxata cruentis
Vincula pauliſper: faciuntq́ incūbere tergo
Ora ſupinantes/& abenis dentibus inſtant
More canum/quotiens auidos in viſcera rictus
Aure tenus mergunt/predamq́ trahuntq́ vorantq́:
Corda ſenis tanq̄ medijs in fluctibus arcæ
Marmoreæ robuſta manent/verbiſq́ miniſtros
Talibus affatur/mactate ſenilia membra hæc/
Atq́ fatiſcentes artus/& inutile dudum
Corpus/eat ſenium/viridiſq́ refloreat ætas/
Vt Ver poſt hyemē/veniatq́ æterna Iuuentus:
Hac ea ſunt quæ me faciunt tormenta beatum.

Quæ renouant. dum fert ignes dum vapulat durum
Clarius euadit: ſic mortificata decorem
Membra reportabunt/cœloq́ȝ ſimilima fient.
Qui magis atteritur vultu meliore reſurget.
Hæc Pater. At miles ſic precipiente tyranno
Ora ferit/ludenſq́ȝ comas incanaq́ȝ menta
Pectit: & horrentem concreto ſanguine barbam:
Poſtq̄ꝫ cæde ſolum tanta ſtagnare tyrannus
Impius aduertit/quantum non fundit Aruſpex
Ad Capitolinas taurum cum victimat aras/
Ducite/pugnatum eſt hodie ſatis/inquit ad antrum.
Eſt viſura aliud maius lux craſtina bellum.
Sic ait. In tenebras igitur ſqualentiaq́ȝ. antra
Dum redit/Ecce Nurus ſeptem comitantur euntem/
Admotiſq́ȝ legunt tepidum crateribus imbrem
Sanguinis indignum ſpargi tellure putantes.
Quod ſimul ac vidit tali pietate tyrannus
Acriter offenſus grandem prorumpit in iram.
Et clamat/vincite magas/adducite vinctas.
Hic aliud certamē adeſt/ſpectacula ſurgunt
Altera: & inſignes ineunt proſcenia Ludi:
Herculeos nobis opus eſt perferre labores:
Vicimus hunc Phlegyam: vincamus Amazones iſtas:
Sic ait: ingenti plæbes vrbana tumultu
Fluctuat/& denſe complent pretoria turbæ:
Intenduntq́ȝ oculos/tanti quos ſubmouet ingens
Congeries vulgi/nequæuntq́ȝ accædere ſurſum
Attollunt vultus/ſummoſq́ȝ leuantur in vngues:
Ecce Nurus adſunt/quas compellare tyrannus
Incboatis verbis. Et vos libare Dianæ
Eſt opus: & veſte ſanctas accedere ad aras
Suppliciter: Veneriq́ȝ arabes apponere fumos:

S ic decet officium collecti infame cruoris
R adere: & hoc ingens ſcelus abſtergere litando.
L udificans illas ficta ſubtiliter arte
S ic ait: ipſe itidem fraudes arcere paratæ
F raudibus: ad ſtagnum quod erat prope mœnia ferri
S acra Deoſq; iubent: illic vt flumine viuo
S e abluerint ſpondent ſe conuenientia Diuis
O rgia laturas: Fama hæc vulgata per vrbem
C ontinuo: factuſq; ingens concurſus ad vndam:
I nterea ex dictis ſubito muliebribus orta
L ætitia/ſummam Princeps ſeceſſit in arcem:
N am fore crediderat demens vt ſacra litarent.
P ro ripis igitur conſtructæ imponitur aræ
N uda Venus/ſignum Veſtæ, ſignumq; Dianæ.
H uc poſtq̃ venere Nurus atq; ora manuſq;
I n vitreo lauere vado/gradiuntur ad aram.
C orreptoſq; deos vbi lympha profundior vno
I mpete currentes ſtagnum iaculantur in altum.
E xtemplo in turbis vario rumore tumultus
N aſcitur: his temere factum affirmantibus/illis
S icut erant varie affecti/laudantibus aſtum.
S icq; ea multiplici lux eſt cum murmure clauſa.
P ræſidis vt caſus nouitas peruenit ad aures
F ulminat: & Colubro ſimilis cum verbere tardus
A rdet/& impatiens iræ ſe ſauciat ipſum
D entibus in caudam in lumbos in pectora verſis.
S e ferit/vt mulier dulci viduata marito
C um laniat crines atq; vnguibus ora cruentat.
A ltera lux oritur/vulguſq; negocia rurſum
I n ſua multiplici conuerſum murmurat ore.
I pſe ſatellitibus cinctus iubet ante tribunal
A duentare ſuo ſeptem cum ſemine matres/

Ad quas conuerſo fari ſic incipit ore.
Quæ vobis leuitas ſic inconſulta procaxq́
Sacrilegæ inceſtæq́ Nurus meretricia doctæ.
Armatæ mille inſidijs & mille venenis
Vt tanta cum fraude Deos tuleritis ab ara
Vt referunt/& precipites dederitis in vndam?
An docuit veſter vos hæc mendacia Chriſtus?
Hæ ſunt quas rudibus turbis infunditis artes?
Hæc documenta datis? Nunq̃ hoc impune feretis.
Taliter admorſo deferbuit indice princeps.
Illæ autem non eſt aiunt opprobria tempus
Tanta refellendi/cauſam tetigiſſe Deorum
Sit ſatis: hinc pugnæ iſtius proceſſit origo.
Quæ leuitas maior/quæ prodigioſior vſq́
Simplicitas fuerit q̃ ſaxa carentia ſenſu
Affirmare deos? & credere Numen ineſſe
Aeri/Auro/ligno/argento? Natura repugnat.
Lex Diuina vetat: Pluto/maneſq́ profundi
Hæc ſacra/hos ritus: hæc veſtra altaria rident.
Propterea in ſtagnum lapides iactauimus illos
Quod ſint res non digna coli: Deus omnia longe
Ante videt q̃ ſint/ſi res diuina fuiſſent
Hi lapides/poterant noſtras agnoſcere mentes,
Et paruo e manibus noſtris molimine labi:
Vix princeps hucuſq́ tulit/iubet arma parari,
Protinus/& magno lituos preludere bello.
In fora comportant famuli inſtrumenta dolorum
Omnia: Pecten adeſt: adſunt vngueſq́ faceſq́/
Bullit in ingenti liuens ſartagine plumbum:
Et coaceruatis ſtrident incendia lignis:
Repperit impietas trucis ingenioſa tyranni
Ad flectenda nouas artes muliebria corda.

Hinc locat ex molli ſeptem velamina byſſo/
Cyclades appellant/totidem thoraces ahenos
In medijs illinc flãmis ardore coruſcos.
Stabant in medio matres/ad quas ita fatus
Sublimi reſidens in maieſtate tyrannus:
Elligite ex iſtis vtrum magis vtile: Diuos
Significant tunicæ molles: Arma ignea Chriſtum.
Continuo ſaliens ſeptem de matribus vna
Collectas veſtes irritamenta malorum
Tollit: & annitens medios iaculatur in ignes.
Mirantur circũſtantes in pectore molli
Natura imbelli ac timido tantum eſſe vigorem:
Tam grandes animos/tam fortia corda/gigantes
Quos memorant tentaſſe Deos detrudere cælo
Non auſint tantum facinus, Tirinthius ipſe
Monſtrorum domitor poſito expalleſceret auſu.
Has vires tu Chriſte dabas/tu roboris author
Huius eras, Calcat romanos fœmina faſces:
Nec timet imperium/ſub quo ſe maximus orbis
Curuat/& antiquis audet ſe opponere Diuis:
Quos ipſi qui totum orbem moderantur adorant.
Hæc duo militiam mater ducebat in iſtam
Pignora/quæ tulit vna dies/vno ædita partu.
Hi Gemini caſus lamentabantur acerbos
Matris: & apprenſa materna veſte fluebant
In lacbrymas demiſſi oculos frontemq; decoram
Verſum humeros: flebant ipſæ miſerabile turbæ
Innocue fatum ætatis. Cõmota Tyranni
Pectora pauliſper: fletumq; effundere viſus.
Tolli igitur pueros/duciq; in carceris vmbram
Sanctus vbi vnda ſenior tellure iacebat
Præcipit/& ferri ex oculis quæ flectere plæbem

A tq; pios mollire animos ſpectacula poſſent:
I lli vbi ſe videre capi/clamore relictam
H eu miſero matrem appellant:o incendia dicunt
D ulcia/ſi cum matre pati licuiſſet in illis
I gnibus: & mater mater fora tota ſonabant:
M ater ad has voces pluſq̃ ad tormenta dolentem
I ntendens animum dabat hæc reſponſa latente
I n lachrymis viſu/Nati/Nati/ite videbo
V os iterum paucis poſt o mea chara diebus
V iſcera vos iterum: Nati ne flete parentem.
M utua ſic pietas accendebatur: & iſta
A nxietas pœnis animos laniabat acerbis.
F ortior in pugnam Præſes redit/atq; dolorum
M ille parat ſpẽs: matres ſuſpendite clamat,
P ubetenus nudate/cutem proſcindite ferro.
C rudeles ad opus properant crudele miniſtri
S auromatum de gente ſati ſub montibus orti
R ypheis vbi fert homines Cynoſura malignos.
N on pietas non vlla ſapit clementia/ahenos
E xpediunt dentes: & arant candentia longis
V iſcera pectinibus/penetrat dolor intima matrum
C orda: nec humani poſſunt ſubſiſtere ſenſus:
S oluuntur violati artus: pro ſanguine fundunt
L ac niueum: & fluxu tellus inſcribitur albo.
C um grauis artaret miſeras/& vincere robur
I nciperet muliebre labor/de nubibus ora
Q uæ videre Nurus/& non videre profani/
N uncius educens voces prorupit in iſtas.
O ſacræ ſanctæq; animæ magno atq; potenti
D ecertaſtis adhuc animo/quæ pauca ſuperſunt
C onatu tolerate pari: victoria veſtris
I n manibus: vobis totus venit obuius æther.

D ulce ſonans & dona ferens/gaudete/propinquat
L ux æterna/venit merces ſperata laborum
Q uæ veſtra ſpe maior erit: quot in orbe fuerunt
A primorum hominum naſcenti ætate dolores
T empus ad hoc vnam in campis cœleſtibus horam/
S i paribus merces par danda laboribus eſſet
N on emerent: maiora fide ſunt omnia apud nos/
S ed larga dat dona manu regnator olympi:
V nus adhuc vobis labor eſt adeundus: in ignem
I bitis aſt ego vos ſemper comitabor/& omnem
V im cohibens flammas in frigida balnea vertam.
D ixerat: & ſubito princeps ad opima vocatus
P randia diſceſſu clauſit tormenta citato/
P oſt epulas ſubito redit in certamina rurſum.
A nte ſuas vbi magna fores erat area/mandat
C onſtitui effoſſa grandem tellure caminum/
M agnaq; conflari ſtructis incendia truncis.
D urauit labor in noctem: nox tota labori
A ddijcitur: pyra conſurgit/Iam luce reuerſa
S ubijciunt ignes/& ductis follibus acres
E liciunt flamas/abeuntq; incendia in altum
A era/& ex lignis fugiens ardentibus aura
S tridula ſcintillas ſpargit per inane volantes.
H uc populo ſpectante Nurus intrare coactæ
S e cruce ſignante ineunt/qua maximus ardor
F luctuat/& qua flamma rubens grauioribus vndis
A eſtuat: ac tanti ardoris ſe in vortice mergunt.
C onfeſtim vero ſicut predixerat ignes
N uncius/expertæ innocuos/letantur & ardent
L ætitia: vocemq; leuant in carmina & hymnos,
E t Chriſtum matremq; canunt/errantq; per antrum
I gniuomum/tanq̄ agni alacres per roſida rura.

Abſterret res mira omnes/ipſumq́ Tyrannum/
Et vellet ſæuiſſe minus/victumq́ fatetur
Se tacitus. Quid agat neſcit/videt omnia contra
Seq́ Deoſq́ ſuos euadere: protinus ergo
Imperat educi flamæ de gurgite matres:
Eductas videt illeſas/miratur/ in vnum
Turba globum cobit/intentis miracula cernunt
Luminibus/nec corda queunt ſaturare tuendo.
Ipſe autem magicam factum conuertit in artem
Præſes, & o clamat quantum in cantamina poſſint
Theſſala/Medeæ quid verba venefica faxint
Cernite: & hæc iactans animo ſubridet amaro.
Sic turbæ feciſſe ſatis ſeſe extimat amens.
Verum aliter vulgi aſtantis pars maxima ſentit/
Et Chriſtum conuerſa canit/Venereq́ Iouemq́
Execrantur/aquas poſcunt/ad flumina tendunt.
Hic erat occultus Chriſti de gente Sacerdos
Leucoſyrus (Grai ſic appellare ſolebant
Cappadoces) dudum Carmelo a monte profectus/
Vertice carpathijs alto qui prominet vndis.
Auſtrales alius magis it Carmelus in oras
Quem fertur coluiſſe Nabal: quo tempore ſaulis
Inſidias fugiens Dauid in deſerta receſſit.
Iſte autem Carmelus erat/quem maximus olim
Incoluit Vates curru ſublatus in auras
Igneo/ & ex alto flamam qui traxit olympo.
Hic ſolitus turbis latices infundere ſacros
Perdius & pernox vitreas habitabat ad vndas:
Præſes vt aduertit tantos in plæbe tumultus
Ne foret incompos voti/ Lictore vocato
Iudicium capitale tulit/Matreſq́ ſecuri
Truncat: & exutæ poſt tot certamina tandem

C orpore felices animæ fugere volantes
A d ſuperos: vbi nunc mundo meliore fruuntur.
C orpora dum totam facit intempeſta per vrbem
N ox requiem/ſacri ad tumulos rapuere miniſtri
B ella ſebaſteus poſt hac ingentia Paſtor
E ſt paſſurus/eunt irato a principe miſſi
S auromatæ gens cruda/oculis imitata lacertos/
O re quaterdecimam pleno iam ſidere lunam/
A tq́ ſenem damnante foro tot ſanguinolenta
F unera/tot cædes/et tot ſpectacula viſu
T riſtia tam multo ſpumantem ſanguine terram/
A ere catenatum longo ad prætoria ducunt.
M iratur princeps hominem ſine vulnere vultu:
C onſpicuum claro/ & barbam ſquallore carentem.
A c ſi lotus aquis & olenti aſperſus amomo
E ſſet apud thermas: Hæc illi nuncius ora
F ecerat arte volens iſta torquere Tyrannum/
Q ui ſic fatur/Ades bone vir: Q uid deniq́ captas
C onſilij? ſi vis pacem/concedimus vltro:
S i vis bella/ſumus tibi reſpondere parati.
F are/nec in longum differ reſponſa/quid optes.
P aſtor ad hæc: Q uid opus multis? immobile durat
P ropoſitum: non ſum ſuaſu mutabilis vllo.
N on ſi mille mihi veniant in colla ſecures:
N on ſi mille pati facias incendia: non ſi
M ille ſub æquoreis habitarēe fluctibus annos:
P roſequere: & quo te tua fert ſententia perge.
P ræſes ad hæc: Ibis Blaſi cum piſſibus ibis
S ubter aquas/vicina ibis in ſtagna natatum:
N e te pœniteat ſero/tibi conſule: Paſtor
S at mihi conſului: Tu qui in maiore periclo
V erſaris/magis atq́ magis tibi conſule dixit.

Præſes ad aſtamtes/quæ ſint reſponſa videtis
Impia/quo pacto illudat nobiſq́ deiſq́.
Indignatus ait. ſtabant tum flumina crudo
Incruſtata gelu: nec babebant æquora fluctus
Pontica/Meotis tergum glaciale ferebat:
Frigidus Arctopbylax ita Caſpia preſſerat arua
Vt concreta gelu tranſirent æquora onuſtis
Plauſtra rotis: niue Taurus erat/niue candidus Emus
Aſt vrbana lacus ſtagnans ad mœnia lympbis
Mobilibus nondum frigentem ſenſerat Vrſam.
Hoc vt mirificis locus eſſet idoneus actis
Fecerat omnipotens/liquidæq́ pepercerat vndæ:
Conuocat armatam Princeps in tecta cobortem:
Et iubet ad ſtagnum duci/mergiq́ ſub alto
Gurgite paſtorem/ſuffocatumq́ relinqui/
Vt natet/& Cbriſti videant opprobria turbæ.
Coguntur: ſtipantq́ bominem/miſſoq́ per vrbem
Hoc rumore fluunt omnes pueriq́ ſeneſq́
Grandæue cum prole Nurus/ſtagnūq́ coronant.
Accinctus gladijs loricatuſq́ ſatelles
Fert pbaretras arcuſq́ bumeris/baſtilia dextris
Ad fatale vadum properat: Iam limina portæ
Preterit vrbanæ/ſtagnumq́ apparet & ingens
Pro ripis inbians bæc ad ſpectacula vulgus.
Tum ſenior preſtanti animo vultuq́ ſereno
Vt ſtagnum intuitus/dextram leuat atq́ potenti
Luſtrat aquam ſigno/ſtygias quod diſcipat vmbras
Horruit bæc ad ſigna latex/& marmoris inſtar
Duruit: Ingreſſus plantis fidentibus omnem
Permeat/& Tipulæ ſimilis ſuperābulat vndam
Hac illacq́ means magno clamore tonabat/
Cernitis o Ciues q̄ magna potentia noſtræ

Sit fidei/quando flamæ/quando æquora Chriſti
Imperio parent:ignes ardente camino
Non ſenſere Nurus:me fert vt cernitis vnda.
Non ea vis veſtris/nec tanta induſtria Diuis:
Quod ſi falſa loquor/veniant quicũq; Deorum
Auxilio fidunt/mecumq; per humida reptent
Aequora:Quid veſtri poſſint oſtendite Diui.
Audito hoc clamore procul de littore curuo
Proſiliere Viri decies ſuper æquora ſeptem
Fidentes ſtygijs & ſaturnalibus vmbris:
Sed ſpes vana fuit:mox vt tetigere lacunam
Cum ſonitu veluti totidem pregrandia ſaxa
Diſrupere ſolum/raptoſq; abſorbuit vnda
Fluctibus in gyrum late longeq; fugatis.
Vtq; fides populi magis aſtrueretur/eoſdem
In quibus abſorpta eſt plæbes incrudela/Paſtor
Conculcat peragratq; locos/campumq; liquentem
Pro arbitrio ligat & ſoluit.miracula multi
Tanta voluntates Quid nos contaminat vltra
Vana ſuperſtitio? Quid tempora perdimus aiunt?
Quid dubitamus adhuc credendo accedere Chriſto?
Talia per torbas ſerpebant murmura/quando
Nuncius æternæ monuit iam proxima vitæ
Tempora.Digrediens ergo ſtipante caterua
Blaſius intrepido redit ad pretoria vultu.
Fama preit/rumorq; volans ad principis aures
Ingreditur/totumq; refert ex ordine caſum.
Erubuit victus princeps/puduitq; videri:
Sed latuit rebus tandem infeliciter actis
Inſtituit longo iam finem imponere bello.
Cum pueris igitur qui ſoli in carceris vmbris
Seruabantur adhuc flentes/iubet enſe feriri

Colla ſenis/Corpuſq; feris/auibuſq; relinqui.
Menſis agebatur faciunt cui februa nomen
Tertia nox/& iam Venus aſcendebat ab ortu/
Caſſiopeq; Comes/cum limina Carceris intrat
Funeſtus nocturna ferens funalia Lictor/
Atq; catenarum nodis pueroſq; ſenemq;
Implicitos celeri trahit ad pomeria greſſu.
Tum ſenior pueros cum matris nomina nondum
Obliti veterem inciperent renouare querelam/
Sic hortatur iens: Pueri ne flete parentem
Imus ad ammiſſam/poſt parua videbitis illam
Interualla: hodie menſa cœnabimus vna/
Mittite ſingultus/ego vos comitabor/ & ipſi
Mecum eritis donec thalamos veniamus in illos.
Ventum erat ad loca ſupplitio decreta ſupremo
Cum ſubmiſſus humi palmas ad clara tetendit
Sidera/& hanc orans effudit pectore vocem
Sancte Pater qui nos ſæclo dignaris ab iſto
Mortali obſcœno in feſto tenebriſq; ſepulto
Tollere in æternam requiem lumeq; beatum/
Te veneror/tua mente ſequor conſulta fideli:
Et grates habeo immenſas/quod idonea viſus
Hoſtia ſim/dignuſq; tuo pro nomine obire.
Vnum oro/quando eſt vni hæc tibi tanta poteſtas/
Vt quicunq; meas ſupplex orabit ad aras
Auxilium iugulo & membris languentibus vnquam
Inueniat quam quæret opem. Reſponſa ſatelles
Audijt hæc/vulgoq; palam poſt funera fecit/
Subſcriptum eſt: Aſcende/veni: te expectat olympus.
Mox execta trium ceruix/& ſanguine tellus
Intepuit ſacro vix dum ſubtraxerat enſem
Lictor/ab excelſa mundi vertigine fulgur

E rupit ſubito: radijſq́ micantibus ardor
O btundens oculorum acies noctem expulit atram.
T erritus inſolitis miles ſplendoribus arma
P roijcit: & rapido fugit ad pretoria curſu.
Q uippe triumphalem tanto cum lumine pompam
C hriſtus agens tali funus celebrauit honorę.
T um ſuperum chorus acceptas gratanter & ore
L æto animas locat in primo ducis agmine: & aura
C onditus alterno repetiuit ſidera cantu.
A ſt vbi peruentum eſt ad celi immobilis alta
L imina/Chriſtus eas ſancta ad collegia patrum
A diunxit veterem pergens ſupplere ruinam.
S ub lucem vero ſacri tranſlati miniſtri
C orpora ſecreto flentes clauſere ſepulchro
S ancte pater Blaſi/pueri ſine crimine ſancti
V oſq́ nurus quæ tam magnis hæc bella tuliſtis
C ordibus/adſitis nobis mortalibus: iſta
C orporea ſtyge ſubmerſis. auertite morbos.
I mpetrate dies terris ſine marte quietos:
E x miſeræ ſanctum vitæ concædite finem.

F I N I S.

¶ FRATER BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI: NICOLAVS TOLENTINVS AD IOANNEM TOLENTINATEM EQVITEM AVRATVM.

F V ndamenta noui iaciēs ampliſſima mūdi
Ille Opifex tātorū opuȝ ſine corpe quædā
F ecit, & humanos nō admittentia ſenſus,
H æc ea ſūt ꝗ morte carent. Cū corpe ꝗdā
V t rari ſtellarum ignes, & quattuor iſta
C orpora quæ rerum veteres elementa vocarunt,
H is quoqꝫ corporibus quæ fecit inania vitæ
S implicitas quædam viuentia corpora iunxit,
T erram homini dedit & mutis animantibus, Alta
A equora piſcoſoſqꝫ lacus, & flumina fecit
P eruia Neptum gregibus, Leue ſuſtulit Aer
A lituum genus, & liquidis ſuſpendit in auris,
C oniunctos autem tectis cœleſtibus ignes
A ſtraqꝫ conceſſit ſanctæ Conſortibus Aulæ,
A c loca mundanam circūlabentia molem,
Q uæ forma quæ, fine carent, incognita quæ ſunt,
Q uæ pleriqꝫ vocant Chaos, indigeſtaqꝫ rerum
S emina, materiamqꝫ rudem, deus vnde recepit
H oc opus, Vnde trahat poſthac quodcūqꝫ creandū ē,
T am diues Chaos, in talem ſe extendit Abyſſum,
M ateria informis tantam ſe laxat in aluum,
S pirituum primo rerum quos fecit ab ortu
O mniſator, pars vna ſuum mirata decorem

Cum nollet parere Deo (preſtantia formæ
Prona eſt in vitium ſemper) migrare coacta eſt,
Ac mutare domos, Et in hæc mortalia lapſi
Regna volatilibus ſimiles ventoſa peragrant
Aurarum ſpacia, & terra, pelagoq́ feruntur
Inſtabiles, loca quærentes vbi ſiſtere poſſint,
Quidam etiam pulſi in tenebras Acherontis opaci
Exilia æterno lugent æterna dolore.
At Deus & ſuperi qui cum Genitore fruuntur
Imperio Cœli laceros ſarcire penates
Deſertosq́ implere locos tum protinus orſi,
Ergo hominum quotquot poſſent frenare tumultum
Bellaq́ & atroces iras ſeptemplicis Hydræ
Quæ colit in noſtro ſtagnantem corpore Lernam
Decreuere animas profugis ſuccedere Diuis,
Cœlituumq́ grauem ſic ſuppleuere ruinam,
Tum Deus in terris faciens plantaria cœlo
Cœpit in humanam curas extendere gentem
Amplius, & formare homines ad olympica regna,
Preceptis, ac lege docens quo tramite niti
Poſſet ad elyſios ſoboles Adamica campos,
Ac duplex oſtendit iter. Via prima ſalutis
Quam Natura tulit. Virtus fuit. Altera vero
Gratia nomen habet, Virtus primordia tanti
Eſt aggreſſa boni, ſtatuitq́ in limite recto
Humanos animoſa pedes, veſtigia in ipſam
Vertit honeſtatem duro ſcelus auſa capiſtro
Infrenare quidem, Sed Diuum euadere ad arcem
Et perferre gradus vſq́ ad penetralia mundi
Limina non potuit, Res eſt nimis ardua Cœlum.
Magna tamen ſi facta legas antiqua, videbis
Quæ pelago & terris geſſit miracula quondam,

Barbara corda, rudes animos, genteſq; ſuperbas
Conciliauit, agens homines qui more ferarum
Principio errabant iuga per montana; per agros
Vnius ad morem victus, hinc oppida, & vrbes,
Et regna, & quondam populorum Numina Reges.
Aſpice Perſarum regem qui fluctibus altis
Cinxit Athon, Cerne excelſas conſurgere turres
Et ſuper inductos Cameris pendentibus arcus
Sub ſe auibus prebere viam: ſubterq; ſonantem
Horrendum intortis vndarum molibus Iſtrum,
Hoc ſtruxit Traianus opus dum barbara regna
Fulminat, atroceſq; petit certamine Dacos.
Iulius audacis Rheni graue murmur & vndam
Præcipitem late effuſam, tortoq; minantem
Vortice ſubiecit plantis, peditumq; equitumq;,
Tanta ſequens exempla Nepos coniunxit Araxem
Armenium, preſſitq; iratum exercitus amnē,
Indomito bacchantem æſtu, raucoq; Tonantem
Mugitu, & terga in gyrum ſpumoſa rotantem,
Hæc fecit quæ corda parit ſublimia Virtus,
Neu decus heroum pereat, ſed duret in annos
Perpetuos, incidit in æs, in marmore ſignat
Arma, triumphales pompas, inſignia facta
Mittit in annales, ſtatuas excudit & arcus,
Atq; ſuos vtcūq; poteſt extollit alumnos,
Et cum multa ferat preclara & grandia virtus
Nil maius, nil vtilius, nil ſanctius iſto
Ferre poteſt, q corda hominum captiua tenentes
Diſſipat affectus, vt ſpemq;, iramq;, metumq;,
Atq; voluptates blandas, ceu nubila ab euro
Miſſa fugat Zephyrus, Boreas venientia ab Auſtro,
Hac duce (quæ laus eſt ingens) nos vincimus ipſos

N edum alios, noſtriſq; iugum ceruicibus vltro
S uſcipimus, Quod maius opus q̃ vincere Cymbros,
Q uam Parthos, q̃ Maſſagetas, gelidoſq; Arimaſpos.
G ratia Cœleſtis ſoboles diuinitus orta
S ublimat virtutis opus, nec inhæret honeſto
A ltius it, donec Cœlum tranſgreſſa Tonantem
I nuenit, illius noſtros ante ora labores
C ollocat, & fieri dignos impetrat olympo.
I ſta tulit ſanctos patres, qui prima tulerunt
S acra Deo, prius effuſis q̃ Proteus vndis
D uceret in ſummos armenta natantia montes,
E t qui depulſo repararunt ſœcula ponto,
V t Noe, cui Ianus erat cognomen, & Heber,
E t domus Abrami tantos habitura triumphos,
E t qui Cœligenam poſt tot labentia tandem
S æcula viderunt mundo illuceſcere Chriſtum
S ic abeunt in cœlum Animæ, turmiſq; coactis
M ore Auium cum brumma venit coguntur in vnum,
C laraq; dulciſono volitant in ſidera cantu,
I ſtud iter fecere Viri, qui rura colebant
T hebei deſerta ſoli, Quo tempore Paulo
F uneris officium gemini impendere Leones.
H anc iuere viam, qui neglexere Deorum
S acrilegos ritus, & contempſere Tyrannos,
V incula, ferrum, ignem, exilium, ieiunia, & omne
Q uod Rhadamāthus habet durum, ac miſerabile paſſi,
Q uas hinc ad ſuperos Animæ, Deus euocat, omnes
N ec meritis nec honore pares. Altiſſima quædam
I n loca perueniunt, vt quæ duriſſima paſſæ
S unt tormenta, domos habita ratione laborum
Q uos hæc vita tulit, non pro dulcedine laudum
T emporis iſtius, ſed pro pietate fideq;/

Accipiunt varias, varia ornamēta domorum,
Iſta volutantem cum nox labentibus aſtris
Iret in occaſum, lucemq́ aperiret ab ortu
Iam vicina dies nobis vicinior Indis,
Me ſopor oppreſſit, ſubitoq́ ſimillima curis
Somnia nocturnis mentem rapuere quietam,
Viſus enim curſu rapido ſuper æthera tolli
Inſuetum mirabar iter, mirabar olympum
In tantos curuatum orbes, nec habere colorem
Ceruleum, ſicut credi mortalia cogunt
Lumina, ſed vultu ſemper ſplendere coruſco,
Per campos etiam longe lateq́ patentes,
Concilia, & Cœtus Diuum mirabar, & vrbes
Aethereas, ſine ſole diem, ſine tempore & horis
Perpetuam, nullamq́ vicem concedere nocti,
Quo magis attollebar quo ſublimius ibam,
Tanto Lumen erat maius, tanto vndiq́ cœlum
Latius, & vaſte effuſi ſine limite campi,
Aſſidue vero flammas aſcendere quaſdam
Cum tueret ſtellis ſimiles, cuperemq́ doceri
Quid vellent ſibi tot luces, Vox impulit aures
Iſta meas, hæ ſunt Animæ quas lumine tali
Affecit diuinus Amor quas gratia functas
Corporibus Diuum æternas attollit in arces.
Vox vbi ſic fata eſt longe poſt terga remanſit,
Nam fugiens ſurſum ferri per inane videbar
Vt fugiunt volucres neruo impellante ſagittæ,
Meta viæ fuit in pratis florentibus, vnde
Ambroſiæ ſpirabat odor, cui nulla voluptas
Aequari ſub ſole poteſt, Licet omnia terræ
Gaudia conueniant, fiatq́ ex omnibus vnum,
Hic locus illorum qui relligionis Amorem

Præpoſuere opibus, qui ſunt tria vota profeſſi
Depulſi a turbis, & in alta ſilentia miſſi.
Hic memini vidiſſe meæ magna agmina gentis,
Qui Ducis Heliæ mores vitamq; ſequuti
Carmeli nemora & ſanctos coluere receſſus
Hic vates Heliſeus erat, quem poplite flexo
Totus adorabat reſonans preconia laudum
Circus, hic beliadum caput & tutela virorum
Hic erat Albertus, quo ſe Trinacria tantum
Iactat, & Andreas paſtor Feſulanus etruſcos
Qui tutatur agros, Et fama æterna Licatæ
Angelus hoſtili traiectus pectora ferro,
Tu quoq; Lunenſi claudit quem marmore Luca
Auertane pater, nec vis in mœnia ferri,
Cyrilliq; duo, quorum vnum Græcia, & vnum
Protulit Aegyptus ſanctæ duo maxima vitæ
Lumina, quæ totum radios miſere per orbem,
Hic Animas fratrum Carmeli in vertice quondam
Cæſorum, Quando erupit ſaladinus ab Auſtro,
Et rurſum aſſyriam plæbes Agarena recepit,
Vidimus, & ſparſum pro relligione Cruorem
Pronus adoraui proceres veneratus auitos,
Verti oculos vidi ingentes ſplendere cateruas
Auguſtinigenum, qui per deſerta ſolebant
Patris ad exemplum quaſi quædam examina nectar
In dulces miſſura fauos, deducere vitam
Cœleſtem in terris, ſeſeq; accingere olympo,
Inter eos Nicolaus erat (ſic nanq; vocabant
Voce virum graia) populi victoria noſtro
Id ſonat eloquio clarum tota bellade nomen
Spirabat iubar ex oculis ex corpore toto,
Quale ſerenata ſpargunt duo maxima nocte

A ſtra, Venus rutilans & pleno Cynthia vultu.
H unc vnum venerari omnes, celebrare loquendo,
I re ſalutatum, denſa ſtipare Caterua,
M irari, amplecti, diuina arcana docentem
I ntentis audire animis, Nec enim pater orbis
O mnia ſcire dedit diuos æqualiter omnes,
P lura ſciunt quos luce deus maiore ſubintrat,
T unc audire ſonum viſus verba iſta ferentem,
O Vates mortalis adhuc, ideo tibi olympus
P eruius eſt, vt ſis terris dum vita manebit
D iuinorum operum preco. Tua ſancta Poeſis
N oſtra ſit, Infames alios ſine fundere verſus,
E t cantare lupas, tu te largire Tonanti,
V t tibi defuncto quondam vitalibus Auris
A nnuat hanc patriam, noſtriſq; accumbere menſis
T e faciat cum gente tua, quæ prima penates
H os tenuit cum gente tua quæ tempore priſco
A veteri demiſſa Recbab tot ſæcula vidit,
T ot viſura, noui quot erunt ad tempora mundi
N am proles ſata patre Recbab labentibus annis
V enit ad Heliadas melioribus vſa magiſtris,
D ic illum quem luce vides precellere tanta
D ic quibus in terris ortus, quo tramite greſſum
H uc tulerit, Gratum ſuperis opus omnibus iſtud,
P reſertimq; tuis, Iſtud rogat Angelus, iſtud
S upplicat Albertus/nec non Heliſeus auorum
M aximus, hoc alij, totus te implora olympus
T alia cernentem per viſum oracula ſomnus
D eſeruit, phœbo cum lux clareſceret orto,
E xſilio in plantas, multumq; diuq; volutans
S omnia ſuſcepi Diuum mandata precatus
V t promenda nouas pluerent in Carmina vires/

M ox feror in tales, poſt hæc preludia Cantus.
I cenum Italiæ pars non ingloria quondam
P P role virum felix, qua ſol iam feſſus olympo
L abitur in magnos apices & in ardua tollit
S e iuga, quæ frondens agit Apœninus in altum
A era, Q ua vero rutilans aurora reſurgit
S e premit in panicos colles adriatica vorſum
L ittora, & æquoreas mittit veſtigia in vndas,
N omen id accepit, qui turba ſabellica voto
O lim vere ſacro cum tranſmigraret in illos
T urmatim campos volucris mauortia Picus
A d Vexilla volans comitem ſe prebuit, ergo
N omen Auis fecit, nomen Picentibus agris,
I ſta ſinu multas regio complectitur vrbes,
O ppidaq; illuſtri longe celeberrima fama.
H ic Quiriaceo felix Ancona ſepulchro,
H ic recinatis agri templum memorabile magnæ
M atris, vbi excelſam Paulus ſuperaddidit arcem,
A rcem alto capite in cœlum pinniſq; minantem/
E t ſolitam pelagi fluctus audire frementes,
V rbs Recina in campis olim ſtetit, Arma Gothorum
A equauere ſolo, Ciues qui cladibus illis
E merſere, ſuos tranſportauere penates
I n iuga prerupti qui reſpicit æquora montis,
A mmiſitq; ſuam veteri cum nomine ſedem,
A dde Tolentini contermina montibus arua
Q ua fluit anguſta veniens de valle Chientus,
H inc decus, ex armis ex relligione profectum
I nuenies duplex, quod tollit ad æthera gentem
I ndigenam, quod Piceno tantum decus addit
D actylico, quantum radians carbunculus orbi.
H æc quoq; Franciſco terra eſt decorata Philelpho

Non minus eſt q̃ pulchra ſuo Verona Catullo,
Illum ego pene puer quondam vidiſſe recordor
Iam gelidis niueum canis ſermone diſertum
Romano, graioq́ ſimul, lauroq́ virentem. &
Progenie duplici Mario ac xenophonte beatum,
Relligio dicenda prius, memoranda ſecundo
Arma loco, metam ſonipes ſudabit ad iſtam,
Aeditus in lucem ſterili Nicolaus ab aluo
Fertur, vt Abrami quondam natuſq́ nepoſq́
Vt ſamuel populi princeps ſadaiq́ ſacerdos
Maximus, & pollens immani robore ſanſon,
Tergoreq́ hirſuto Vates inſignis & agno.
Non poterat Natura iſtos educere partus
Vt pote maiores alijs mortalibus. Iſtam
Diuinæ virtutis erat producere prolem,
Propterea inualidos cum ſe videre parentes.
Continuo ad magnum ſe conuertere Tonantem
Tollentes in cœlum oculos, corda, ora, manuſq́
Lux ierat, feſſos nox intempeſta diurnis
Mortales operis ſomno compreſſerat alto,
Ecce vnus Diuum æthereo demiſſus olympo
Viſus adeſſe (Deus tali dignatur honore
Quos amat) & verbis ita compellare iacentes,
Si prolis vos pulſat Amor, Nicolaica templa
Quærite, & illius de nomine dicite natum,
Dixit, & in cœlum leuibus ſe ſuſtulit alis,
Euigilant, & viſa alacres inſomnia narrant,
Suſpenſiſq́ putant animis quæ templa iubentur
Querere, Nam tali norant cognomine templa
Multa per Italiæ per Chaonis oppida multa,
Audierant Barri magnis inſignia votis
Mœnia, & illuſtres Nicolai Antiſtitis aras,

H unc olim Licij poſtq́ꝫ Patareus apollo
O ccidit, & priſcæ tenuere ſilentia ſortes,
V iuentem ac vita functum quaſi numen habebant
T utelare, ſalus Lyciæ pendebat ab illo,
S iue fames, ſeu mars premeret, ſeu peſtifer annus,
S ed cum forte illas hoſtis percurreret vrbes
B arbarus, & ferro ac flammis inuaderet agros
N e fieret brutæ corpus venerabile genti
P reda, breui Ciues Lembo impoſuere volentes
A bdere, dum poſito fierent loca tuta tumultu,
A t mare (ſic cœlo quod temperat omnia viſum)
V i ſubita ventorum altos attollere fluctus
C epit, & auulſum ripis per Cerula lembum
V exit in Italiam, Dauniq́ꝫ ad littora fixit,
A ppulus ad ripas lembum miratus inermem
A c ſine remigio poſitum, cuſtode carentem
E ſſe ratus quod erat, facinus mirum inſolitumq́ꝫ
I nſilit, & velatam oſtro diſglutinat arcam,
D um videt exanimum corpus ſtupet, hæret, & horret
M entis inops, ſed rem certus cognoſcere tandem
I ntuitur ſacro plumbum ſub vertice ſancti
N omina patris habens, ſic res innotuit Vrbi.
A t cum tota grauem caſum patarea dolerent
L ittora, & iuiſſet vicina per oppida luctus
Q uæſitum Ciues diuerſa per æquora Cymbam
V elliferas miſere rates, Q uarum vna tarentum
V enit, & ex Lycijs iterum res cognita Nautis
H uc igitur ſecuere viam, puppimq́ꝫ ſubintrant
Q ua natat in ſalſos lento amne Potentia fluctus,
L ittora radentes ibant, quæ Tignia curſu
D iuidit, euadunt celſi viridaria Firmi,
A ruaq́ꝫ perpetuo Citri redolentia flore,

Citri inq;, cuius plantas Atlantis ab horto
Tranſtulit ad noſtras rediens Tirinthius oras,
Pretereunt Aſcli fines, rapidiq; Truenti
Hoſtia Precutij, quod noſtri temporis Aetas
Nominat Aprutium, colles ſamnitica regna
Iam ſubeunt, & priſca quibus ſtetit Adria campos,
Adria Romano fecit quæ nomina Regi,
Mirantur non viſa prius, quæruntq; doceri
Quæ loca cunq; vident, & rerum nomina diſcunt
Quæ ſua vicinis recitent in tecta reuerſi,
Et quoniam lenes flabant ad garbaſa Venti
Ocia ducentes memorabant plurima Nautæ
De picentis agri populis, Aquilana ferebant
Mœnia ab antiquis Samni tribus vrbibus olim
Fatalem interitum belliq; incendia paſſis
Orta, & in excelſi fundata cacumine montis,
Forconium fuit vna trium, fuit vna Amiternum,
Tu quoq; Corfinium, veſtri modo ſola ſuperſunt
Nomina, res iſtam fato tranſiuit in vrbem,
Pelignos, Ortonam, Amnem cui nomen Aterno
Tranſit, & ex oculis velox rapit omnia curſus,
Prima fugit, Garganus adeſt, oſtendit Aprica
Tempora, & in cœlum cono ſe porrigit alto,
Littora ſe introrſum ſinuant, & mœnia pandunt
Sipuntinam, Vrbem ſic Daunia priſca vocabat
Manfredi modo nomen habent, Barienſia prendunt
Littora, Dedalides, quibus olim fecit Iapix
Nomina, Cãnenſi quia preterlabitur vnda
Aufidus infamis romano ſanguine factus,
Conſcendunt ad buſta patris, Temploq; potitos
Relligio maior, maior reuerentia tangit,
Tum ductis in gyrum oculis pendentia cernunt

D ona, peregrinis opibus ſacraria tan̄q̃
A ulæis veſtita vident/nautaſq́ȝ retortis
V orticibus raptos, perfoſſaq́ȝ pectora ferro,
T horaces, Clypeos quos in diſcrimine pugnæ
I nter mille ſitus gladios. & ſpicula vouit
M iles inops ſpei, galeas, & ahenea tela,
V incla pedum, manicas, ferrugineaſq́ȝ catenas,
A c furum infames laqueos, & cetera noſtram
A erumnam, miſeroſq́ȝ hominum teſtantia caſus,
P rocumbunt humiles ad mauſolea, petuntq́ȝ
P rogeniem, quæ ſit magno ſacrata Tonanti
P erpetuo, ſcelerum labem quæ neſciat vn̄q̃
A ttulerat placidam nox intempeſta quietem
E t tacito cœlum per opaca ſilentia curſu
S idera torquebat tremulis radiantia in vndis,
P rocubuere thoro, ſed cum iam Lucifer albæ
N uncius Auroræ claro ſe attolleret ortu,
E cce ſenex cui circa humeros Oloſerica veſtis,
C anicies autem velata biuertice mitra
A ſtitit in ſomnis, ſterilemq́ȝ affatur Amatam
S ic referens. Peregrina Nurus tua vota ſecundant,
N umina concipies, Verum reminiſcere Natam
P rogeniem ſacrare Deo, nec plura loquutus,
P roripuit pulſo ſeſe per nubila ſomno,
E uigilans igitur Coniunx ad ſomnia mentem
S edulo conuertit, memoriq́ȝ per omnia ſenſu
V erba audita ferens Animum, ſpē concipit altam,
C ompellatq́ȝ virum, noctiſq́ȝ ſilentia ducunt
A lternis vſq́ȝ ad ſolem ſermonibus ortum,
C ontinuo ſenſere Animis diſcedere curas,
A tq́ȝ ſerenari mentes, in pectora labi
L etitiam, blando applauſu geſtire medulas,

Tum ſterilis natura nouum ſortita vigorem
Creuit, & ad grandes euaſit idonea partus,
Diſcedunt conuoti ambo. Iam luna recepto
Lumine fraterno nouies compleuerat orbem
Progenuit prolem Genitrix, cui nomina ſancti
Præſulis imponens dedit & luſtralia fontis
Stagna ſacri, tepidas primæua infantia cunas
Tranſijt, & fandi dulces peruenit ad annos,
Tempus erat Soboli iam prima elementa ſalutis
Traddere, iam viuendi habitu formabilis ætas,
Qualis equi, cum tres annos iam natus, habenas
Mandit, & impoſito diſcit parere magiſtro.
Inſtituens natum pietas materna docebat
In primis orare Deum, magnamq́ Parentem,
Ac ſuperos, genibus flexis procũbere ad Aras,
Et duplices proferre manus, ac murmure paruo
Poſcere ſubſidium contra tria maxima morum,
Quæ feriunt Animas/irritamenta malorum,
Aereos manes, ſenſum melioribus hoſtem
Conſilijs, & corrupti contagia vulgi,
Vnde trahunt Animi ſordes, & amabile virus,
Non ſecus ac pecudes/quotiens it peſtifer annus,
Si ſimul incædant Campis & gramina carpant,
Lethiferum flatu dant, accipiuntq́ venenum,
Tartarei manes genus implacabile multas
Diffuſum in ſpecies, nunq̃ certamina ponunt,
In vicijs regnant. Eſt qui ſibi vendicat iras,
Et trahat in rixas homines, in iurgia in enſes,
Alter Auaritiæ ſtudium facit, Alter Amorum,
Alter ad Inuidiæ flammas incendia, & Etnam
Prouocat. Eſt etiam vitæ qui tædia ſancte,
Gignat in immundis ſtatuens ſolatia rebus,

D editus hic: Genio ſtudet oblectare palatum
Inſeruire Gulæ, de more cucurbitæ in aluum
C reſcere, & eſſe ſuis onus importabile plantis.
A lter inhumano faſtu diſtendit & inflat
C orda Virum, cupidus laudum, ſitibundus honorum
H æc igitur contra ſæua atq; imania monſtra
P oſcere quem docuit nato fidiſſima mater
E ſſe Deum memorans, a quo dependeat vno
H oc totum quod fecit opus, monſtrabat olympum,
E t Maria, & terras, & quæ naſcuntur in illis,
P erſonas tris eſſe Deo, veniſſe ſecundam
V t nos ad ſuperos ageret, Chriſtumq; vocari
I n terris ſine patre ſatum, qui cæde cruenta
D ebita perſoluit moriens antiqua parentum,
A ddebat ſtygios Amnes, altumq; Baratrum,
E t furias/quæ dant Animis tormenta malignis,
Q uæ ſuperis odioſæ abeunt. Addebat olympi
G audia, perpetuam requiem, conuiuia, menſas,
Q uas ſine fine habeant, qui cum pietate recedunt,
A rſurum terrarum orbem mare & aera quondam,
E t ventura noui ſæcla imortalia mundi,
Q uæ miſeris maiora ferant tormenta, Beatis
G audia, & a curſu faciant deſiſtere mundum,
V enturamq; diem, qua mortua corpora rurſum
A ccipiant reduces animas, vitamq; recentem,
Q ua prope torrentem Cedron cogatur in vnum
C oncilium genus omne hominum, quos priſca tulerunt
S æcula adusq; dies illos ab origine rerum,
E t fore cum ſtrepitu vocum, & clangore tubarum
H orrifico grande examen, quo premia iudex
D igna det, ac meritis correſpondentia Chriſtus,
C hriſtus enim (dixit Genitrix) dulciſſima Proles

Adueniens magna cum maieſtate ſedebit
Aereas inter/ſuper alta ſedilia turmas,
Proſequitur Natum inſtituens,ac talia fatur,
Hanc tamen ante diem miſeram triſtem atq; tremendã
Bis ſeptem venturæ aliæ, Quarum vna tumultus
Quæq; ſuos habeat diris aſperrima ſignis
Prima dies adiget omnis Nereides vndas
In furias,facietq; fretum tranſcendere montes
Aereos ter quinq; pedes,ſtabuntq; leuatæ
In ſpeciem murorum vndæ,ſuperabitur Atlas,
Pelion,Oſſam,Othrym,Riphea cacumina pontus
Vincet,& in cœlum fluctus mare porriget altos,
Altera ſub terras rediget freta tartara aduſq;,
Et ſua,cum cernent Tethym Tritonas & ipſum
Prothea,diſperdi metuent incendia manes.
Tertia Balenas,Phyſeteresq; præalto
Vertice,deformes phocas,& cetera monſtra
Quæ paſcit Protheus paſtor Neptunius,extra
Aequora depellet,magnoſq; ad ſidera tollent
Mugitus pauidi circum omnia littora piſces.
Quarta trahet ſtygios ignes per viſcera terræ,
Atq; abſumet aquas,facietq; areſcere fontes,
Flumina,& Oceanus pulſis vaſtabitur vndis,
Ac raptas oſtendet opes,argentea vaſa,
Aureaq;,& grandes hominum ſine viſcere aceruos,
Tum demum incipient longis abſcondita ſæclis
In lucem prodire iterum mauortia tela
Quæ Poeni & Perſæ bellis naualibus olim
Ammiſere,rates ſcombris habitacula factæ,
Aſpicient rurſum ſtellas Erymanthidos Vrſæ.
Quinta premet genus arboreum,plantaſq; virentes,
Sanguineo ſudore nemus ſe veſtiet omne:

P rataq; ,florentes ſtillans cruor imbuet herbas.
S exta domos æquabit humo,cum turribus alta
M œnia,Conſternet ſublimi a vertice quicquid
F abre operis hominum tantis fecere labores,
A egrotabit enim tellus,& febriet aer/
A ſtraq; ,& hos tantos motus turbata dolore
I nſolito Natura dedit,Natura furenti
P ar,cui det vires Animumq; Phreneticus error,
T um volucres pauor inuadet,nec pabula quærent
A mplius,ac ſedem venient trepidanter in vnam
I mmites,miteſq; ſimul fulgore tonabunt
E rumpente Poli,currentq; ardentia ab ortu
F ulmina ad occaſum quo mens humana fragore
C oncidet,indignans ſic excandeſcet olympus,
S eptima contundet ſilices,colliſa ſonabunt
M armora,& in pugnam lapidum rapientur acerui
E t quæ diſſilient partes in mutua rurſum
V ulnera concurrent.Terrarum octaua mouebit
F undamenta,trement Alpes,& rura dehiſcent,
N ec feret vndanti tellus veſtigia tergo.
N ona dies æquabit agris altiſſima montes:
I n iuga porrectos,cineremq; reſoluet in atrum,
E t montana humiles faciet Deus omnia,Campos.
P rodigijs homines tantis,ac talibus acti
A ntra quibus ſeſe abdiderant vmbroſa relinquent,
E t Decima ſine voce die ſine mente ferentur
H uc illuc,quo ſtare loco,quo tendere poſſint
I gnari,& longa mortis formidine victi.
V ndecima(viſu horrendum)cogentur apertis
N uda ſuper tumulis oſſa expectantia vitam.
C orporibus Biſſexta dies infeſta ſupernis
A ſpiciet labi aſtra polo,diſcedere lunam

In tenebras, fieri extinctis cælum ignibus atrum,
Nam ieiuna diu poſtq̃ cõbuſta vaporum
Nil dederit tellus, paſci quibus ante ſolebant
Sidera deficient, velut eſurientia quædam
Corpora, & extincto ſcintilla volatilis igne
Se pater a magnis ait hæc audiſſe magiſtris.
Omnia tunc etiam vacuis animantia campis
Territa, & horrendos mundi admirantia caſus
Implebunt triſtes altis mugitibus auras.
Altera Biſſextæ quæ ſucceſſura, videbit
Stragem illam cõmunem hominũ, cum a faucibus Orci
Mors egreſſa metet quicquid mortale per omnes
Inueniet terras, magnoq́ in lurida rurſum
Tartara deſcendet nunq̃ reditura triumpho.
Auferet immiſis orbem penultima flammis,
Et complexa ſolum rapient incendia quicquid
Conuexo ſol Luna minor complectitur orbe.
Nil veriti diuorum aulas cœleſtia lambent
Atria conſumptis terræ radicibus ignes,
Tanta erit ardori permiſſa licentia, talis
Inter mundanas ſurget diſcordia partes,
Hæc tibi chare Puer volui memoraſſe, Tonantem
Vt nunc, & tota diſcas ætate vereri,
Hos igitur mi Nate dies, hoc flebile tempus
Mente tene, & caueſis a tanti turbine luctus,
Sancta poteſt probitas tutum te reddere, ſancta
Relligio, pietas potis eſt te ſancta beare,
Talibus imbutus ſtudijs creſcebat, & alto
Pectore voluebat natus documenta parentis,
Iam ſeptennis erat, dici iam deſinit infans,
Fit puer, & ſenſim fortes aſcendit ad annos,
Nec laſciuit adhuc, vitam incepiſſe videtur

A ſenio, leuibus comites per compita ludis
I ndulgere videt, pueros puerilibus vti
O fficijs, legit ipſe domi, meditatur, & orat,
N il leue, nil Iuuenile ſapit, caneſcere ſenſu
C eperat, & virides tranſcendere moribus annos,
H is ſtudijs, iſta læti grauitate parentes
D ulcibus exultant votis, pater illius acre
V erſus ad ingenium pinguem quaſi cultor ad agrum,
C ui videat ſatis eſſe parum ſudoris & artis
A nte focum noctu linguæ documenta latinæ
P rima dedit, quibus vſa fuit Romana Iuuentus
T empore quo priſci clauum tenuere Q uirites,
N omina doctrinas a libertate trahentes
I lla quæ ingenuæ quondam documenta Iuuentæ
P hœnices, Grai, Aſſyrij, rerumque potita
R oma dabat, varijs ſub preceptoribus hauſit
V bertim, fuit iſta pio pia cura parenti,
T um quoque pene infans ſacri collega ſenatus
A tque ſacerdotij conſors euaſit ad ædem
C ui titulus Saluator erat, potuitque teneri
D iuite prouentu, niſi iam ſibi conſcia cœli
M ens parui feciſſet opes telluris & vndæ
N atura ingenuas erat inclinatus ad artes,
S ed tamen ad delubra magis, cum nomine magni
N icolei mores ſimul vſurpaſſe videtur
A nte alios ad templa venit, procũbit ad aram
N on oculis, non mente vagus, Quæcũque Sacerdos
P erlegit, attenta capit & conſiderat aure,
I llius in ſenſus dociles ſtillabat ab alto
O cculte diuinus Amor, Formabat in illo
V iua ſibi delubra Deus, florebat in horas
V t florere ſolent tepido noua gramina maio

Relligio, Pietas animum complexa ferebat
Mortalis vitæ & fluxarum obliuia rerum,
De puero memorant opus admirabile, magnum
Argumentum Animæ iam Diuum in regna receptæ,
Candida monſtraret cum libamenta Sacerdos
Murice fulgentes attollens altius vlnas.
Apparebat ei non paruo candidus orbe
Panis, vt apparet nobis, ſed paruulus infans
Aut ſpecie puer eximia, qui ſancta mouebat
Ora, manus, oculos ſolitus myſteria quædam
Ad puerum diuina loqui, quæ, audire profani
Non poterant, ſicut cum parua foramina ſolis
Ingreditur radius non aera permeat omnem,
Sed fluit anguſtam ſignans in puluere lucem,
Sic ea vox ſolas pueri veniebat ad aures,
Eſſe a ſecretis ætas innoxia Chriſto
Cœpit, & adſciri ſancta in conſortia Diuum,
Ac ſuperum fungi officio, Quod Eliſabet olim
Vnica progenies teneris accepit ab annis.
Vnde fit vt quoſdam videat Deus ore ſereno,
Suſcipiatq; hilari tanq̄ ſua pignora vultu?
Ore truci quoſdam cernat quaſi ſemine Ditis
Progenitos. In quoſdam autem neq; lumina vertat
Præteriens tanq̄ foricas & olentica luſtra,
Principio Iudam tenebroſo emergere ab orco
Et niti ad ſuperum cœtus patriamq; volentem
Iuuit, & extento traxit de Acheronte lacerto,
In ſtyga lapſurum, ſummaq; ex arce ruentem
Deſtituit. Paulum atrocem ſtephaniq; madentem
Sanguine protexit, dulceſq; recepit in vlnas,
Sunt qui cōmunes cauſas ab origine dicant
Progenitas, vt Cœlum, ignes, auram, mare, terras,

P roducente Deo, qui mox vt fecerit illas,
A eternam in requiem conuerſus & ocia tanq̄
I am ſenior curas operandi euaſerit omnes,
H is itaq; incobitum cauſis venientibus aiunt
E ffectus varios fluere & difformia rerum
C orpora, quæ inficiant animas, nam qualia nactæ
C orpora ſunt Animæ, per talia vota feruntur,
F laua bille calent, ideo rapiuntur in iram
P ræcipites, in bella volant, in vulnera currunt,
S ic erat affectus Turnus, ſic fortis Acbilles,
H ector, & Eneas, & qui laudantur in armis,
A tra metum generat, nec init certamina, ferrum
D amnat, & alipedum curſu non gaudet equorum,
H umor bic in venas panetrans in corda viaſq;,
P er quas vita ſubit penetralia verticis antra
N octe premit ſenſus, animaſq; obnubit opacis
N ubibus, & varijs deludit lumina formis,
V anaq; dum vigilant bomines inſomnia cernunt,
T alibus ex cauſis naſci fanaticus error
F ertur, & incerto titubans inſania greſſu,
S ic furit Alcides, ſic ſe tranſuerberat Aiax
S ic eſt cum puero ſubmerſa Palemone mater,
H ippolyti monſtris ita mens deluſa marinis,
E mpedocles ita ſe ſiculos demerſit in ignes,
P ituitæ vero faciunt frigentia corda,
O cia, & ignauam damnatricemq; laborum
D eſidiam, ſomnos, & cõniuentia ſemper
L umina, nec laudes curant, nec bonore mouentur,
P urpureus vero meliora negocia ſanguis
G audia lætitiamq; parit, conuiuia, cantus,
B landimenta, iocos, tetricæq; obliuia vitæ,
T alis erat quiſquis gẽmis intexere & auro

Ornamenta, domos parijs fulcire colũnis
Cœpit, & in grandes marmor formare coloſſos,
His ſtudijs affectus erat Lucullus, & vrbem
Qui ſtuduere alias vrbes precellere Romam,
Hæc igitur cauſis opera aſcripſere ſecundis,
Quæ Deus inſpiciens (vt cõmentantur & aiunt)
Delectu cuntorum habito quaſi prouidus emptor
Optima quæq; legit, quæ ſunt vulgaria tranſit,
Hæc autem fingunt, vt ſi deprenditur vllus
Error in effectu, cauſas referatur in illas,
Quæ caſu turbatæ aliquo cœleſtibus omnes
Reddere neſcierint regnis æqualiter aptos,
Fallitur hoc quicunq; putat, Nam carpere cauſas
Nemo poteſt, quin carpat eum qui condidit illas
Hos natura Dei male cognita miſit in iſtas
Verborum ambages, credunt culpabile quoſdam
Non omnis ſeruare homines, Atq; iſtius ergo
Inueniunt cauſas, quibus hoc aſcribere poſſint,
Non eſt culpa Deo, qui fas humanaq; iura
Conculcare poteſt, quoſdam contemnere, quoſdam
Sumere, nil cuiq; debet, facit omnia gratis,
Sunt quoq; qui dicant venturi temporis acta
Quæ Deus ante diem tanq; ſpeculator ab alta
Arce videt, cauſas huius diſcriminis eſſe,
Hinc fit vt arbitrij (dicunt) precognitus illos
Vſus agat ſurſum, cœliq; attollat in arcem,
Ante ſuas ratio poſſit q; ſurgere ad artes,
Hi quoq; ni fallor, fruſtra nituntur, & audent
In fragiles hanc tantam humeros conuoluere molem,
Vt memorant ſi forte mouent preuiſa Tonantem
Acta, vel impellunt igitur coguntq;, ligantq;,
Vimq; adhibent, quod de ſummo ſentire nefandum eſt

Principe, vel ſuadent ſolum, quod credere dignum eſt,
Omnino ergo manens in libertate voluntas
Non vim paſſa Dei precognita ſuſcipit acta,
Et quia vult ſolum, nam ſe regit ipſa, mouetq́;
Libera, lege carens, nulliq́; obnoxia fato,
Nam quæ de fatis memorat Chaldæa, videntur
Somnia, nec vires animis infundere noſtris
Aſtra nec affectus poſſunt, Deus intima cœlo
Intima telluri Virtus agit omnia liber,
Quos vocat ad ſuperos, quia vult vocat, ire ſubũbras.
Qui vult ire, ſinit, Quali proceſſit in auras
Sidere vitales, vel quo concepta propago
Semine, nil curat. Vitæ venerabilis olim
Vir fuit, & vates venturi preſcius æui
Mirlinius Laris infando de Semine Cretus,
Hic ſatus infami cohitu pietate refulſit
Eximia, Superum factus poſt funera conſors,
Non igitur qua ſint hominum compagine ficta
Corpora metitur, flauæ dominatur & Atræ
Billi opifex, potis eſt etenim frigentia corda
Inflamare, docent quæ tot tormenta puellæ
Suſtinuere, quibus gelidum Natura timorem
Indiderat, potis eſt compeſcere flammas
More equitis, qui lora trahit, qui tracta relaxat,
More gubernantis, qui dum lætatur in alto
Ludere non ſcopulos fugiens nunc tranſtra leuato,
Nunc preſſo clauo ire facit, ¶ De pectore Pauli
Suſtulit hoſtilem, ſanctumq́; ſubintulit ignem,
Si cui fas terram ſit fœcundare volendo,
Nil opus eſt villam quotiens mercatur & agrum,
Veſtigare prius vires habituſq́; locorum,
In manibus quod quærit habet, fœcundat emendo/

Non fuit ad tantos igitur Nicolaus honores
Ad ſcitus, quia venturos Deus illius actus
Viderit, aut quia mens corpus ſortita fuiſſet
Morigerum, non ꝙ tulerint ita mitia fata,
Fors fortuna fuit Patris indulgentia ſummi,
Libero & imperium nacto ſine lege Tonanti
Sic placitum, ſatis eſt nobis hoc ſcire, ſuperq́ꝫ.

FINIS.

Rima diœcenſis dedit incunabula & ortum;
P Ac natale ſolum puero Firmana, ſubaltis
Montibus aereas vbi nominat Angelus arces,
Et firmanus erat Ciuis pater, Alta vetuſq́ꝫ
Vrbs ea, & antiquæ preclara Colonia Romæ
Pubertas erat in foribus, iam venerat ætas
Tertia, quam biuium dicunt, nãq́ꝫ incidit illic
In duplices hæc vita vias. Aſcendit in altum
Vna per anguſtos calles, & latior exit
Semper, Vt ad ſummum venit, laxatur in arua
Plena voluptatum, quæ ver florentia ſemper
Seruat, & Autumnus maturis frugibus implet,
Nam Vertũnus in his campis verſatur, habetq́ꝫ
Veris, & Autũni nomen, quia tempus vtrũq́ꝫ,
Temperat, & ducit flores in poma nuceſq́ꝫ,
Maturatq́ꝫ annos, ac mittit in horrea fruges,
Altera principio latiſſima, vertice ſummo
Eſt anguſta, negans illic veſtigia figi,
Hoc igitur facili ingreſſu decepta Iuuentus,
Dum putat in melius ſemper procedere, tandem
Diſcit ab euentu ſe deliraſſe maligno,
Hac hominum pars maior eunt, Sic tartara creſcunt,

Sic Infernus habet maiora negotia Pluto
Semper, & eſuries Orci infinita baratrum
Ampliat, ac fauces in grandem extendit hiatum,
Gallorum annales memorant a manibus olim
Egreſſam ſuperas animam veniſſe ſub auras,
Atq; ſuo quondam Comiti narraſſe per illam
Millia terdecies hominum demortua noctem,
Ex quibus iuiſſent in regna cathartica ſolum
Tres, Vnus cui nomen erat Bernardus, in arces
Aethereas, hic ille fuit qui fertur in altis
Montibus ingenti Lemurem vinxiſſe catena
In ſtygias alij magnis vlulatibus vmbras,
Noxius incautæ, ſic eſt locus ille Iuuentæ
Dicitur Alcides Alcmenæ filius iſto
In biuio traxiſſe moram, dubitaſſe, nec auſum
Tendere iter, donec viua ſub imagine virtus
Viſa viam docuit, Quod qui finxere volebant
Scire homines dandum eſſe ducem puerilibus annis,
Qui morum ſcopulos, vitæ qui intelligat artem,
Nam neq; ſola poteſt ætas improuida ſimplex
Atq; rudis regere affectum, cohibere furorem,
Hoc igitur puer in biuio, quia corda ferebat
Enthea, & illapſo correptam Numine mentem
Non eguit rectore alio, qua cœpit ab ortu
Ire, viam tenuit, Verum ad magis ardua ſemper
Nitebatur, erat Nautæ longinqua petenti
Littora par, dum feſtinans ſua colligit arma,
Dum trahit in proram funes, dum garbaſa in altum
Eleuat, explicitis ſinibus dum colligit auras,
Tecta patris libyci ſacramq; audiuerat ædem
Cœnobion dicunt, ꝙ ſint communia cunctis
Omnia, vt Eſſei quondam vixiſſe feruntur,

Eſſei genus antiquum venerabile ſacrum/
Qui vitam traxere diu iudea per arua,
Illic fama fuit ſanctos conuiuere patres
Longenum antiquo genus a paſtore trabentes
Qui Ciuis Didonis erat Carthagine natus,
Iſte nouum terris ſidus fuit, omnia regna
Vt tuba quæ magnis totum clangoribus orbem
Impleat, exclamans Chriſti noua caſtra vocabat,
Romano ſermone potens myſteria ſacris
Hauſta libris vti fons latis ampliſſima ripis
Flumina difundens/per mille volumina miſit
Doctrinis vt ſol radijs fulgebat, & omne
Quod Grai, quod Phœnices ſciuere, quod Indi
Niligenæq; ſacerdotes babylonica templa,
Doctus erat, Cœlum, manes, elementa, Deumq;,
Ipſe nouum vitæ genus & compēdia quædam
Per quæ mortales irent ad olympica tecta
Aedidit, & patribus dedit obſeruanda futuris,
Hi tribus indulgent ſtudijs, Ante omnia in vnum
Conſpirant hominem, rebus qui preſſit agendis,
Qui teneat clauum, cui ſit parere neceſſe,
Altera cura facit ne quis ſibi vindicet aurum,
Neue vſurpet opes, proprioſq; recundat in vſus,
Sed fluat in medium quicquid vel terra miniſtrat,
Vel pietas infert, hominum ve induſtria quærit
Tertia fœmineis adimit congreſſibus omnem
Cura viam, Veneris procul ablegata voluptas
Exulat hinc, nulumq; audet ſperare regreſſum,
Iſtud idem Carmelus habet, genus vnde Virorum
Heliadum fluxit, qui tempeſtate ſuperſunt
Hac quoq;, et hanc primi viam coluere per vmbras
Per ſaltus Carmele tuos phœnicia iuſta

Littora, per colles poſitos Iordanis ad vndam,
Hæc Picentis agri domus obſeruabat ad vnguem,
Sola hic relligio ſola obſeruantia diuum
Creuit, & æternæ ſpes ac fidutia vitæ,
Huc adoleſcentes prudens puer attulit annos
Et ſacer euadens duplicem veſtitur Abollam,
Alba ſubeſt nigræ, duplicię obnubit amictu
Tempora, proximior nudo candore niuali
Albicat, exterior fuligine tingitur atra,
Veſte ſub hac olim pater Auguſtinus, Eremum
Incoluit, poſtq̃ Chriſtum ſuſcepit, & ante
Libaret q̃ ſacra Deo, trieterida totam,
Tum Larium natura ſagax verſuta bilinguis
Inuida, & humanæ ſemper ſtudioſa ruinæ
Talibus inceptis grandi occurſura paratu
Plurima mente agitat, multas remiſcitur artes,
Veſtigat puerilem animum, quo ſemine Cretus/
Sidere quo natus, quo Mars afflauerit ortum
Quo venus aſpectu, quo Pleiadeſq;, Hyadeſq;,
Atq; oculos lapſi fert circum cornua Tauri
Explorantq; omnis aditus, vt ouilia noctu
Sceptaq; caularum ſolet explorare Lycaon,
Atq; Lycaonio. Vulpes ſubtilior aſtu,
Nam deuerſa velut vis & natura ferarum eſt,
Sic Lemurũ. Perhibẽt & enĩ genus hoc animantum
Sex fuſum in ſpecies tenuiſſima corpora ferre,
Quæ penetrent clauſoſq; fores, & ahenea clauſtra,
Prima inter lunam verſatur & aeris auras.
Ignis vbi ſimplex ac ſincæriſſimus ardet,
Altera cum Zephyris, Auſtris, Aquilonibus, Euris
Fertur, & aeream dicunt, q̃ in aere viuat,
Tertia quæ circum terras errare per imum

Aera conſueuit, noſtroſq; habitare penates,
Terreſtris cognomen habet, Neptunia regna
Quarta colit, ſed qui terris quiq; æquore viuunt,
In duplices abeunt ſexus, Nam maſcula quidam
Membra magis curant, muliebria corpora quidam,
Fœmineis gaudent formis montana vagantes
Per iuga per ſyluas cum venatrice Diana,
Quas Dryades dicunt, & Oreades, Adde Napeas,
Naiades, & Herei Natas, & Dorida matrem,
Quos vero magis oblectant & nomina & ora
Maſcula, ſunt Fauni, Panes, Satyriq; bicornes,
Turba ſalax, quorum quidam tentigine moti
Fœmineos ſubeunt vultus, & ſemine muncto
A maribus, rurſum redeunt in maſcula membra,
Incautaſq; Nurus ineunt, ac pignora gignunt,
Accedunt Diui æquorei Neptunus, & Aegeus,
Protheus, & triton, Nereus, Melicerta Palemon,
Et grauis Egeon, longis qui amplectitur vlnis
Monſtra maris Cetos, & inertia corpora Phocas,
Quinta ſubit terras, & ſubterranea factum
Nomen ei, ſubeunt cautes, obſcuraq; per antra
Hoſpitium quærunt Diuos atq; aſtra peroſi,
Sexta magis, magis ima ſubit, lethea ſubintrat
Tecta diem fugiens, ideo cognomine dicunt
Lucifugam, violenta magis q̃ calida, ſiquos
Occupat, elingues, ſurdoſq; euadere cogit,
Villius ingenium tribus inferioribus, Ergo
Hi ſunt qui dicuntur opes tellure ſepultas
Cuſtodire, timent noſtros ne forſitan aurum
Quod latet abſtruſum tenebris vertatur in vſus,
Tantus ineſt illis liuor, ſic inuida turba eſt,
Hi ſunt qui iactu lapidum per tecta viaſq;

Ex terrere ſolent homines, inuadere nautas
Mortales morbo herculeo proſternere, corda
Nubibus immerſo dementia reddere ſenſu,
Aſt alijs longe excellens, penetrabile, promptum,
Quo fraudes, quo mille dolos innectere poſſint,
Iſtorum e numero Venus eſt, fandiq́ magiſter
Mercurius, Mauors, atq́ imperioſus Apollo,
Atq́ alij quorum fama eſt antiqua, per orbem,
Nomina qui terris vſurpauere Deorum
Iſti omnes igitur cœtu in ſublime vocato
Culmen, in obſcuris vetus eſt vbi fama ſibyllam
Degere ſpeluncis/per flumina quinq́ profundi
Iurauere ſimul ſtudium curamq́ habituros
Se vigilem, contra audacem (ſic liuida manes
Turba loquebantur) Iuuenem, ſeq́ omnia facto
Agmine venturos armis in prælia ſumptis,
Sic pacti cuneo in ventos abiere ſoluto,
At Iuuenis larium mores & atrocia doctus
Bella, parat ſeſe ad pugnæ, genus omne/fatigat
Ingenium grauibus curis, cohibetq́ vagari
Mille per anfractus ſolitam perq́ inuia mentem,
Cogit eam per ſancta pedem myſteria ferre,
Quæ/profugus ſparſit per quinq́ volumina Moſes,
Quæq́ per annales, ſolymæq́ diaria gentis,
Atq́ per hiſtorias, & per preſagia vatum,
Per legis mandata nouæ, per grandia Pauli
Eloquia, & patrum veſtigia ſancta ſuorum,
Paſcitur hic vt riris aues matura per arua,
Cum iam meſſis adeſt, & iam tritura propinquat,
Vt per prata greges, vt Apes biblæa per arua,
At quoniam pingui Venus irritata ſuperbit
Viſcere, & ex dapibus ſurgit laſciuia lautis

Vix adbibet menſis bortenſia gramina victum
Quem priſci coluere patres, non fidit biaccbo,
Nam Deus infamis, ſed frigida flumina potat,
Eſt ſuſpecta Ceres, nunq̃ contenta quieſcit,
Eſuries, ſemper voto fraudata reclamat,
Qui cubat in membris, quotiens extrinſeca deſunt
Nutrimenta, calor quæ erodere poſſit, in ipſa
Corpora deſæuit, muncto q̃ exanguia ſucco
Reddit, & atroci ſua damna vlciſcitur ira
Inde ſubit macies, frigent precordia, languet
Spiritus in venis, Venus indignata recedit,
Quam calor & Venti ſtimulant, & aquaticus bumor,
Somni autem pluſq̃ fuerit tolerabile parci,
Cuius vt enarrem paucis aduertite cauſam,
Quinq̃ vijs tanq̃ ſpeculis per corpora (ſenſus
Dicimus) ad mentem ſubeunt tenuiſſima rerum
Pro rebus ſimulacbra modis gradientia miris,
Nam ſpecies a rebus eunt/velut ire videmus
A Pbebo, & ſtellis radios, per inania miſſe
Vndiq̃ circuneunt auras, & lumina fallunt,
Teſtantur rerum effigies in flumine viſæ,
In ſpeculis, viſa in ſaxis ſpecularibus ora
Noſtra fidem faciunt, vis bæc incognita rebus,
Mens igitur miſſas ſpecies, ſi lumina ſomnus
Non ligat, agnoſcit, q̃ ſi ſopor occupat artus,
Non agnoſcit eas, ſed res putat, illius inſtar
Qui putat inſpectas animantia vera figuras,
Hinc igitur veniunt animos agitantia noſtros
Somnia, quæ volucri dum mobilitate feruntur
Illæ agiles formæ, fingunt quæcunq̃ per orbem
Conari Natura poteſt, quæcunq̃ voluntas,
Non nunq̃ maiora etiam, Nam monſtra videmur

C ernere, quæ natura nequit producere, montes
I re per aereos tractus, hominéq; volatu
T endere per nubes, & currere flumina retro,
H ac lemures perſæpe pias deludere mentes
A rte ſolent, obſcœna oculis dum occurrit imago
V era, vel in ſomnis, mox euigilantia corda
T itillare potens, fragilemq; inflectere ſenſum,
P ropterea ſomnum Caſtis quaſi moribus hoſtem
O derat, & multam in noctem ſeruare legendo
I nſomnes oculos ſæpe expectare ſolebat
L uciferum, ſæpe auroram, quandoq; reuerſam
L ampada terrarum humentem quæ diſcutit vmbram,
A dde φ affligat moribundum inſomnia corpus,
E t domat exleges motus, ſic bella canere
S ic ſolitus cauſas eradicare malorum,
Q uæ verbis menſura fuit, quæ regula fandi,
Q uæ linguæ lex atq; modus, tranſire ſilendo
I llicitum, quando id ſanctæ pars maxima vitæ,
E t breuis & rarus poſt longa ſilentia ſermo
S eria libabat ſolum, mendacia nugas
E t quæcũq; ſolent alios proſcindere verba
N on ſecus euitans, ac littora ſyrtica Nautæ,
S i de Iuſticia de relligione loquendum
D e pietate foret, longas manabat in horas
E loquium, tanq̃ vaſto de gurgite torrens
F uſus, & vndantem voluens de vallibus æſtum,
T unc facundus erat, Deus in precordia lapſus
A rs erat, affectus facit os ſcitum, acre diſertum
A t quia delectant oculos animumq; videntur
A d communem hominum vitam deflectere ſenſim
M ollia & vrbanum morem ſapientia ſemper
P allia deriſit, temploq; indigna vocabat

Ad nudum ſettis Cilicum quæ tegmina caſtris
Et nautis preſtare ſolent, veſtitus inerme
Corpus adurebat, gradiens pannoſus & aſper,
Stragula Cyniphiæ prebebant hiſpida barbæ,
Quæ cum merce rudi libycis vectantur ab oris,
Non ſtratum fluuialis Anas, non Anſer Anate
Grandior exhibuit, non mollior Anſere Cygnus,
Dulce erat in tabulis laſſum diſtendere corpus,
Vt vulgus caſtrenſe ſolet, cum candida rupes
Nix tegit alpinas, quotiens Aquilone ſereno
Nox perflata lacus rapidoſq; coagulat amnes,
Sæpe etiam in nuda ſomnus tellure cubanti
Gratus erat, quando auroras vigilantia plures
Fecerat inſomnes, imitans iumenta feraſq;
Sternebatur humi corpus ſeruile vocabat
Mancipium, quod non animi contemnere ſolum
Verum etiam Diuorum auſit legem imperiumq;/
Quæ nobis obſcura fides, quaſi miſſus ab oris
Nuncius externis animo amplectenda reliquit
Ipſe velut ſubiecta oculis & cognita vulgo
Scitaue per Cauſas atq; explorata tenebat,
Hæc radix illorum operum quæ dura videntur
His quibus eſt ignaua fides, proceſſerat inde
Ille amor inflamans homines, ille igneus ardor
Corda metu qui noſtra facit tam grandia pulſo,
Nomen habet Charitas, ſummo demiſſus olympo
Spiritus extirpans alios radicitus ignes,
Et preſertim illum, quem peſtis amara Cupido
Ex phlegetonte haurit, terraſq; inſeminat omnes
Atq; illum qui quærit opes, qui colligit aurum,
Spes quoq; preſidium nobis mortalibus ingens
Sola promethea non dedignata teneri

P yxide cum ſuperos aliæ petiere ſorores/
F ulcibat creſcentem animum, iuuenilia corda
A ltius a terris æterna in regna leuabat,
V enerat in ſummos apices, vbi noſtra leuatur
C onditio humanos audens tranſcendere fines,
E t fieri vicina Deo, diuina ſacerdos
O rgia iam factus ſanctas libabat ad aras,
T unc poterat vita functis ſuccurrere, manes
I nuito Rectore Erebi, prohibente Megera
S oluere, & in cœlum ex imis reuocare tenebris,
C onciliare deum nobis, peccata loquendo
T ollere, & a flammis animas ſeruare dolentes,
A tq; vagos cohibere lares, compeſcere ſæuos
D emonas, & ſtygijs vmbris imponere leges,
N am quotiens ſacro myſtæ intinguntur oliuo
A ccipiunt illorum animæ viuacia quædam
S igna, Characteres dicunt, quæ Cerberus odit,
C erberus, & quotquot degunt Acheronte ſub alto,
V erum hæc ne forſan nugæ videantur aniles,
S ubijciam paucis opus inter prima relatum
I am vulgata Diu ſancti miracula Patris,
E rgo hæc horribilis fecit cogno ſcere caſus.
A rua per Vmbrorum locus eſt vbi curua Piſauri
F lumina in apricos colles de montibus altis
L apſa fluunt curſu pontum viſura citato,
H uc migrauit, vbi tacito domus abdita ſaltu
H oſpitium ſylueſtre dabat, nocteſq; dieſq;
C œlum animo voluens ſacras ducebat ad aras,
N ox erat, & tenebroſa polum conuoluerat vmbra/
V mbra means circum terras, circum æquora, circum
A era, circum ignes, rapido contraria phœbo
S emper, & attingens vſq; ad ſaturnida lunam/

Procubuit ſtrato Iuuenis, vix lumina ſomnus
Clauſerat, & ſubito in ſomnis occurrit imago
Vociferans Nicolae mei, Nicolae memento,
Sancte Pater ſuccurre tuis, compeſce dolores,
Quos patimur tantos, & noſtra incendia tolle,
Namq́ potes, ſi ſancta dies libamina ſeptem
Dederis nobis, fer opem, & miſerere tuorum.
Territus hoc tanto Iuuenis clamore rogabat
Quis temerare auſit nocturna ſilentia tanto
Planctu hoc, & noctu in tantas prorūpere voces,
Sub lare preſertim ſtrepitus qui eliminat omnes,
Vox ea, ſancte Pater rurſum ſi ſcire laboras
Quis ſim, quis fuerim, paucis (aduerte) docebo,
Ipſe Comes tuus ante fui, fuit Auxima tellus
Paſſa graues olim caſus, & bella, Gothorum
Cum cepit ruere imperium Beliſarius olim
Patria, nomen erat viuo, Peregrinus, ad vmbras
Miſit auernales quæ ſubruit omnia me mors,
Quod clamē dolor in cauſa eſt, dolor omnia vincens
Aſpera quæ ſanctis olim inflixere Tyranni,
Surge, Veni, tibi ſpirituum magna agmina ſiſtam
Ante oculos, quibus auxilio potes omnibus eſſe,
Ire videbatur verſus vicina Piſauri
Mœnia, nanq́ eadem fluuio ſunt nomina/& vrbi,
Quam veteris quondam Romæ poſuere Coloni.
Viſus & ex alto vallem ſpectare profundam,
Vnde ferebantur magno cum murmure voces.
Confuſæ ad cœlum, & lamenta miſerrima in auras,
Tunc ea vox, Hæ ſunt Animæ quas vita fefellit
Pacta dies longas, canos, ferامq́ ſenectam,
Hac ſpe deluſæ blandaq́ libidine tractæ
Iugiter ad pingues ducebant gaudia menſas,

Non deerant epulis citharæ, ſed Arione multo
Læta ibat domus in thyaſos veneremq́ue ciebat,
Surripuere dies cantus, conuiuia noctes,
Totaq́ue in inſanos fuderunt tempora luxus,
Iſta frequentarunt, & quæ naſcuntur ab iſtis,
Dumq́ue ſub extremum vitæ ſe poſſe putabant
Emendare. leuis deliramenta Iuuentæ
Mors fuit in foribus non expectata repente
Cuntaq́ue mendacis vitæ pacta irrita fecit,
Sic ait, Extemplo magnis ſtridoribus vmbræ
Auditæ clamare, Pater miſere. ſepultas
Hoc ardente lacu tua nos libamina ſeruent,
His dictis viſa in latos incendia campos
Serpere, & illuſtres ad cœlum attollere flammas,
Atq́ue ignes fumo incluſos erumpere magnum
In tonitu, longeq́ue leues volitare fauillas,
Vt quotiens ferri candentem forcipe maſſam
Corripit & crebro feriens faber ingruit ictu
Emicat in tenues ſcintilla volatilis auras
Territus hoc viſu ſomnos ac ſomnia rupit,
Ac diuina dies tulit in libamina ſeptem,
Septem lux ierat, noctemq́ue Aurora fugabat
Quando oculos vigiles per tota trinoctia ſomnus
Corripuit, rediens confeſtim occurrit imago
Illa eadem, Quæ viſa patri pro munere tanto
Soluere ſuppliciter grates, ac talia fari,
Te duce tenarios tandem ſuperauimus ignes,
Te duce ad æthereos tandem conſcendimus axes,
Viue, vale, Cœleſti olim te in luce videbo,
In picente ſolo collem conſurgit in altum
Terra duos amnes inter, qua reſpicit Vmbros
Et Boream, ſummis demiſſa potentia ſaxis

Labitur, Auſtrinæ qua ſidera proſpicit ore,
Defluit ex alto veniens Seraualle Cbientus,
In dorſo Macerata ſedet, poſt bella Gotborum
Aedita, & ex priſcis Recine generata ruinis,
Hic babitans aliquando ſui crudelia fratris
Funera, qui in gladios, & in arma boſtilia caſu
Inciderat, cum reſciſſet, prece numina flexit
Ne ſtygijs raperetur aquis, ne æterna ſubiret
Supplicia, infernos neu tranſſerretur ad amnes
Irremeabilibus nunq̃ rediturus ab oris,
Addidit & precibus ieiunia longa, graueſq;
Excubias, & terdecies reuocauit ad aras
Orgia Lucifero cum lux albeſceret orto,
Ecce per obſcuræ metuenda ſilentia noctis
Dum genibus ſtaret fixis in marmore ad aram
Vox audita, Tuis precibus Germane reuertor
Liber ab inferni tenebris borrentibus Orci,
Iam mibi crudeles furiæ candentia vincla
Intulerant, totuſq; mibi inſultabat Auernus,
Et ſine ſpe damnatus eram pblegetontida ad vndam,
Cum ſubito efulſit clarum per concaua lumen
Tartara, & bac latæ voce inſonuere Lacunæ,
Tartarei inanes veſtras attollite portas,
Nunc rogat a ſtygio duci Nicolaus auerno,
Ex templo tremuere omnes furiale miniſtri
Vulgus, & attoniti piceis latuere ſub antris,
Non aliter q̃ cum ſimili clamore coactus
Reddere Traianum Pluto ima in tartara fugit,
Aſt ego per latebras illo duce lumine olentes
Ducor, & a regnis Orci ſqualentibus adſum,
Hæc ea vox, Sed cum falli Nicolaus ab vmbris
Crederet infernis, quibus eſt aſſumere formas

M os varias, multiſq; bonas deludere mentes
A rtibus, iſte timor fraternæ innotuit vmbræ
A tq; ait, ipſe tuus (fraudem deſiſte vereri)
F rater ego, ſum frater ait, Lætare, diuq;
E ſto memor Germane meam curare ſalutem,
N am nec adhuc adeo ſuperos, aliquidq; Luendum eſt,
A edita ab excelſis penetralibus Apœnini
L abitur in pontum Firmi ſub mœnibus altis
T ignia, & ad ripas eius celeberrima quondam
N ominis vrbs iſtius erat, voluentibus annis
D iruta, ſed templum ſuper eſt, cui pinguia ſubſunt
P aſcua, lanigeriq; greges, opulentaq; rura,
H is opibus ſancti quidem de ſanguine patris
N icolei prefectus erat, qui ſæpius orſus
A d ſe ſobrinum blandis inflectere verbis,
E t vitam damnare inopem, q lenta ſequatur
O cia, q gradiens aliena per hoſtia quærat
A uxilium precibus, quod erat ſudore parandum
C orporis aut animi, Nam ſic vbi condidit orbem
D icitur antiquos Deus inſtituiſſe parentes,
Q uippe mali manes ſtudium quibus Aucupis inſtar
Q uærere quam vexent, adigantq; in retia predam
H as illi inſidias hæc bella occulta ferebant,
H is commotus erat dictis, & in anxia pulſus
C onſilia ambiguis torquebat pectora curis,
D um veluti nubes quæ pendet in aere ventis
A duerſis inpulſa, modo hac, modo flectitur illac,
E cce Chorus ſuperum niueis in veſtibus ædem
S ubgreditur, ſtipatq; virum, curaſq; loquendo
D iſſipat inſtabiles, mentemq; redarguit ægram,
A ncipiteſq; animos & corda labantia firmat,
I nſuper adijciunt, Q uo vis veſtigia ferre?

Terra tolentinas tibi finis, & vltima ſedes,
Dixit, & exilem chorus eſt reſolutus in auram,
Ergo vir ex illo certus retinere beatam
Tempore pauperiem comites ſua ſæpe monebat
Oſſa Tolentino ſeſe debere, ſupremam
Illic ſe vitæ partem tumulumq; habiturum.
Pertranſire nefas opus admirabile nullis
Auditum ſæclis, vſq; ad labentia mundi
Mœnia, cum totam terrarum incendia molem
Vltima corripient, longos memorabile in annos,
Aeger erat, febris laſſos emunxerat artus/
Atq; ſepulchralis pallor confecerat ora
Hiſpida/dixiſſes ſi non ſpiraſſet anhelo
Gutture pauliſper, gelidum ſine mente Cadauer,
Vis ea quæ in venis ſalit, & quæ in pectore leuo
Palpitat, vt lampas iam iam moritura, tenorem
Perdiderat, motuq; abiens trepidabat inerti,
Viuificas adhibere dapes medicina iubebat,
Pabulaq; exilem reparare potentia vitam,
Ergo Coturnices vt mandat Apitius aſſas
Attulit impigri manus officioſa miniſtri,
Ille autem ſolitus ſemper frenare palatum
Ac genium fraudare Cibis contentus inneptis
Horruit has epulas, & deteſtanda putauit
Prandia, mos longis ſic illum affecerat annis,
Accedunt precepta Patris cogentia veſci
Pinguibus oppreſſa tanto in diſcrimine vita,
Quid faciat neſcit, mens ægra quid elligat horum
Cogitat, hinc angit ſancti reuerentia patris,
Hinc pia ſuſcepti premit obſeruantia voti.
Anguſtatur vti quotiens ſymplegades inter
Nauita tranſibat tum cum concurrere ventis

F lantibus impulſæ naueſq́ arctare ſolebant,
A t Deus impactum ſyrtem miſeratus in iſtam
F auit, & ex altis traxit precordia curis,
N am pluit in volucres plummas, animamq́ repente
R eſtituit, mox illæ Alas mouere recentes,
E t ſimul excuſſo ſaliere per aera diſco,
Q ua via viſa volant, ſpeculiſq́ feruntur apertis
A ereum per iter, Pater & quæ plurima fratrum
T urba aderat, tuti grandis miracula caſus
O bſtupuere oculis non conniuentibus, ore
A ttonito, voce ammiſſa, manibuſq́ ſupinis,
H ac igitur tanta moti nouitate volucrum
M ultimodis ſancti patres ſermonibus illam
C onſumpſere diem, memorant portenta parentum,
V t quæ Niligenis Moſes oſtenderat olim,
C um nouus arrenti factus de vimine ſerpens
P rodijt, & ſubito latis oſtenta magorum
F aucibus inuaſit/grandeſq́ abſorbuit Hydros/
E t cum purpereo maduerunt omnia nimbo
G ramina, & e puteis emanauere cruenti
(In ſandum) latices, Cum tres ſine lumine ſolem
I re dies vidit tellus ægyptia, quando
O mnia rura Deus dedit erodenda locuſtis,
E t cum tetra domos omnes examina muſcæ
A eraq́ infeſto perturbauere volatu,
C umq́ ſuper viſo nuper certamina caſu
O rta forent quo vita modo reuocata volucrum
T am ſubito, Num forte auium poſt fata ſuperſit
S piritus in veteres qui ſit reuocabilis artus,
P ræſes ad aſtantum cuneum ſic protinus orſus,
S unt qui crediderint animas pecudumq́ hominumq́
N il differre, ſimulq́ mori cum corpore, quidam

Eſſe immortales omnis & corpore ſolum
Diſſimiles, noſtras autem quia corpora nactæ
Optima ſint, fungi officijs melioribus aiunt,
Aſt alias membris contranitentibus ire
In pecudum mores, minus has vehementius illas
Vt varijs natura modis intrinſeca finxit
Inſtrumenta animæ, fieriq́ꝫ animantia muta,
Propterea veterem rediiſſe in corpora credunt
Vitam auium ſua rurſum animis in membra reuerſis
Sed ne multa morer fruſtra, ne tempora perdam
Quando cadit iam ſera dies & ſidera ſurgunt,
Iſta ſenis ſamij Calabros qui dicitur olim
Incoluiſſe lares, & magni nominis artes
Inueniſſe nouas, deliramenta videntur
Vana, indigna quibus prudens accōmodet aures.
Sanctior eſt igitur noſtrum ſententia patrum,
Qui differre putant animas vt corpora, noſtras
Eſſe immortales, alias occumbere fato,
Hæc autem volucrum fecit miracula magnus
Ille opifex, cui rerum omnis natura miniſtra eſt,
Qui vitas habet in manibus vetereſq́ꝫ nouaſq́ꝫ,
Qui reparare poteſt fracta & noua condere mēbra
Iſta ſuos docuit Præſes grandæuus alumnos,
Conualuit tādem, ſed cum nil pendere corpus
Feruida mens aſſueta foret, cum parcere inerti
Neſciret genio ſeris iam frigidus annis
Tempore poſt paruo rurſum procumbit, & acrem
Labitur in morbum, totoſq́ꝫ affligitur artus,
Mens inuicta manet, cupit ad delubra reuerti,
Fert ægre, gemit, & lacbrymat ꝙ ſtrata cubili
Membra vetent pietatis opus, ſua namq́ꝫ ſolebat
Prandia partiri in miſeros, & porgere egenti

C landeſtina manu poterat quæ dona pienti,
H oc animaduertens penoris, cui cura, ferentem
T riticeas aliquando dapes deprendere lecto
T empore conſtituit, Tum candida brūma per alpes
H ybernabat, humus ſterili ſub frigore lenta
O cia ducebat pigrum perteſa decembrem,
O ccurrens igitur gremio quid ferret onuſto
P oſtulat, ille roſas (ſpirauit in illius ora
H æc reſponſa Deus) dixit ſe ferre recentes,
E t gremium ſoluens roſeos (mirabile) flores
Q uales ferre ſolent peſtana roſaria, cum ver
P rouocat ad Carmen volucres, ad gramina Campos,
P rotulit extemplo diffuſus in aera nidor
N aribus applauſit, ſacriq; oluere penates,
H oc opus, hoc ingens ſtudium pietatis honore
D uxit honeſtandum tali deus arbiter æquus,
P ræſes id admirans homini precepit apertum
E ſſe penus, paſcendi inopes permiſſa poteſtas,
H oc igitur quando grauis intermittere langor
O fficium cogebat, vti qui grandia perdat
E molumenta, dolet, pietas exterrita luget,
T um Regina decem nutu quæ temperat orbes
I nnixos vtroq; polo, Clementia cuius
F ine caret, magno preſſam langore ſenectam
D eſpiciens illo quo ſpem facit omnibus ore
D eſcendit celebri Diuum ſtipante Caterua,
H ic erat Hipponis paſtor, primordia gentis
Q ui tulit iſtius pater Auguſtinus, olympo
T antus apud ſuperos, quanta inter ſidera Luna
E t Iuuenem mater quæ deplorauit alumnum
T ot lacbrymis, verita æternos ne incurret ignes,
E t pater Albertus cum Cyrillo megarenſi

Ambo relucentes, ambo candore togati
Sidereo, quali ſurgens Venus aurea vultu
Cum nitet abſterſo, nanq; bis regina duobus
Vtitur ad tanti preclara negocia regni,
Carmeli Regina memor, quem inuiſere quondam
In longo ammiſſæ prolis mœrore ſolebat,
His comitata ſenis thalamos adit, ac tenebroſæ
Noctis inane chaos prelato illuminat igne,
Agmina, vt agnouit ſenior Cœleſtia, morbo
Proſilit euicto, membris dominata repente
Inualidis mens eſt, vt proxima Numina ſenſit,
Verum Regine imperio ſe in ſtrata recepit
Rurſus, & ipſa virum ſic eſt affata iacentem
Chare ſenex quid te tantis mœroribus angis?
Poſtq̄ laſciuæ cecidit calor ille Iuuentæ
Et ſenio frigente Venus ſedata quieuit,
Dandum aliquid genio, Licet indulgere parumper
Somno epulis, laxanda æuo ſic lora ſenili,
Vt primæua ætas grauibus frenanda lupacis,
Fœmina quæ veſtris laribus vicina, calenti
Triticem furno cererem tractura caniſtrum
Fert humero, panem (Nec ſit mora) mitte miniſtrum
Qui ferat, & ſacrata ſuper dic verba, ſubinde
Veſceræ Confeſtim pulſo ſanabere morbo,
Quem tua tartarei miſere in viſcera manes
Sic potes inſidias, ſic vim depellere Auerni,
Dixit, & integram ſil eſt largita ſalutem,
Hunc. poſt fata ſenis morem tenuere nepotes,
Nam ſimili ritu Cererem ſacrare quotannis
Et plæbi donare ſolent, cum ſancta reuerſo
Natali ſunt feſta Die, medicamine tali
Morborum genus omne fugant, ſic dæmonas arcent,

S ic ſteriles curant vteros, ſerpentia ſanant
V lcera, reſtituunt oculos, ſic fulmina pellunt,
A ereas tæmpeſtates, irataq́ ſedant
A equora/deprenſos ſeruant a turbine nautas,
C æteraq́ humanæ cohibent incommoda vitæ,
F unctus erat morbis, atq́ ad ſua prima reuerſus
A cta ſenex/quando lemures cohibere ſuperbi
I n campos/vbi ſub vaſtis proſtrata ruinis
V rbs antiqua iacet, fuerat cui ſaluia nomen
M agna theatrorum ſuperant veſtigia, moles
N armoreæ, quas exedit carioſa vetuſtas
A rua Tolentini tenuit quæ ſaluia quondam
N unc retinent Ciues, agroq́ fruuntur, & vrbe,
H uc duce Mercurio Ioue preſide tota coacta eſt
C oniurata cohors Larium, mox Iupiter orſus,
Q uamq́ noſtra grauem tulerint antiqua ruinam
R egna, tamen ſuperant Cõmites, coaleſcit in horas
I mperium magis atq́ magis, Res publica chriſti
L abitur in nihilum, ſenſimq́ extinguitur ardens
I lla fides, primis quæ nos exterruit annis/
E t q̃q̃ poſſit gens relligioſa videri
P rogenies Chriſti/quia ſacra volumina voluunt
N il tamẽ hac nobis a relligione timendum eſt,
O re Deum, non corde ferunt, de turribus altis
A era ſonant Chriſto, ventoſa tonitrua nobis
D e nebulis, cœloq́ tonant, meminiſſe peſtis
C hriſtigenum quotiens puppes ſubmerſimus alto,
G randine frugiferos quotiens deleuimus agros,
P eſte greges, nemora & ſiluas aquilone comantes,
B ella quot orditi fuimus, quot grandia regna
A bſtulimus Chriſto, dedimuſq́ ſcythiſq́ Arabiſq́/
S i dicas templa ædificant/pinnacula cœlo

Educunt, fateor, quo ſe ſublimibus illis
N obilitent tectis, niti probitate ſolebant,
I m modica vero nunc ambitione feruntur
A c liuore, odijs nunc immortalibus ardent,
D ant baccbo venerięꝫ operam, Roma ipſa lupanar
R eddita, fœmineo Petri domus oblita fluxu
A d ſtygios olet vſqꝫ lares, inceſtat olympum
N idore boc, facta eſt toto execrabilis orbe,
F idite Conſortes Regni/ſperate reuerti
I n decus antiquum, maior penuria Cbriſtum
Q uottidie premit in terris minor exit in boras,
I lle babet Europam, nobis eſt Apbrica, nobis
Q uæ longe lateqꝫ patent aſiatica regna
I lle babet ardentes faculas, altaria, fumos/
N os animas, Qui templa eius maiora gubernant
Q ui inſipidis eius ſacris veſcuntur, eduntqꝫ
A Zima liba, nibil Cbriſtum, nibil orgia pendunt,
M ortales animas credunt, plutonia rident
R egna, nec expectant vllam poſt fata Megeram,
D ic animaduertat Petrus qui Ianitor Aulæ
D icitur illius, quot per ſua limina greſſum
Q uot per noſtra ferant Animæ, fortaſſe pudebit
P rouentus exilis eum, latiſſima nobis
H orrea, & in grandes meſſis conſurgit aceruos,
N ec ſolum de plæbe bomines collegimus, Intrant
N oſtra ſacerdotes/& qui ſublimia mitrant
T empora, primates orbis, gemmata ferentes
O rnamenta, nurus auro, argentoqꝫ coruſcæ
A tqꝫ ſenis Priami venam irritare potentes,
N oſtra inqꝫ portis in regna patentibus intrant,
S i quos Criſtus babet ſi quos in retia mittit
S unt ima de fece bominum de plebe profunda,

Qualis hic inſanus, qui tot labentibus annis
Nos riſit, nec ceſſat adhuc, cœleſtia tecta
Ambit, & in noſtros ſperat migrare penates
Mentis inops. Vulcane veni, mandata capeſſe
Noſtra ſemel, tu nanq; lares regis atq; gubernas
Qui in cœcis habitant ſpecubus ſub montibus altis,
At nos aereos, noſtri verſutia & aſtu
Decertare ſolent, tua plæbs vi, robore, & armis,
Attriti longo noſtri certamine ceſſant
Feſſa Venus, victa eſt Pallas, Cyllenius artes
Arguit inualidas, nemo eſt qui in retia phocam
Hanc adigat, hos hæc comites fugat indica noſtros,
Vltima ſpes in te eſt, cauſam hanc Vulcane parumper.
Suſcipe, Si labor eſt hominem peruertere tantus,
Vt nequeas, affl ige ſolo, fac verbere multo
Claudicet, atq; tuos greſſus imitetur eundo,
Hæc ſaltem in monſtro hoc noſtri monimēta relinque.
Claudicet, & diuos non experiatur inertes,
Hanc operam largire Ioui, te ſemper in omnes
Munificum diuos omnis reminiſcitur ætas,
Tu mihi formaſti flammas in fulmina ſemper,
Et facis vt metuar, tua dextra condidit arma
Quæ dedit Eneæ mater, quæ mater Achilli,
Hoc opus aſtanti Diuum largire Coronæ,
Iupiter hec, operi accingit Vulcanus iniquo
Strenue, & aſſumptis triginta infamibus vmbris
Quæ ſolitæ in tenebris cœcos habitare caniclos
Aduolat in thalamum Senis, & delupra peragrat,
Exploratq; domos, inſtar latronis opaco
Tempore conſueti nocturnæ inſtare rapinæ,
Tum pater Anguſto duo teſtamenta ſacello
Percurrens ſanata modis thobiana legebat

Lumina mirificis, & verſabatur olympo.
Miſſus in exceſſum mentis, ſtomachatus aniles
Mulciber has curas (ſic ipſe ferebat) & ira
Percitus ardenti concuſſum verbere duro
Sternit humi, crudoq́ fremens ſermone minatur
Se fore perpetuo exitio, nullaſq́ daturum
Ad requiem pauſas, pugnamq́ indicit atrocem,
Ille autem ſeſe lemures nil pendere Chriſto
Auſpice reſpondit, nec formidare ſatanum
Inſidias, illos potius debere Tonantem
Formidare, manum cuius tremit omnis Auernus,
Tranſierat iam nona dies, & Veſpera cœlo
Ceperat ardentes ſtellas aperire ſereno
Ad ſolitum ſe vertit opus, meditatur honores
Atq́ poteſtatem ſuperum, qui ſidera certis
Aeternum ordinibus faciunt inſurgere ab ortu
Tendere ad occaſum, verſoq́ occũbere mundo,
Vnde oritur nox atq́ dies, qui ingentia norunt
Corpora nunc vltra æthiopes deflectere ad Auſtrum,
Nunc Boream verſus rhypheum attollere ad axem
Vnde reſultat hyems, æſtas, autũnus, & ipſum
Ver geniale nouis quod det primordia rebus
Atq́ breues longiq́ dies, & tempora frugum.
Hæc meditans ſecum voces prorupit in iſtas,
O infelices laruas, quas muneris huius
Reddidit expertes veteris petulantia faſtus,
Nec dum finierat, ſummo de culmine lapſi
Ecce lares adſunt, & miſſo in lumina ſaxo
Lampada confringunt, ſimulant animalia voce
Bruta, putes vlulare lupos, gannire ſagaces
Vulpeclas, grunire ſues, certare canendo
Tectinagos felles, ducta de naribus aura

R ingere mordaces catulos, per culmina motis
I mbricibus curſant, ſaliunt, ruitura videntur
T ecta, lares agitat veſania tanta proteruos,
C onſtet vt ex minimis laruarum inſania rebus
M axima, ridiculum facinus ſubiungere fas eſt,
V t ſarciret acu tunicas, in fruſta ſecauit
P lurima depoſito veniens ad humillima faſtu
M unia, Vulcanus proles immonia tentans
I rritare Senem, flauamq́ accendere bilem
S urripuit partem, bibulaq́ abſcondit harena,
S ollicitus dum fruſta ſenex ablata requirit,
S ecum ait, ille mihi ſtudet hoc imponere furto
I lle inq́, cuius ſpurcum pudet ædere nomen,
A udijt hæc tenui latitans Vulcanus in aura,
A tq́ ait indignans (fateor) furti iſtius autor
I pſe ego, priſcorum tibi me collegia Diuum
P ræfecere, dies in ſollicitudine, noctes
I n mœrore trahes, & ero tibi malleus atrox,
T u tibi malleus es Senior reſpondit, & iſtis
I ctibus æterni ſemper cruciabere luctus,
A ſt ego cœlitibus fidens molimina vincam
H æc tua, & euadam Lemurum ſcelus omne tuorum,
S ic Pater, Impatiens iræ Vulcanus in auram
T ranſit/& indignans montes diſcedit in altos
F ama vbi ſub ſpecubus piceis habitare Sibyllam
H is moti oſtentis patres dubitare coacti
Q uæ potior natura foret Larũ ne, hominũ ne,
N am ſi tanta malos vexat dementia manes
Q uanta nec humanas mentes, quid credimus ergo
N aturæ melioris eos? ſine Corpore forſan
E ſſe lares dices, nos autem noxia membra
F erre, ſed & noſtræ viuunt ſine corpore mentes,

Nec tamen æquales laribus concedimus illas,
Si dicas preſtare oculis & ſenſibus illos,
Ac motu membrorum agili rapidoq́ volatu,
Sic quoq́ precellunt volucres hircanaq́ Tigris,
Sic Aquilæ, vulturq́ rapax, & odora Canum vis,
Nec tamen has pecudes nobis preſtare fatendum eſt,
Quod ſi morte carent, etiam cum corpore iunctæ
Morte carent Animæ, q̄ ſi quia plurima norunt
Vis illos preferre homini ſapientia & aſtu,
Id conferre poteſt longæ experientia vitæ
Qua Lemures pollent, vt qui ſine funere viuunt,
Ingenijs etiam noſtris, hec cauſa parentes
Antiquos ſapere, & vires cognoſcere frugum
Fecit, & ex victu potuiſſe arcere ſalubri
Caniciem, longumq́ dies producere in æuum,
Nos autem preſtamus eo, q̄ ſancta veremur
Numina, quæ Lemures (tanta eſt inſania) taxant,
Quod cœli ſperamus opes, & olympica tecta
Quæ nequeant ſperare Lares, q̄ vertimur ipſi
In melius, poſtq́ nos inconceſſa libido
Legitimo de Calle gradum deflectere fecit,
Illi autem ſine fine iacent in ſorde ſepulti
Perpetua, nec pacto vllo reſipiſcere poſſunt,
Quærebant tali patres indagine verum,
Cum ſubito primas litem hoc ſermone diremit
Omnia per varias ſpecies quæ ſparſa vagantur
In laribus coniuncta manent, & plurima reddunt
Excellens vnita genus, q̄ numina taxent,
Quod iaceant in ſorde, facit non indiga ſenſus
Vt pecudum natura rudis, ſed acerba voluntas,
Ac vetus improbitas, & inextricabilis ille
Qui meruit tantæ noctem caliginis error,

NICOLAVS.

Finis hic, hec motam clauſit ſententia litem.
Eſt aliud dignum ſcitu, mirabile viſu
Quod tranſire nefas, quotiens regionibus illis
Ingruit vlla lues deuaſtatura Colonos
Vt bellum, vel dura fames, vel peſtifer annus/
Qui modo conuulſi ſunt a thorace lacerti
Ante monent, cladiſq; ferunt oſtenta futuræ
Nam totiens ſudare ſolent, imbrēq; cruentum
Fundere, Sic ſanctus quæcūq; pericula fas eſt
Declinare Pater, patrijs depellit ab oris
Continuo, verum quod ineuitabile telum eſt
Nunciat, vt ſænam minuat prudentia ſortem:

FINIS.

N ſublime apicem nox intempeſta leuabat
Aequali occaſum fugiēs diſcrimīe & ortū,
I Ecce ſenex ꝓperanter adeſt ad limina tēpli
E rectis in cœlum aīs, & in atria Diuum
Nec lōge Vulcanī abeſt, ſed idonea nactus
T empora dat ſignum famulis, & ſibilat acri
V oce ſonans, pugnamq́ꝫ ciens, illi agmine facto
A ſſiliunt alis pernicibus, atq́ꝫ ſeniles
A llidunt telluri artus, ille impiger, ætas
Q uantum longa ſinit, ſordentia puluere multo
M embra leuat, rurſum lemures maiore tumultu
C orripiunt hominem inualidum, pulſantq́ꝫ, trahuntq́ꝫ
M ore canum, quotiens dammam rapuere fugacem,
I lle Animi compos ſubmiſſo verbera tergo
S uſtinet, ac tacitus recolit crudelia Chriſti
V ulnera, & Antoni plagas, indignaq́ꝫ Pauli
F lagra, cathenati crepitantia vincula Petri,
E t tormenta Animæ quæ ſuſtinuere potentes
A ſſurgit rurſum in plantas, atq́ꝫ increpat alta
V oce lares, audita domum vox illa per omnem,
A uditi ſtrepitus, dum fit concurſus ab altis
A edibus in templum, plæbes vulcania rurſum
S ublatum a tellure ſenem duriſſima iactat
I nter ſaxa minax, & cornibus ingruit vncis,
N aribus expirant ignes, atq́ꝫ ore fauillas,
S icut in ætnæis ſolet expirare caminis
I gneo ad incudem ſudans ardore Pyragmon,
I am Comites adſunt, inopēq́ꝫ in tecta reportant,
A tq́ꝫ manus adhibent medicas, liuentia oliuo
T erga linunt, verbiſq́ꝫ patrem ſolantur amicis,
I lle vbi conualuit paulum, licet inualidum crus
C laudicet, arrepto redit in delubra bacillo,

I am ſenio & iugi Lemurum certamine fractus
V enerat extremos vitæ mortalis ad annos,
M ultaq; quottidie mortis preſagia, multa
A c miranda Deus famæ laudiſq; futuræ
S igna dabat, quæ corde pater defixerat alto,
S æpius in ſomnis aſtrum flãmamq; comantem.
A patriæ tellure ſuæ tranſire videbat
V ſq; Tolentinum, ſacramq; accedere ad aram
I pſe vbi conſuerat ſummo libare Tonanti
A ſſidue & manibus ſuperos orare ſupinis,
L umen idem vigilanti etiam ſeſeq; ferenti
A d templum toto radians apparuit anno,
P ræcedebat enim ſancti veſtigia patris,
A c ſidens altare ſuper quaſi maxima lampas
M obilibus flãmis plures ardebat in horas,
S æpe quoq; in ſomnis obuerſabatur imago
T urbarum vndatim venientium, & dona ferentum
A d delubra ſuo quæ ſunt modo clara ſepulcbro,
V otaq; cernebat toto ſuſpenſa ſacello,
O mnia quæ ſolitus fido recitare ſodali,
E ſſe verebatur Lemurum figmenta volentum
T alibus illecebris captam deludere mentem,
S idus ob id quod ſæpe patrem vidiſſe relatum eſt,
P ontifici viſum Eugenio qui rettulit illum
D iuorum in numerum flãma ſignanda comanti
P ectora, mirifici caſus memorabile ſignum,
P er totum ſemeſtre polo cum Lucifer exit,
P rimaq; per tacitas extendit lumina terras
A nte obitum, ſummo cantus audire ſolebat
A ethere, & erectis vigil ad melos auribus illud
S tabat, ad eoi ſolis iubar vſq; reuerſum
T antaq; cum dulci ſtillabant gaudia cantu

Vt graue membrorum quæ dilabuntur in horas
Faſtidiret onus cuperetq́ euadere vitæ
Tædia mortalis, finemq́ imponere longo
Exilio, tandēq́ epulis accumbere Diuum
Accitoq́ domus lucem paulo ante ſupremam
Præſide, per ſuperos per ſummi Numina Patris
Sacroſancta rogans illo ſua membra locari
Obtinuit poſt fata loco, quem oſtenderat aſtrum,
Sic fore iudicium Superum, ſic ferre Tonantem
Dixit, & ex illo nunq̃ remouenda ſacello
Fatidico monuit morti iam proximus ore,
Prætereo (quia multarum me copia rerum
Vincit) vt inuenit latices, & idonea fonti
Seu puteo loca, quæ nulla ars inuenerat ante
Vtq́ ſalutares fecit quas repperit vndas,
Nam medicamen habent, & adhuc potantur ab ægris
Vt prece ſuſtinuit templum terramq́ ruentem,
Cum putei ſcrobs alta grauem feciſſet hiatum,
Et mouiſſet humum, que fundamenta ferebat,
Vt prece reſtituit Lychnum, quem Mulciber alis
Fregerat aſſumptis Aquilæ ſub imagine totas
Peruolitans ædes, ſanctiq́ habitacula patris
Vt tenuem victum miſerans coaleſcere fecit
Pauperis annonam viduæ, frumentaq́ ſaxo
Multa graui, verbis vt tot curauerit ægros
Quot numerare labor, Nobis dicenda ſuperſunt
Funera, & innocue venerabilis exitus vmbræ,
Venerat extremam vitæ ſecurus ad horam
Exiguo langore iacens, fuit ipſa Senectus
Morbus, & exhauſtis ætas iam frigida membris,
Præcipit aſciri comites, quis nomina fratrum
Fecit amor, dulciq́ ligans concordia nexu,

Et ſic fatus, Aue fratrum dilecta meorum
Concio, preſertim tu mi ſanctiſſime Præſes,
Viximus vt noſtis totos concorditer annos,
Et breue conceſſi tempus decurrimus æui
Vnanimes, huius Chriſto qui muneris Autor
Soluimus immenſas æterna in ſæcula gratæs
Aduenit mihi ſumma dies, conſortia cogor
Linquere veſtra, ſuum pietas diuina repoſcit
Depoſitum, nobis opus eſt aſtare Tonantis
Ante thronum, vocemq́ eius perferre tremendam
Quæ cælo, & terris auditur & æquore, & orco,
Veſtrarum mihi ferte precum ſuffragia fratres,
Et memores eſtote mei, ſi forſitan vnq̃
Vt fieri in vita ſolet, imprudentia leſit
Vos mea, fraterno veniam impartite dolori,
Et date quæ ſtygios mihi ſint munimina contra
Laruarum incurſus ſolito myſteria ritu
Sacroſancta, nihil trepidans audebit acerbos
Mens iſtis protecta armis tranſire per hoſtes,
Qui noſtrum remorantur iter, qui retia tendunt
Semper, & obiectant quæcunq́ repagula poſſunt,
Sic ſenior, flentes illi mandata capeſſunt
Ocyus, & ſacra veniunt in veſte miniſtri
Lumine premiſſo bini, pæana canentes,
Vt chorus expleto ſtetit ante cubilia cantu
Et nouit veniſſe Deum, ſurrexit aperto
Vertice, & incumbens genibus ſic ora reſoluit
O ſacrum quod ſcire nefas, quod cogimur omnes
Credere, ſola fides etenim mortalia corda
Deguſtare facit, quæ ſit tua maxima virtus,
O miro diuina modo perſona figuris
Inuelata nouis, & in hac abſcondita forma

V iſibili, Deitas homini coniuncta ſub iſto
O rbe breui, quam nec Cœlum quod ſuſtinet aſtra
C ircuit, o magno maior ſubſtantia mundo,
O rerum diuine opifex, quem terra, fretumq́
Q uem Titan quem luna ſuum quem ſtellifer axis
P rædicat autorem, qui cum domineris olympo
F actus es in terris (dictu mirabile) pauper,
T e noſtri te fecit Amor tentare labores
T œdia & ærumnas hominum, tormenta, necemq́,
I nfamen crudamq́ necem, Tu ſanguinolento
F unere dignatus noſtræ ſuccurrere ſorti,
H ic te tantus Amor talem (ſi dicere fas eſt)
Q uid deceat regem non eſt aduertere paſſus,
T u Deus es, te ſeptra decent, & in ſignia tanti
I mperij, Sed tu ratus es regalius eſſe
S ubiectos curare, tuis ſuccurrere, regni
S igna quibus noſtri reges vtuntur & arma
N egligis, & pietas viſa eſt inſigne ſuperbum,
T um quoq́ cum domita velles ad ſidera morte
T endere, ne tua gens penitus te orbata maneret
(Sic miranda fuit pietas tua) traddita virtus
E ſt homini, qua te in terras deducat olympo,
S ic dignaris adhuc hominum ſuccedere tectis,
A c te ipſum noſtris epulandum apponere menſis,
E rgo ades o ſancte quondam ſanctiſſime Marthæ
H oſpes, & his membris animiſq́ illabere noſtris
S ic ait, & miſſo ſacrum ſermone recepit,
C uncta miniſterijs vbi ſunt ſolemnibus acta
F erte ait huc Chriſti (precor) huc victicia ferte
S igna quibus ſtygios manes & tartara vicit
C rux erat exinij cultus argentea veræ
T eca Crucis, partem cuius concluſerat olim

Ipſe laborato magna ambitione metallo,
Vidit vt allatam, calcem complexus in vlnas
Traxit, & ad moto lacbrymans ita retulit ore,
O lignum antiqui quod predixere parentes/
Vnde orta eſt bumana ſalus, cui tangere Cbriſtum
Cui perferre Deum licuit, quod ſanguine ſacro
Cui Deitas vnita fuit, regnator olympi
Lauit, & æterno patiens affecit bonore,
Tu comes eius eras quando reſerauit Auernum/
Et noſtros eduxit auos/cum peruia tandem
Fecit clauſa prius nobis mortalibus aſtra/
Te trepidant Erebi manes/ te totus adorat
Orbis/ad imperium duce te ſanctiſſima venit
Progenies Helene, Romam tua fecit imago
Ad Cbriſtum tranſire iugum, quæ ſub Ioue quondam
Vixerat & laribus longo ſeruiuerat æuo/
Supplicium miſerorum olim modo nobile ſignum
Imperij, regum & populorum inſigne ſuperbum,
O felix & fauſta dies qua protulit illud
Germen bumus, tu nata ſimul cum matre Tonantis,
Tu ſuccedis ei, Tu ſanguinis illius bæres,
Sic fatus lacbrymis intonſa rigantibus ora,
At cum forte foret fato incumbente relictus
In tbalamo ſolus. vox eſt audita per omnem
Læta domum, qualem reddit qui iubilat ore
Nec loquitur, Tum magna Parens cum prole/ paterq;
Auguſtinus ei ſeſe oſtendere vocantes
Ad ſuperos cœleſtem animam terrena peroſam
Sic paulo mox ipſe pater confeſſus amœnis
Subridens oculis, & mente arcana volutans
Quæ audierat, quo toto animus ſe ardore ferebat,
Lætiæ impatiens igitur properanter adeſſe

Qui ſacros canerent hymnos, mandauit, & inter
Pſallentum diuina choros modulamina læto
Mens abijt vultu, Diuiſꝗ adiuncta receſſit,
Nil opus eſt nobis eius portenta referre
Morborum circa omne genus, circum aera, circum
Fortunas, & fata hominum contraria, circum
Aequora, nam Diuum nemo eſt qui pluribus vnq̃
Claruerit ſignis a tempeſtate recentum
Chriſtigenum, fidei qui fundamenta fuerunt
Tempus ad hoc, nec habent eius miracula finem,
Aſſidue fluit hæc virtus vberrima tanq̃
Fontis inexhauſti veniens de gurgite flumẽ,
Sunt qui tercentum referant oſtenta relatu
Digna legi, ſed nulla poteſt vigilantia in vnos
Contrahere annales totum quæ facta per orbem
Hactenus, incertum eſt & inexplorabile, q̃q̃
Inſudare velis, totoꝗ aſſurgere nixu
Quodꝗ magis miror Nanꝗ hæc res ardua pluſq̃
Conari natura queat, mortalia pluſq̃
Corda hominum ſperare auſint, niſi cognita virtus
Spem faceret, rerum annales poſt fata reuerſas
Tot memorant animas rurſum in ſua corpora facto
Iam tumulo, cum iam inciperet procedere pompa
Funeris vt dici poſſit prefectus Auerno/
Et poſſe ad nutum manes reuocare ſepultos,
Atꝗ tribus leges quas vult imponere parcis,
Hinc dubitant qui ſcire volunt miſteria Diuum
An Deus infundat rebus vim cœlitus, vnde
Conari hæc oſtenta queant, an protinus ipſe
Vi ſibi ſeruata, faciat quæcunꝗ videntur
Humanis miranda oculis, vt ſurgere manes,
Extemplo ſanari ægros, conſidere fluctus

A tq; procellarum ventos lapidoſaq; ſolui
N ubila, ab obſeſſis lemures depellere membris,
S ed labor effluxit diuina arcana volentum
R imari, & ſtudium in ventos euanuit audax,
N am q ſcire vetat Deus, explorare nefandum eſt,
A t quia relliquiæ (Nam quod poſt fata relictum eſt
R elliquias noſtri nomēclauere) nec omnes
N ec ſemper curare ſolent, extrinſeca virtus
F orſitan eſt, labi a ſolo conſueta Tonante
I s iſta decurſis pro relligione, ſuperſunt
H A rma, quibus cœlum ſoboles matricia tangit.
Q uippe velut celebrant Romā pplosq; latinos
S cipiadum, & gentis Fabiæ mouortia facta
S ic huius ſplendor generis picentia regna
I rradians leuat e tenebris & in æthera tollit
O rta Tholentini domus hæc preclara tetendit
L atius illuſtrem longinqua per oppida famam
A tq; per ora virum volitans penetrauit Iberos
I uit ad Euphratem, Boream peragrauit & auſtrum,
L onga patrum ſeries vſq; in priſca illa recedens
S æcla vetuſtatis, cuius veſtigia nuſq̄
I am ſuperant, prima abſcondit primordia gentis,
V iuebat ſtirps illa prius q̄ gloria tantum
S pargeret iſta recens lumen, ceu tempore Brumme
C um deſæuit hyems, ſine fronde & floribus arbor
V iuit, & expectat tepidi bona tempora Veris,
N on clarebat adhuc, erat in radicibus omnis
Q uæ tulit egregias poſtq̄ labentia cœlo
S æcula venerunt, fruges, abſcondita Virtus,
P rimus in hac heroū acie Nicolaus in auram
V enit agens ſecum martem, metuendaq; martis
I nſtrumenta, tubas, & tympana, quadrupedumq;

Arma, quibus frontem, lumbos & pectora cingunt,
Scuta etiam longaſq; ſudes, tentoria, currus,
Et tormenta grauem muris latura ruinam
Nec ſolum ſortitus erat conſortia martis
Qui ſolet ardenter nimis in certamina ferri,
Sed Pallas conſueta gradu procedere lento,
At frenare animos/& iungere viribus artem,
Semper erat coniuncta Viro, cum bella gerebat
Imperio primum Romanæ preditus Aulæ
Magna ſub Eugenio geſſiſſe negotia fertur,
Nam magno tunc ære merens genus omne latinum
Implicuit grauibus bellis quaſi Romulus Alter
Ocia deteſtans, rigidiſq; exercuit armis,
Roma ſub hoc ſibi viſa genus ſpectare Catonum
Torquatum, et Decios, & vi ſublata Camillum
Signa reportantem, Curioſq;, & Larte ſuperbum
Ac ſpolijs Coſſum, Fabios, & magna Quiritum
Nomina, qui in pugnam patrijs pro legibus ibant,
Illi a deo fuit ante oculos reuerentia legum
Et Commune bonum, geminiq; peritia martis
Scilicet illius, paci qui antiquitus intra
Mœnia, & illius bello qui prefuit extra,
Sed neq; tota viri potuit clareſcere virtus,
Italiam bellis tunc inuoluentibus omnem
Quippe vbi mars regnat, neq; fas, neq; iura loquuntur
Tum Veneti contra Inſubres, Inſubria contra
Tuſcorum populos aſperrima bella gerebant,
Aruaq; belligero flagrabant omnia motu,
Tum Genuæ furor Alfonſum noua regna petentem
Contudit, ingentem meminit Caieta tumultum,
Vertice quæ ex alto vidit concurrere claſſem
Hinc hiſpanam/illinc Ligurem, ſalientibus vndis

Cum fremeret magnis totum clangoribus æquor
Eugenium vero neq; reſpirare ſinebat
Tot caſus Fortuna ferens, Germanica regna
Concilium gentes ad baſilienſe vocabant
Pontificemq; ipſum, quem ſeditioſa Columne
Factio correptis Roma exturbauerat armis
Grecia romanas longo quæ tempore leges
Oderat, ad noſtros cupiens accedere ritus
Tota aderat cum rege ſuo, qui littora circum
Egæum/Ioniũq; fretum diffuſa tenebat,
Poſt graios venere Syri gens proxima ponto
Sidonio, magis expoſiti borealibus aſtris
Venere Armenij, tellus aquilonia contra
Sidera ſub cancro reſidens Garamantas/& vſtos
Etbiopas, quos aſtra premunt antartica, miſit
Has mirata fidem gentes concurrere in vnam
Tot populos vidit, tantas Florentia lites
Audijt, & magnis regnorum interfuit actis,
Hunc Veneti quibus eſt ſolers in rebus agendis
Ingenium, graue iudicium, prudentia caſus
Quæ ſcopulo velut ex alto circumſpicit omnes,
Militiæ fecere Ducem/ſummumq; magiſtrum,
Continuo velut in celebrem pruductus harenam
Corda ferens generoſa Leo, qui fronte ſuperba
Regaliq; ſupercilio conſiderat hoſtem/
Colligit ingenij vires, ſeſe excitat ipſum,
Atq; tot excelſis quot habet ſacer ille ſenatus
Ardet reſpondere animus, res ardua & ingens
Cui poſſunt pauci eſſe pares, nam parta tueri
Et fines proferre, labor duriſſimus inter
Tot Reges, qui rem Venetam circum vndiq; claudunt/
Iminet a Borea Cæſar germanica ſecum

Arma vebens, & Pannonij gens aſpera Bello,
Gallus ab occaſu, cui ſunt latiſſima regna,
Partbenopes autem Reges dominantur ab Auſtro
Quis tellus biſpana ſubeſt, ſardoaq́ꝫ, & Etnæ
Inſula, & Italiæ quicquid Diomedis ab oris
Tenditur ad ripas rapidi procul vſq́ꝫ Truenti,
Quodq́ꝫ magis terrere poteſt, confinia tangunt
Hinc otomanorum regum, qui littora græca
Atq́ꝫ Aſiana tenenrt, illinc Arabumq́ꝫ ſyrū́q́ꝫ,
Creta ſubeſt Turcorum oculis, maris vltima noſtri
Inſula ſidonijs Cyprus contermina regnis,
Quæ ſultamus babet rex immanſuetus, & atrox,
Et populi nos illi omnes odere Deumq́ꝫ,
Cerne quibus curis opus eſt, quo pectore q̃tis
Viribus, Alcides iſto ſub pondere q̃q̃
Heſperidum nemus, Antbeum, regemq́ꝫ triformem
Contuderit, q̃q̃ vaſtarit pergama, Clauam
Linqueret, & poſito feſſum ſe diceret arcu,
Cuncta tamen preſenti animo Nicolaus ad vnguem
Maturauit, vti ſors & natura popoſcit
Temporis ac rerum, Nunc preſentabat Acbilem
Nunc fabium, Pyliumq́ꝫ ſenem, ſed iugiter Argum,
Tranſijt ad Tuſcos pro re mutare coactus
Conſilium, nec enim poſſunt inſiſtere ſemper
Noſtræ eadem (ſic mox bomini (veſtigia plantæ
Tum velut in ſaltum Nemeæ ſyluāq́ꝫ Molorcbi
Illa ſues famoſa Leo, Lernāq́ꝫ paludem
Hydra ferens longis ſeptem ceruicibus ora
Rura Arno pretenta ferox intrauerat anguis,
Qui vorat infantem nudum, timidaſq́ꝫ per vrbes
Ibat, & inceſſu ſinuabat terga ſuperbo,
Anguis erat Dux Inſubrum ligurūq́ꝫ Pbillippus

G randia mente agitans, & non contentus auito
I mperio tuſcos longa obſidione premebat,
E t ſimilis valido, qui fortia robora quærit
C um quibus obluctans exploret cornua Tauro,
V eſtigabat opus, neruos vbi tendere poſſet,
T unc habuit Medicem trepidans Florentia Coſmam
A ere, clientellis, aſtu, ac ſermone potentem,
A uſpicio cuius populi vtebantur Etruſci,
H oc duce Romanis igitur Nicolaus ab armis
S oluitur extemplo tyrrhenaq; tranſit ad arma,
A tq; init imperij conſenſu inſignia magno,
E xultant Lydorum animi. qui maxima quondam
R egna miniſtrabant vſq; ad benacida gentem
V ſq; ad Parthenopes agros campanaq; rura
T rans Tyberim, per Picentum montana per vmbros
A nte Fluentinam miles q̃ conderet vrbem
S ylla tuus, cui poſt factum Florentia nomen,
C ontinuo turmas equitum peditumq; maniplos
D iſcutiens poſuit tyrrhenas ordine gentes,
N ec ſecus aduerſos paucis congreſſibus hoſtes
T erruit ac timidas anates fulicaſq; paluſtres
E xterrere ſolet quotiens Iouis armiger vncis
V nguibus, & roſtro ſtagnum circũuolat vnco
V ici, arces, Caſtella, vrbes iam mœnia pandunt,
I am portis exire audent, errare per agros
E t qui preda prius fuerant, predantur, euntq;
V ltro laceſſitum clauſos in mœnibus hoſtes
E t raptis paſſim exuuijs ſua dãna rependunt,
O ppida cõmuni dudum ſquallentia luctu
E xultant, hoſtemq; procul lætantur abactum,
S ed Fortuna Viro totiens blandica repente
I nduit inuidiam, quia conſumata videbat

O mnia quæ æternam poterant producere laudem
E t quia ſe virtus tanto iactabat honore
E rgo infenſa duci, vultuq́ꝫ irata maligno
V enit ad Inſubres, & ſic affata Philippum eſt,
R es tua apud Tuſcos quæ iam vicina triumpho
P ridem erat, aduentu Nicolai impulſa relabi
C œpit, & in nihilum tendit, ceu lampadis ardor
M obilis emuncto ſenſim tabeſcit oliuo,
H ic opus eſt Nicolao alio, Si venerit omnem
I pſa operam tibi polliceor, fraudabitur hoſtis
S pe ſua, & in caſſes virtus cadet irrita noſtros,
H ic opus eſt Nicolao alio, nec plura loquuta eſt.
A t quid opus multis? quæ ſors heroas ab annis
S uſtulit antiquis, hunc ſuſtulit, Aſpice qualem
T urnus, & Enæas, proleſq́ꝫ Euandria Palas,
R omulus, & frater, Marius, patrioq́ꝫ ſuperbus
I mperio Cæſar, qualem Pompeius, & audax
H annibal interitum, qualem Telamonius Aiax
P elideſq́ꝫ tulit, qualem fortiſſimus heros
A mphitrioniades, odio Iunonis & aſtu,
S ic perhibet genus omne hominum, ſic omnia clamant,
S æcula, Fortunæ grauis eſt odioſaq́ꝫ virtus,
I n ſidijs igitur captus poſt mille triumphos
C lauſit in obſcuro ſquallentem carcere vitam,
H ic dum vita Comes (tam relligioſa pienſq́ꝫ
C ura viro) Nicolae tibi delubra locauit
M agnifico ſumptu, bis ſex vbi ſacra frequentant
I nſignes pietate viri, nocteſq́ꝫ dieſq́ꝫ
C œlituum patri laudem modulantur ad aras,
C um vero Eugenium portenta audita mouerent
V t patrem hunc Diuum in ſortem numerumq́ꝫ referret
I pſe vt feſta ſuo fierent celeberrima, ritu

Quinquaginta Auri libras & quattuor huius
Contulit in ſumptus operis, regalia dona
Hæc animæ in cœlum dos eſt ſatis ampla reuerſæ,
Stipes hic extenta faciens vmbracula fronde
Quanta ſolet Quercus longis altiſſima ramis
Aruit, & moriens tanta cum laude reliquit
Progeniem trinam, quarum quæ maxima natu
Chriſtophorus Venetis patri ſucceſſit in armis,
Hic qualis, quantuſq; foret ſi cernere tentas
Ipſum cerne patrem, non degenerauit ab illo,
Ille idem vel maior erat, monumenta ſuperſunt
Plurima, nec titulis opus hunc ornare paternis,
Nec micat vt ſtelle ſplendore a ſole recepto,
Sed veluti ſol luce ſua, qui clarus & ardens
Surgit, & aſcenſo noctem depellit olympo,
Teſtari Verona poteſt, nec Brixia tanti
Eſt oblita Ducis laudes & fortia facta
Cinſerat has vrbes dura obſidione Philippus
Malleus Italiæ ſemper ſæuire paratus,
Atq; inferre grauem magnis ceruicibus ictum,
Omnia quæ mauors ſolet intentare, labores,
Terrificos caſus, rerum diſpendia, frugum
Detrimenta, famē, morbos, incendia, mortes
Perpeſſi Ciues cum vita & corpore functis
Ducebant preclare actum, & ſupereſſe dolebant,
Lux ſubito talem tenebram patientibus orta eſt,
Continuo poſitis hoc in diſcrimine rebus
Caſtra mouet ductor, totiſq; effulgurat agris
Ingens armatorum acies, auditaq; paſſim
Claſſica, & horrifico montes ſonuere boatu
Inſubres metus acer agit, per rura feruntur
Præcipites, tanq̃ nubes Aquilonibus actæ

Cingite graminea victori tempora fronde/
Qui colitis ripas Athesis/qui flumina Mellæ,
Stet claro illuſtriq; loco ſublime tropeum
Cum ſpolijs/iſto virtus heroica cultu eſt
Digna/triumphales labor hic ſibi poſtulat arcus
Inſignes etiam ludos quos veſtra quotannis
Poſteritas celebret manſuro in ſecula ritu/
Sicut ad Alphæi ripas celebrare ſolebat
Gens magno piſea Ioui/Nemeæa Lycurgi
Archemoro/Portune tibi tota bellas in Iſthmo,
Pro meritis Veneti tantis inſignia patres
Oppida Taurisij campis contermina Silli
Donauere duci. Mox tot ſplendoribus auctum
Clauſit honorato mors immatura ſepulchro.
Altera Iohannes tanto digniſſima patre
Progenies ſub Franciſco qui Sfortiadarum
Maximus euaſit/teneris incepit ab annis
Diſcere militiam duroq; aſſueſcere marti.
Ipſe inter primos Aquilæ ſub mœnibus altis
Ductor erat/qũ Bracium Franciſcus & vrbem/
Subdidit/& quando victis Picentibus iuit
Ad Venetos ære ingenti conductus/& illis
Vix puber licet eſſet adhuc tamẽ vtilis armis
Iam tunc in rebus clauum & magneta regebat
Et cum pro inſubrum populis poſt fata phillippi
Sfortiades Venetum fregit/regna illa volentem
Vſurpare dolo patriaſq; redegit ad vndas/
Cum dedit in predam caſtris aduerſa ſequentes
Arma placentinos, vrbẽq; recepit & agrum,
Deniq; cum factus princeps in regna Philippi
Venit, & eſt ſumma rerum ditione potitus
Sfortiades Iuuenem per tot diſcrimina vectum

NICOLAVS.

Conſilio, ſermone, fide, belloq́ꝫ potentem
Inſignire aliquo præſtanti munere adortus
Connubio natæ, & generi decorauit bonore,
Sic picena domus tot magnificata triumphis
Venit ad Inſubres, & Sfortia ſigna ſequuta eſt,
Poſtꝙ contraxit tanto cum principe vinclum
Tale, ſenatorum præſes lætantibus vrbis
Claſſibus, & ſacro patrum applaudente ſenatu
Protinus euaſit, tandem vt maturuit ætas
Vltima, cœleſti moriens ſucceſſit olympo.
Nicolei proles Baldus ſi reſpicis annos.
Tertia, ſi grandes animos & fortia facta,
Prima, ſub armigero (ſtellis niſi credere vanum eſt)
Marte ſatus fuerat, Sic teſtabatur imago,
Sic ſtudium, ſic arma dies crepitantia totos,
Prædia nec tanti/nec dulcia pignora tanti
Quanti acrem pendebat equum, quem punica tellus
Quem Tagus beſperius mittit, quem Tbracius bebrus,
Quem Calabri ſaltus, rigido manus aſpera ferro
Semper, & aſſidua tinctum ferrugine pectus,
Quicquid eques niti quicquid pedes enſe vel baſta
Aut arcu iaculiſq́ꝫ poteſt, audebat, & ipſos
Tintaridas leuibus poterat preuertere plantis,
Pytbia viciſſet ſi tempeſtate tuliſſent
Fata Virum priſca, viciſſet olympia, ꝙꝙ
Illuc ex toto pubes concurreret orbe,
Iſtbmiaq́ꝫ, & ludos Nemeæ, decorandus oliua
Malo, pinu, apio, ferijs potanda latinis
Qui biberet dignus romano abſintbia ritu
Quiq́ꝫ ſuam fractis intraret mœnibus vrbem
Illa ætas tot clara viris tot ſplendida rebus
Eximijs, & tot bellorum exercita motu

Non habuit mauorte parem/pleriq; feruntur
Auſi hominem tentare armis/quos protinus egit
Præcipites/velut imbellem ſine ſanguine turbam/
Si dandæ/Samijs aures ambagibus eſſent/
Sicinius Dentatus erat/vel fortis & audax
Progenies tua Sordellus Cadmeia Manto/
Nanq; per Europæ populos Sordellus & vrbes
Iuit bella gerens/totoq; rediuit ab orbe
Victor vt Alcides, decus hoc tibi Mantua tātū.
Hec minus a Baldo veniens Antonius armis
Quam pater impendit ſtudium/meminere Calabri,
Ipſa dicarchei meminerunt littora ponti,
Nam Ducis Alfonſi qui rex poſt fata parentis
Parthenopen tenuit, miles fuit, omnia ſecum
Quæ faciunt heroa ferens, ſublimia corda,
Ingenium preſtans, ſolidum patienſq; laborum
Corpus, vt Eacides Pyrrhus, quem ſuſtulit Argos,
Vt Tydeus, & qui vidit ſtygia æquora Theſeus,
Eſt locus Italiæ prerupta Ceraunia contra
Sub quibus eſt Aulon duplici contermina ponto,
Dicimus Hydruntem, via qua breuis, æquore ripas
Anguſtante ſuas, eſt ad dodonia regna,
Ingruit hic clades noſtris horrenda diebus,
Quæ niſi concurſu facto reſecata fuiſſet
Ante recens, Gangrena pedem q̄ figeret altum,
De noſtris actum regnis erat, Arma repente
Miſerat huc magno Turcus molimine, & vrbem
Ceperat, ac totos complerat milite campos,
Perculit Italiam ſubitus pauor, ingemuerunt
Montani Allobroges, in quos velut aggere fracto
Iſta lues Italis erat incurſura ſubactis,
Venit in auxilium fidei cum nauibus altis

NICOLAVS.

A ligurum populis Fulgoſus origine Paulus
V enit & Alfonſus ſecum velut alter Iaſon
D ellectos heroas agens in prælia, quorum
V nus erat nitidis radians Antonius armis,
H ic terris pelagoq; ingens vtrinq; tumultus
F actus, & arſerunt funeſti incendia belli
I mpleuere cauas congeſta cadauera valles,
E t fumante ſolo cruor in vicina cucurrit
A equora, & humano rubuerunt ſanguine fluctus
V ſq; ad Corciræ cautes lilybæaq; ſaxa,
V rbs profligato tandem ſibi reddita Turco
V enit Aragonij rurſum ad conſortia regni/
G entis habens decus ante oculos matricius heros
V iſus in his bellis, contra machometida turbam
A ccepiſſe nouas vires/& Tydea Pyrrhum
A iacem valuiſſe vnus/nec enim fuit vſq̃
T urbine qui tali premeret/qui fulmine tanto
S terneret audaces ſaracenica ſemina Turcos
T alibus Alfonſum meritis Antonius emit
E mit & æternum quod non delebitur vnq̃
N omen apud celebres rigidi mauortis alūnos,
V t bello ſic pace bonus, non aſpera tantum
A rma gubernauit, ſed dum regnauit Arago/
D um ſceptro illius gentis Fortuna pepercit/
P ræfuit & populis doctus componere mores/
E t tetricas animo leges condire paterno
M ore Numæ/plæbiſq; graues ſedare tumultus,
D um gradior meditans per nomina clara virorum
H uius gentis adeſt Decus immortale ſuorum
I am Franciſcus agens magno duo nomina in vnum
O mine, Nam fortes poſtq̃ peruenit ad annos
D icitur heroum vires habuiſſe duorum.

Hic Baldo ſobrinus erat, hunc vidimus ipſi
Cum foret Italiæ, ſummis de rebus habendum
Concilium, Roma miſſum Sixtiq́ ferentem
Ad magnos mandata Duces/qui bella gerebant
Aduerſum Venetos Vrbem aduentare Cremonam,
Concilij locus iſte fuit Ferraria vero
Cauſa mali fuerat populos inuoluerat armis
Dum cupit alligeri fauces euadere Marci
Munus id vt magna cum maieſtate peractum
Romulei martis grandes ſuſcepit habenas
Tale magiſterium titulos eccleſia tantos
Tunc homini Romana dedit/quem ſcire videbat
Pacis & armorum formam moderamen & artem,
Officio tandem functum cum Theutonus arma
Lite graui ſuper agrorum confinibus orta
In noua compulſus rueret de montibus altis
Conduxere Virum Veneti ſed fata dederunt
Talibus euentum bellis triſtem atq́ cruentum/
Nam cum ſorte pari gentis duo ſidera noſtræ
Occubuere ſimul, duri duo fulmina martis
Scilicet hic, & tu noſtris Roberte camœnis
Deplorate ſatis, Fati cum nuncia Romam
Venit fama tui, Nam tunc ego templa tenebam
Tranſtyberim, fleui miſero tua funera cantu,
O funeſta dies quæ vos atrociter ambos
Suſtulit, infauſtis lux annumeranda diebus
Quos veteres faſti reprobant, quos aſpera fecit
Infames fortuna, velut quæ perdidit vno
Tot Fabios bello, vel quæ Traſimenia vidit
Prælia, Cannarum exitium/Trebieq́ ruinam,
Alliaci lachrymas, infandaq́ funera luctus,
Veſtra Italis virtus erat arx/erat ardua moles

NICOLAVS.

E xternas contra gentes/quas noſtra quotannis
C ontra regna odijs furor immortalibus armat
V os fleuere hoſtes etiam/ Germania vellet
N on licuiſſe ſibi tantum, neq́ gloria veſtro
Q uæ venit ex fato grata eſt victoribus ipſis
S ed martis facit iſta furor/Crudelis Enyo
Q uid faciat neſcit/donec feciſſe dolendum eſt/
F eciſtis ſaltem genus immortale, redundat
H oc decus in veſtros hæc gloria tanta nepotes/
P lura (nec ignoro) memorare propaginis huius
F acta, viros plures/qui preteriere, manentq́
F as mihi, ſed Virtus tantum perteſa laborem
D eficit hoc ſpecimen ſatis oſtendiſſe, Charater
O mnibus vnus ineſt, Alij diſcantur ab iſtis
Q uippe aliæ gentes aliquos habuere/ſed omnes
H æc tulit illuſtres, nec auitæ degener artis
V llus adhuc generis venit de ſanguine tanti
N eu credas armis tantum valuiſſe, gigantum
M ore/quibus ſolæ fecerunt nomina vires/
I uſticia, pietate, fide, quæ minima nobis
C onciliant, quæ nos retinent in pace/valebant,
T u vero cui nobilitas antiqua Iohannes
C ui nati, cui res opulens, cui fama Decuſq́
M ultimodum, q̃uis ea quæ tua prima iuuentus
E ximia cum laude tulit, dimiſeris arma
N on minus es felix, nec enim ſecordia rupit
H anc operam, fortuna fuit, quæ regna gubernat,
Q uam dãnare nefas, magni fortuna Tonantis
E ſt Ancilla, Dei nutũ cognoſcit & implet,
S ed tamen hoc damnum lucro meliore rependit,
E t facit vt claris aliquod maioribus addas
N on vulgare decus, nam dum tua prouida cura
H æc fieri monumenta iubet, Cano nanq́ tuorum

T e impulſore patrum laudes,bene conſulit illis
E t prohibet naſci tantarum oblivia rerum
H oc eſt iure tuum,q̄ es illuſtrator auorum,
H is titulis ſplendore iſto fraudabere nunq̄.
A dde q̄ in tanto regnorum turbine rebus
S ors tibi ſeruatis(tecum iam leniter egit)
T empora quæ grauibus ſtudijs impendere poſſis
G allorum ſub rege dedit,dedit ocia ſanctæ
P lena voluptatis/quæ ſunt conceſſa volenti
(Q uiſquis is eſt/nam Regis Amor cōplectitur omnes)
D egere felices ſine ſeditionibus annos/
E t licet Anguigero fueris pars magna ſenatus
S ub Duce/militia q̄q̄ decoreris equeſtri
N on tamen ad ſacros clauſa eſt tibi ſemita fontes/
N am neq̄ militiam,nec magna negotia regum
E xplodit Virtus,ſanctæ vero omnia muſæ
Q uæ virtus concedit amant, Lege preteritarum
T empora & annales rerum, coniuncta videbis
M artia Pieridum ſtudijs & cantibus arma.
I ulius armorum Columen qui ſtrauit ab oris
H eſperijs vſq̄ ad Tygrim terramq̄ fretumq̄/
D um gereret totum bella illa audita per orbem
S cribendis operam libris dabat,Inter eoos
M agnus Alexander populos/arma inter & hoſtes/
D um litui clangore tonant/ incumbit Homero,
D um manus vna tenet gladium,manus altera librum
P erlegit armatus pugnas Danaumq̄ Phrygūq̄
B ella ſuis igitur non interdicit Apollo/
E t ſinit Aonides caſtris aſſueſcere muſas,
A d martem muſaſq̄ ſimul te gloria patris
E xcitat/ipſe etenim ſtudium ſectatus vtrumq̄,
N am tener illuſtri ſub preceptore latino
I ndulſit ſermoni operam/ genitore ſub ipſo

NICOLAVS,

Q ui fuit armorum nulli ſplendore ſecundus
M ilitiæ/& virides bellando exercuit anno
M ox ubi maiori maior tempore virtus
A ffuit/illuſtres animo verſare triumphos
C œpit,& ad magnos iter eſt ingreſſus honores/
S icut prima Leo cum iam pertranſijt ætas
Q uam primum incuruos duris mucronibus vngues
I nualuiſſe videt iam non dignatur inermes
D ebellare feras/tauros predatur & Vrſos
S fortiadum princeps qui tunc victricibus armis
I nſubrum Dux factus erat cum mittere regi
V ellet Aragonio campana in regna reuerſo
S uppetias contra Andegauos,prefectus agendis
E ſt pater auxilijs/magnarum exordia rerum/
H unc picentis adhuc ripæ meminere Truenti/
F udit vbi Picenine tuas Iacobe phalanges/
T roia virum meminit/meminit Nuceria quando
I unctus Aragonijs gallorum ingentia caſtra
F udit/Equis tribus in belli feruore peremptis
C orrepto in pugnam Clipeo pedes iuit/& hoſtem
S ic contriuit/vti ſegetem ſolet horrida grando/
R urſus ad Inſubres rediens eques atq; ſenator
P rotinus euaſit duplici decoratus honoræ
M ox aduerſa virum rapuerunt fata relicto
S emine preclaro ſexus vtriuſq;: ſed in te
T ota Tolentini domus inclinata recumbit/
T u generis columē/tu viua parentis imago
V nde velut quandoq; nemus deſcendit ab vna
A rbore/proueniat ſeries æterna nepotum/
E rgo agæ ſublimes animos innataq; genti
M artia corda tuæ diſcas vt tempora poſcunt/
A d placidum vite genus inclinare quiætæ:

FINIS.

¶FRATER BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI.COM MENTARIOLVS DE BELLO VE NETO / ANNI.M.D.IX.

O

C ia ne vacuam facerent vileſcere mentem
T riſtia ſurgentis memorare incendia belli
Cogor/& atroces carptiꝫ ꝑſtrīgere caſus.
V os mea cœleſti perfundite pectora luce
N umina: vos etenim nobis mortalibꝰ eſtis
L umen/& a vobis humana induſtria ſurgit.
T u quoq́ꝫ qui noſtros aliquid facis eſſe labores
M axime vir: Iafredæ tuum largire fauorem.
M agnanimus Rex Gallorum iam fœdere functus
Q uo Marco connexus erat germanica contra
R egna/nouis Venetum vires contundere/& auſus
A ggreditur bellis: & init cum Cæſare pacem.
C onſpirant in fœdus idem Burgundia, Arago,
R oma ſacerdotum domus inclyta: Tuſcus: & Vmber:
P icentes: & Flaminij: Ligur: Inſuber: Alpes:
E luetij genus armipotens: Ferraria: Manto.
T anta fuit raro facinus concordia in vnum
T ot populis: Europa omnis caſtra vna ſequuta eſt.
S olus in extremis Venetus concluditur oris
I taliæ: ſoluſq́ꝫ Leo dum indagine tanta
S e videt incingi/ducit ſuſpiria ab alto
P ectore/& elatis oculis ac fronte ſuperba
O mnia quæ circum crepitant examinat arma:
N ec dare terga fugæ/nec venatoribus eſſe
P reda ſcit: occulti placet experientia fati.
C auſa ferebatur tam magni hæc vna tumultus;

Oppida q̄ Veneti quædam violentia & armis,
Quædam fraude/dolo/inſidijs quæſita tenebant:
Multiplicis vero furti longæq̄ rapinæ
Pontifices partem/partem Germania/partem
Gallia poſcebat/longinqua Hiſpania partem
In tellure ſitam fecit cui nomina Daunus.
Nam tunc Parthenopes ſceptrum retinebat Iberus.
Sic vt fama refert(Nec enim mihi cura videndi
Vtrum vera ferant)Venetum res publica tantas
Vſurparat opes/tantūq̄ increuerat iſtis
Artibus/vt terris late regnaret & alto:
Vt neq̄ finitimas gentes/nec magna timeret
Regna/nec imperium,ſperans extendere fines
Aſſidue magis atq̄ magis/rerumq̄ potiri.
Coniuratæ igitur magno molimine gentes
Arma parant. Tamen in primis animoſa potenſq̄
Gallia ſe bello accingit:Regemq̄ Loiſum
Magnanimum fortemq̄ ducem tam multa ſequuntur
Agmina/vt Hannibalem credas/Cimbrūue relicto
Oceano fluere vndatim de rupibus altis
Rurſus/& Italiæ latos deſcendere in agros.
Moſa ruit:feſtinat Arar:mora nulla Garūnam
Nulla tenet Ligerim:Rhodanus volat alite planta.
Sequana proripitur celeriq̄ Druentia curſu.
Conſedere locis vbi rura inſubria Lambrus
Permeat:& poſitis figunt tentoria caſtris.
Et ſua Romanus vigil expedit arma ſacerdos:
Iratuſq̄ manu duo tela biſulmine promit:
Vnum quo ſontes animas precellat:& vnum
Corpora quo feriat/totamq̄ effundit Erinnyn:
Atq̄ Deum contra Venetos irritat/& orcum:
Quicquid habent datur in predam:promittitur æther

Inſidiatori raptor donatur olympo.
Ex hominum cœtu quaſi gens Acheruntica pulſi
Arcentur procul a ſacris, pelluntur ab aris.
Nec Veneti minus armantur, nec ſegnius audent:
Quippe quibus penus eſt locuplex, quib9 æris & auri
Copia/& argenti plenis opulentia tectis.
Tum geminos habuere duces (ſic fama) bicepſq̨
Marcus erat/quæ res quantum conducat agendis
Rebus/in ambiguo. Primus iam vertice cano
Sed ſtrepitum armorum primo ſectatus ab æuo
Nicoleos ducens genus a primatibus Vrbis.
Romuleæ: ſatus Vrſinæ de ſanguine gentis.
Alter adhuc Iuuenis referebat imagine & auſu
Tydea magnanimo, terra Liuianide natus,
Forti animo cuius ſi ſors magis æqua fuiſſet/
Euaſurus erat gentis non parua latinæ
Gloria: ſed Virtus pugnat: fortuna triumphat.
Concurrunt ad opes tantas Aetolus/Acarnan,
Theſſalus/vnde orti Lapithæ/Phlegiæq̨ nepotes/
Centauriq̨ genus Nephele atq̨ Ixione natum:
Dardani/& Emathij/Dryopes/Teſprotica tellus:
Confluit Epirus/quiq̨ alta Ceraunia/quiq̨
Scodrenſes habitant agros/& flumina Drini:
Littoraq̨ Aulonis: fluit & Dodonia pubes:
Illiriciq̨/Iſtriq̨ volant/iuga norica & arua
Rhetica/Tauriſci/Cenomania tota Leonis
Aligeri vexilla petunt. Exercitus vrbes
Occupat, & campos gradiens depaſcitur omnes:
Telluri grauis eſt ipſi/tot ferrea vectant
Inſtrumenta rotis/tot agunt in curribus arma.
Hinc Venetum vires animoſq̨ aduertere fas eſt,
Quod ſoli fuerint auxi ſe opponere tantis

Hoſtibus: & pugnam paribus cōmittere turmis.
Hæc mihi viſa fuit noſtro res Carmine digna:
Vt ſi forte ruant penitus/quod fata futurum
Sunt pleriſq; modis portendere viſa/Nepotes
Quid fuerint noſcant/dum res integra manebat:
Et q̄ ſublimi ruerint a culmine poſtq̄
Contra illos vertit vultum fortuna minacem.
Grandia metator rapidi ſub flumine Brembi
Caſtra locat/tellus ſub papilionibus albis
Tota latet: reſonant lituis & cornibus auræ
Vndiq;: per campos mars & Bellona ferocit.
Hic erat incinctus foſſis locus/atq; prealtis
Mœnibus: indigenas fama eſt de montibus altis
Vnde fluit Brembus/belli certamine pulſos
A Venetis/illic olim poſuiſſe penates.
Et quoniam tribus e vicis deſcenderat iſta
Plæbs montana/loco nomen fecere Triuicum.
Hi primi ad Gallos Marci iuga dura peroſi
Tranſierant: Ideo extemplo Liuianus atroci
Corde fremens/certuſq; locum debere repente
Arma vocat/conſcendit equum pernicior euro
Cum pluuias abigit nubes/violentior igne
Cum ſtipulas vorat arentes agitatus ab auſtro.
Arma rapit miles/portarum in limine Gallo
Erumpente furit mauors: pugnatur vtrinq;
Acriter: ac Venetis tandem victoria ceſſit:
Præſidio in portis cæſo Galliſq; ſubactis
Aggreſſi ſpoliare domos/incendere raptis
Tecta opibus/ſacras ædes violare/pudicas
Inceſtare nurus/rabiemq; effundere totam
Quam fera damnati facit inclementia martis.
Taliaq; ardenti data ſunt preludia bello.

G allus vt accepit facinus tam immane, repente
V lciſcendi auidus medium proceſſit ad amnem.
A ddua deſcendens lari de gurgite magno
A d phaetbonteas ripis florentibus alnos
A mnis erat medius: ſonat hinc clamoribus altis
M arcus: & hinc ſtrepitu reſpondet Francia magno
M ens fuerat Venetis Gallo dum tranſmeat amnē
E t ſe credit aquis opponere ſulfur & ignem:
A tq; arcere vadis, ſed ſpes euanuit: ante
A d vada ꝙ tractis veniſſet machina plauſtris
N octe quies dum prima ſilet confluxit ad amnē
G allus: & extemplo miſſis in flumina lembis
Q uos ſecum vectare ſolent in bella profecti/
T raijcit: & capiunt alias ex tempore ripas.
V tq; ſolo foret aduentus memorabilis illi
Ripaltam vicum inſignem multoſq; per annos
D iuitijs auctum varijs gens aſpera ferro
S uſtulit & flammis: campoq; inſedit aperto:
M aius erat/curru nobis ſol proximus alto
I bat/& ouipar æ luſtra bat pignora Ledæ
Iam bello decreta dies variauerat ortum
N ubibus: & piceo Titan monſtrabat amictu
T riſtitiam pallens ſeniq; ſub albidus ore.
A ſcendente die/noua res dignūq; notari
P rodigium. liquido fiebat in aere quicquid
A ccidit in terris. pugnæ apparebat imago:
C ertabant ventis venti per inania: victor
N unc Zephyrus: nunc Eurus erat: ſed nubila tandem
C orripiens Auſter gelidam perflauit ad Arcton/
Q ua miles marcenſis erat: fortuna videri
I n nebulis voluit quod erat factura per agros.
A dde ꝙ in Venetum fontes contrarius Auſter

S emper agens imbres oculos ſic ſtrinxint/ vt ante
V ulnera perferret pugnans,q̄ꝑ cerneret hoſtem.
S ors fuit ad Gallos nimium propenſa:vereri
V iſa fuit ne Rex quem fortunare volebat
F orſitan ad patrios fines inglorius iret:
P ropterea ventos/pluuias elementaq́ȝ mouit.
G allia turmatim ſolitis exibat in arua
O rdinibus ſpirans oculis iram atq́ȝ furorem.
N ec numero/nec corde minor ſeſe explicat omnis
A dria/& in latos ſua porrigit agmina campos:
C laſſica dant ſtimulos animis / & tympana & arma
I gnea/fulmineoq́ȝ micans mars vndiq́ȝ ferro.
S tant habili tormenta loco iaculantia longe
M armora/& horrifico ſimilante tonitrua bombo.
T anta videns armorum illis ſpectacula campis
N on potuit frenare ferox Liuianus amarum
V irus:it in Gallos/vt fulmen ab æthere miſſum:
A c premit aduerſos/& tanta mole repente
I nclinat Gallorum aciem/quanta Padus æſtum
C um trahit vndantem/ſyluas ſegetēq́ȝ per agros
I ncuruare ſolet:noſtroſq́ȝ auferre labores.
S ic Venetum primo fauit fortuna periclo.
F racta acies in terga ruit/trepidantibus inſtat
D uctor & in grandes cæſi cumulantur aceruos.
H is ita patratis victor Liuianus in alto
S tabat anhelus equo:ſtabant & ſanguine tinti
V ictores ſocij macronibus/arma ſuorum
A ffore ſperantes:nec enim ſe poſſe videbant
F erre tot armatos. Cupit ire in prælia ductor
O cyus:& gallos vno confundere nixu.
V ritur expectans/Annus mora parua videtur.
E t modo venturum auxilium modo proſpicit hoſtem

Sollicitus: ſpes atqꝫ metus precordia torquent.
Gallus vt a longe ſpeculans procœdere nuſq̃
Auxilium vidit/nullamqꝫ erumpere turmam/
Irruit vlturus cœdem interitumqꝫ ſuorum.
Conuoluitqꝫ ducem: veluti cum murmure magno
Aeſtuat/& puppim fluctu mare circuit alto.
Mox Veneti quotquot labi de turbine poſſunt
Hoſtibus in medijs domino dant terga relicto.
Nec mora/prerapido poſt terga fugatia Gallus
Proripitur curſu: ſtrageſqꝫ aſperrima ſurgit:
Non eſt indomito marti modus/vndiqꝫ tellus
Strata cadaueribus ſe totam ingurgitat imbrœ
Sanguineo/& viridis rubrum induit herba colorem.
Rex vbi cognouit curſu pugnam ire ſecundo/
Nam veluti reſidens puppi Nauarchus in alta/
Obſeruabat vtri annueret victoria parti/
Vicimus exclamat: victis incumbite: veſtra eſt
Magnanimi Celte/veſtra eſt victoria/forti
Ite in bella manu. decus immortale referte
In patriam/Venetis opibus diteſcite/ quando
Nos fortuna iuuat/tempus ne perdite: magnis
Ite animis/hodie Venetorum extinguite faſtum.
Dixit: & amplectens haſtam calcaribus vrget
Cornipedem: pugnamqꝫ ſubit molimine magno.
Ductor vt aduertit ſe ſolum in marte relictum
Tam atroci/magnāqꝫ manum fugiſſe ſuorum
Frenat equum. vertenſqꝫ acies ad ſidera dixit
O veneti decus Italiœ fortuna negauit
Quem dabat euentum virtus: ſors dira fefellit
Et vos & totam Italiam. ſic inquit/& enſem
Proijciens o Marce/o Dux/o ſancte Senatus
Accipe/perſolui dixit quœ debita duxi

Officia/hic vitam moriens atq; arma relinquo
At Galli inſtantes ſtrictis mucronibus hoſtem
Magnanimum miſerati omnes. imanſit in illos
Humanam mentem Deus ingeniumq; benignum
Atq; Virum ſimul affati. Pone inclyte Ductor
Pone metum/iam noſter eris: tua maxima virtus
Non eſt digna mori: qui te expoſuere periclo
Nec tibi ſuccurrunt/digni grauiore ruina:
Maioreſq; ſuo ſoluent pro crimine pœnas,
Inuidere tuo decori: tua gloria viſa eſt
Magna nimis: tibi iam dudum fata iſta rogabant.
Viue vale: te in bella Deus felicia ſeruet,
Sic fati iniectis ducunt ad regia vinclis
Limina. Rex autem cuius pia viſcera portus
Sunt miſeris/poſtq̄ rediit/clementius illum
Intuitus ſeruari hominem mandauit: & vltra
Alpinos tradduci apices in galica regna.
¶ Hæc vti rumores illis ſparſere diebus
Sunt digeſta. Tamen ſunt qui certaminis ortum
Longe aliter referant. Nam cum magis ædita Galli
Et munita magis peterent loca/protinus illos
Vt perhibent/armis nitens auertere ductor
Oppoſuit ſeſe/vetuitq; aſcendere in altum:
Rixaq; paulatim in pugnam concreuit atrocem.
Nec Gallum certandi animo: ſed caſtra. locandi
Aptius/affirmant primam mouiſſe cohortem:
Regem autem poſtq̄ nouit ſuccumbere Gallum/
Suppetias miſiſſe ferunt/ne fama pericli
Serperet in Gallos/faceretq; metumq; fugamq;.
Nicoleum vero memorant extempore natos
Sponte quieturos ſibi perſuaſiſſe tumultus
Atq; ideo traxiſſe manum: neq; lora furenti

Ne res in peius fluerent, laxaſſe Gradiuo:
Sed ſors euentu quæ ſunt peiora ſecundo
Cœpta facit (quotiens placuit) meliora putari
Vt memorant vulnus rixa Liuianus in illa
Nuda in fronte tulit: quo conquaſſante cerebrum
Secædens deſcendit equo, ſeditq; ſub vmbra
Saucius, & caput acclinans ad ſaxa cruentum
Inuentumq; ferunt a pretereuntibus illac.
Hoſtibus: & magno ad Regem pro munere tractum.
Quod Franciſcus in hoc ſtrepitu Gonzaga ſiletur
Qui primus ſolet in magnis occurrere rebus,
Cauſa duplex: Vna eſt ꝙ non per ſingula belli
Acta feror: ſed verborum compendia ſector.
Altera ꝙ langore graui proſtratus agebat
Vitam infelicem: nec morbi pondere tantum
Membra grauabantur, ꝗ̃ mens ꝙ tanta videbat
Bella geri ſine ſe: dolor hic generoſi premebat
Corda magis, nec ab his poterat diſcedere curis.
Non tamen e caſtris voluit diſcedere certus
Quam primum expulſis poſſet langoribus, arma
Induere, & toto Regi ſe impendere nixu.
Hæc igitur currens ſtrinxi certamina ſicut
Ad Nili potare canes vada magna feruntur.
Hæc ratio ꝙ in his bellis te tanta gerentem
Carole Caldmontis princeps, Ambaſia proles
Prætercam tanꝗ̃ exciderint tua nomina mente.
Hæc ratio ꝙ in hoc generoſe Triuultie cantu
Te meritis fuerim titulis fraudare coactus:
Nam neq; ꝙ referas bellaci Tydea dextra
Neſtora conſilio breue me ſinit ædere tempus:
Veſtro equidem quantum creuit res gallica nixu
Non ſi noſtra volent omnes ad carmina muſæ

F as modo cum paucis complectimur omnia chartis
P andere.tam magnæ poſcunt magna ocia laudes.
T u vero Iafrede licet non geſſeris arma/
N on tamen his operam bellis preſtaſſe minorem
D iceris:aſtabas Regi/teq; ille gerebat
O mnia conſulto:populos vrbeſq; vocabas
R egis ad obſequium.prudentia fortior armis
S ic ſolet humanas quo vult inducere mentes.
E t veluti radijs terras illuminat omnes
F œcundatq; ſolum lampas Titania/ſic tu
I ngenio gentes regem pugnamq; regebas.
S ed laudes maiora tuas in tempora ſeruo.
V t ſtragem accepit Venetorum exercitus iſtam/
C ontinuo cecidere animi:confuſa ſolutis
O rdinibus caſtra vt puppis confracta/debiſcunt
V ndiq;:promittit pauidis fuga ſola ſalutem:
I ſte timor Gallis animos dedit:omnia Gallus
O ccupat/erumpunt totos effuſa per agros
A gmina/& incumbunt omnes cædi atq; rapinæ:
O çeanum dicas fractis in proxima rura
L ittoribus ferri/fluctuq; inuoluere montes.
D ux ſenior Priamo ſimilis cum ardentia vidit
P ergama collacbrymans/in tanti turbinis æſtu
R em venetam ſeruare volens collegit in vnum
Q uos potuit raptim/ſeq; in loca tuta recepit.
G alli autem madidi nimbis(nam fluxit in imbrem
T ota dies)lætiq; omnes victoria & auro
S unt labente die tandem in ſua caſtra recepti.
P oſtq̄ diſcuſſis Venetus contabuit armis
O ppida confeſtim Gallo Cenomana vocato
M utauere iugum:Quo ſe fortuna recepit
V ertit vela fauor:pingunt in turribus altis

Lilia/& abraſo mutant inſignia Marco.
Bergomeæ gentes Orobiq́ꝫ in montibus orti
Ante alios: Cbineus apex & Brixia regem
Gallorum adſciſcunt/celebrantq́ꝫ per omnia feſtos
Tecta dies: ineuntq́ꝫ epulis conuiuia lautis
Gallorum de more: Canunt animoſa Loiſi
Pectora/& extollunt gallorum in ſidera nomen.
His Crema conſilijs: his & Carauagia tellus
Vſa: Cremonenſes ſolitos in mœnibus angues
Pingere ceruleos eadem ſentencia flexit.
Salonenſis ager Gallo ſe ſubijcit vſq́ꝫ
Ad vada Benaci/quibus eſt Piſcaria nomen:
Ius Gallis huc vſq́ꝫ datum/qua Mintius vndam
Accipit: vnde ſenex ſua colligit æquora Manto.
Cætera quæ tendunt ad Clodia littora Cæſar
Poſſeſſurus erat: ſic publica fama ferebat.
Tunc etiam noſtras leges ſubiere vetuſta
Oppida/quæ Veneti a noſtris ablata tenebant
Principibus/legi & iuſto dominantibus armis.
Surmio Benaci peninſula/quæ videt altos
Vndiq́ꝫ cum perflat Boreas/colludere fluctus.
Aſula campeſtris/reſidenſq́ꝫ in colle Lonatum.
Rex vbi compoſitis cenomana per oppida rebus
Fœderibus feciſſe ſatis ſe vidit/ad vrbem
Quæ caput eſt regni inſubris/veſtigia vertit:
Hic vero inſignem populo occurrente triumphum
Egit/& in ludos paſſim conuerſa Iuuentus
Exultant vti pubes Romana ſolebat
Cum rediens victor Conſul capitolia iunctis
Aſcendebat equis ardenti ſplendidus oſtro.
Sors vbi Gallorum rebus tam proſpera fulſit
Tantus erat pauor in populis/formidine tanta

Contremuere omnes/Vt mox Verona fugato
Præſidio Venetorum/Aquilas inſignia magni
Cæſaris cediderit/ventoqꝫ agitanda leuarit.
Vincentinus idem/Patauiqꝫ trifluminis ora
Tota facit/ſic omnis ager/ſic oppida & vrbes
Vſqꝫ ad Carnorum colles fontemqꝫ Timaui.
Gens Venetum quæ tanta poteſt/quæ porrigit vſqꝫ
Ad ſyriam fines/ſic deglabrata remanſit.
Adijce Flaminiæ partem/quam Roma recepit:
Adijce quas olim Venetis conceſſit Arago
Altera/littoreis poſitas in finibus vrbes,
Quas modo rex hiſpanus habet: ſic fœdere in ipſo
Partiti exuuias reges & bellica lucra.
Poſtremo hæc Venetus cum iam quaſi crederet actum
De regno rebuſqꝫ ſuis/quæ debuit ante/
Reſtituit ſero/ſperans hoſtilia poſſe
His forte officijs paulum manſueſcere corda:
Ammiſitqꝫ iſtis bis ſeptem in litibus vrbes.
Hæc autem inuexit Galli victoria/& ortus
Inde per Italiam pauor/& preſentia Regis.
Tantum ideo fructicat modo gallica gloria paſſim
Vt redijſſe putes Caroli florentia Magni
Tempora: tam multum debent ſua regna Loiſo.
¶ Cæſar vt accepit gallorum ingentibus auſis
Aſpiraſſe deum/& ſibi rerum accedere tantum/
Lapſus in Italiam multis cum millibus auxit
Ex Italo/Gallo/Hiſpano ſua milite caſtra.
Relliquiæ interea Francum Regiſqꝫ Loiſi
Conuenere ſimul Veneti/ſedemqꝫ locarunt
In patauinorum campis ad littora ponti
Adriaci vallo & foſſæ munimine cincti:
Hæc loca legerunt/vt ſi vis vlla repente

Ingrueret/pelago poſſent & nauibus vti.
Tunc quoq; felices horas/& idonea nacti
Tempora nauarunt facinus memorabile/dignum
Gramine/Troiani cœpere Antenoris vrbem
Rurſus/& extorrem Marcum in ſua regna tulerunt.
Tantum animi profugis,ea tanta audacia victis.
Cæſar enim Patauii male cuſtodita ſinebat
Mœnia & arua/metu Venetos ratus eſſe ſepultos.
Id tamen indignans furtum quæ caſtra tenebat
Sparſa per apricos montes collegit/& hoſtem
Obſidet:extendunt ſeſe longa agmina circum
Multiplices muros/etenim munimine triplo
Vrbs ea ſepitur ductis adſingula circum
Mœnia fluminibus/cinctuq; extenditur amplo.
Non oppreſſa fuit tot bellatoribus olim
Terra Phrygum cum mille rates ex Aulidos oris
Aduexere duces rhethea ad littora tantos.
Obſidio in longos trahitur fruſtrata labores
Defenſore aditus omnes claudente/viaſq;
Hoſtibus/& magnis ad propugnacula ſemper
Aſſiſtente animis/grandiq; viriliter auſu.
Dum certatur in his ſtudijs caſtrenſibus/ æſtas
Tota fluit/fluit Autumnus:Iam proxima brūma
Fecit ab inceptis feſſos deſiſtere.longa
Soluitur obſidio.Cæſar montana Tridenti
In iuga diſcedit:Gallus Cenomana remigrat
In Caſtella:redit requies patauina per arua.
¶Læta per id tempus quo per patauina fremebat
Arua recens bellum/Venetis fortuna refulſit/
Qua multos caſus miſeros & damna rependunt
Plurima.Franciſcus princeps Mantous in armis
Maximus/Italiæ columen/dum permeat arua

V eronenſis agri cupiens ſe adiungere caſtris
C æſareis/dum nil metuit/dum credit amicis
S e populis/ſicut ſe credere debet Amicus
I ncidit in laqueos/fatoq́ exceptus iniquo eſt.
L ucius armorum ductor maluicia proles
C uius in egregijs notam ſe induſtria rebus
F ecit apud venetos alias/cum morte Robertus
I nfelici obijt montanæ ad flumina Petræ/
A tq́ per Etruſcæ fruticantia paſcua Piſæ/
T unc ſub Nicoleo Venetum ductore merebat.
H ic igitur monitus venturam in proxima prædam
R ura iſtam:confeſtim Atbeſis prope flumen in alto
D elituit ſaltu turma comitatus equeſtri:
A tq́ vbi deuotum ſpolijs cognouit opimis
T empus adeſſe,volat ſicut venatica dammam
P rædatura canis:Cœli conſcenderat axem
N ox medium phœbo extremum peragrante Leonem
C um ſubito incurſu vicum circũuenit omnem
I nſula cui nomen:ſopitaq́ lumina Marcum
V ociferans miles clamoribus excitat altis.
N ec mora/correptis trabibus clauſa hoſtia pulſant:
V iq́ viam faciunt/portis penetralia fractis
A rmati ſubeunt/perq́ ipſa cubilia pugnant
I n iugulos hominum nudos/in pectora aperta/
E t laribus ſtygijs ingenti cæde litatum eſt.
N anq́ equites Galli qui ſub ductore merebant
M intiada/quia correptis animoſius armis
P reſto aderant/in fruſta omnes cæſi,atq́ relicti
D etractis raptim exuuijs in ſanguine nudi.
T unc ego germanum/cuius mihi ſemper imago eſt
A nte oculos/miſer ammiſi:noſtro modo factus
P rincipi ab arcanis fato ſublatus acerbo eſt:

E gidio cui nomen erat digniſſimus annos
V iuere Neſtoreos/& ſæcula longa ſibyllæ.
T unc princeps quo nemo alius generoſior omnes
I nter mortales(heu ſors contraria ſemper
H eroum generi)captus ſtipante caterua
D ucitur ad Venetos:vbi concurrente ſenatu
A ccipitur:ſummamqꝫ vrbis productus in arcem
N on ignominiam capti/ſed Regis honorem
P ercipit/& cocco ardenti donatur & auro.
H æc Venetis inſtar magni captura triumphi
E t fuit/& caſum lachrymans ita iudicat orbis.
¶ I ſta ærumna quibus mentem Conſortis Eliſſæ
C ontuderit curis/non eſt qui carmine poſſit
A edere.pugnarunt dolor & prudentia in eius
P ectore conflictu ingenti:prudentia vicit.
N am neqꝫ ſe paſſa eſt vinci mœrore Virago,
E t phaethonteas non eſt imitata ſorores:
N ec Nioben/nec te coniunx priameia: nec te
I mpatiens Phyllis.longe confinia ſexus
F œminei tranſgreſſa nihil muliebriter egit.
S ed tamen eſt conata virum ſeruare:Nec vlla
P retermiſſa via eſt:omni a regione marito
I mplorauit opem.Gallorum & Cæſaris aures
A ſſiduæ fregere preces.Rhodopeia longe
T erra maritales eſt cõmiſerata querelas.
P ontificis tandem Iuli ſapientia rupit
V incula: & eductum clauſtris in regna remiſit.
T empore brũmali poſtq̃ redeunte ſoluta eſt
O bſidio:dum Cæſar abeſt montana peragrans
R hetici/peruigileſqꝫ fugat de pectore curas/
V incentina nouas res eſt ordita Iuuentus:
N am iuga deteſtans germanica/Cæſareumqꝫ

Nomen/& inſuetos mores peregrinaq; verba
Ad venetos iterum rediit/pulſiſq; ſubinde
Præſidijs/ſe in magnum Aquilæ vertere Leonem.
¶Nondum multa dies ierat/contraxit in vnum
Aequoreas naues Venetus/quibus arua Cymacly
Stagnaq; prædatus claſſem deflexit ad ora
Fluminis Eridani/quod preterlabitur agros
Adriacos. Illis etenim vetus Adria quondam
Floruit in campis/fecit quæ nomina ponto.
Nunc eſt merſa vadis: eius veſtigia in alto
Gurgite cernuntur: vitrea piſcator in vnda
Tecta videt/perſæpe etiam irretica trahuntur
Vaſa/quibus gens illa dapes antiqua ferebat.
Huc claſis ſubuecta/Pado pretenta rapaci
Rura manu inuadit: rapiunt armenta gregeſq;/
Succenduntq; domos genus implacabile Nautæ:
Adde q ex ratibus peditum vis maxima in omne
Rodigienſe ſolum erumpens quæcunq; tenebat
Oppida Ferrariæ Princeps patauina/ſubegit:
Atq; breui totius agri ditione potita eſt.
Hæc vbi facta/rates ineunt: iterumq; Cymacly
Littora radentes/iterum magalia vicos
Oppida depopulant: & quod fuit ante relictum
Dum properant/ſubitamq; legunt celeremq; rapinam/
Funditus extirpant: hominumq;/boumq; labore
Non contenti/abigunt ipſos homineſq;/boueſq;.
Sors quoq; finitimis eadem fuit vndiq; campis.
¶Plurima in hoc tanto ſunt perpetrata tumultu/
Horrenda auditu/dira atq; atrocia viſu:
Sed nil tam crudum/nil tam lacbrymabile/nil tam
Senſibus infenſum noſtris/q triſtia magni
Funera Cantelmi/quem dum velut igneus Hector

Supra annos, ſupra ætatem molitur & audet
Principio felix ſors demum infida fefellit
Ibat in hoſtiles velut in pecuaria fortis
Magnanimuſq; leo/liber formidine turmas,
Intuleratq; hoſti iam non ſemel eminus haſta
Cominus enſe grauem interitum: quo exterritus hoſtis
Sic illum vitabat/vti per ſtagna lacuſq;
Diffugiunt aquilam mergi/fulicæq; paluſtres:
Sæpe pater qui dum vires animũq; ferebat
Vtilior ſanguis/fuit æqui paratus Achilli/
Dixerat hæc Iuueni: Tibi mens nimis ardua/ vitæ
Prodigus es/mi Nate precor tibi parce/ tuiſq;
Omnibus: in te etenim domus inclinata recumbit.
Mens nocuit multis nimium generoſa: periclis
Te nimium grauibus/nimium iuueniliter offers:
Sic pater: ille autem cui mars in corde fremebat
Quamuis ſancta patris tanti documenta videret/
Non poterat tamen ingentem feruentibus armis
Vim cohibere: trabem palma complexus vtraq;
Fundebat numeroſam vno ſemel impete turmam.
Hunc tanq̃ graue ſupplicium & comune flagellum
Inſidijs hoſtes circumuenere locantes
Mille locis pedicas: ſed cum nihil artibus iſtis
Proficerent: caſſes alios fortuna tetendit.
Inter bellandum cum mars atrocior eſſet/
Dum ſoli ſibi quiſq; inhiat/vitam vel honorem
Mente agitans/neq; perpendens aliena pericla
Tranſportatus equo fracta qui liber habena
Ibat in incertum/ſolus peruenit ad vndam
Eridani: ſonipeſq; altis infixus harenis
Corruit. Ipſum autem tentantem aſſurgere Nautæ
(Nam venetum claſſis ripas obſederat illas)

Correptis ſtipant armis/ſolumq́ trucidant,
Dilaniant/graſſantur/vti cum in retia traxit
Ingentem Venator aprum/lybicũue Leonẽ
Deſæuire ſolet, ſic fato occumbit amaro/
Orphea preſentans: ſed in hoc ſublimior illo
Quod non femineo cecidit/ſed marte virili.
Sunt qui deſertum a ſocijs in vortice pugnæ.
Opetijſſe ferant inter denſiſſima martis.
Agmina/dum vitæ indecori preponere mauult
More ſuæ gentis: madefactam ſanguine mortem.
Heu Iuuenis dilecte mihi (pia numina teſtor)
Non ſecus ac patri/Iuuenis tam grande tuorum
Tam ſublime decus/cum te diſcedere vidi
Tam viridi totum florebat robore corpus/
Tanta genis oculiſq́ inerat venus/atq́ renidens.
Gratia/vt æternos poſſem te credere in annos
Victurum: forma illa fugax nos teq́ fefellit:
Mors tua ſectando leuibus veſtigia plantis
Obſeruabat iens tempuſq́ viamq́ nocendi.
Heu quot ſingultus/heu quot ſuſpiria patri
Quod lachrymas miſeræ matri a æquicolæq́ relinquis
Sed quid fœmineo fletu conſumimur? eſto
Eſto age/diſcedis Iuuenis: ſed prima Iuuentus
Par erat ætati ſolidæ: preuenerat annos
Illa hominem ſuperans virtus heroica/ & heros
Conſumatus eras: Quiſquis tibi nomina ſummi
Herculis attribuit Vates fuit: omnia nanq́
Hercule digna tibi ſeu ſors ſeu ſancta dederunt
Numina/& impoſuit tibi mors heroica finem
Quid gemimus? gaudere opus eſt: ſunt omnia nobis
Proſpera/nunc inter magnos heroas in alto
Eliſio viuis. licet immatura repente

Te mors ſuſtulerit: tecum eſt inſigniter actum.
Quo venturus eras greſſu per turbida longo
Aequora/te breuiore tulit mora parua volatu/
Iam vale: & Egidium fratrem ſi forſitan illos
Occurret tibi per campos/ſaluere iubeto.
¶ Littora Paphlagon predatus & omnia rura
Proxima littoribus peloſellica fertur ad arua
Eſtenſem. bello Alfonſuʒ petiturus: & vrbem
Ferrariam/Marcoinfenſam/Venetiſq; rebellem:
Plurima pro Eridani ripis certamina/cædes
Aſſiduæ ſurgunt: paſſim Bellona cruorem
Haurit/& oblongis decernitur eminus haſtis/
Sulfure/miſſilibus: vibrato cominus enſe.
Heu funus Crudele illis mala fata diebus
Induxere tibi longo Mirandula luctu
Plorandum. Lodouicus enim de ſanguine natus
Picigenæ gentis/tantus mauortis in armis
Vt Romanus ei dudum ſua caſtra ſenatus
Crediderit/Venetam claſſem pulſurus ab oris
Ferrariæ/vada conſedit phaetontia propter:
Dumq; paphlagoniam magno certamine gentem
Aggreditur/captiſq; adigit diſcedere campis/
Ecce velut fulmen grandi pila ferrea bombo
Emicuit/ſubitoq; ducis caput abſtulit ictu
Corpus equo labens viſu miſerabile/truncum
Pulſat humum: raptus vertex in mille receſſit
Fruſta/fauillarum in morem per inane volantum.
¶ Hæc poſtq̃ rerum non exſpectata nouarum
Nuncia venerunt ad regna inſubria/Gallos
Dum genio indulgent, & amœna hyberna frequentant
Saturniq; dies lætos brummalia feſta/
Ferrariam properare opus eſt: nanq; illius vrbis

R ex protector erat: tutelareq́ʒ gerebat
V t fuerat firmata fides in fœdere/ curam.
E rgo reſumentes appenſa penatibus arma
T ortilibus clangunt lituis/ & tympana pulſant
D umq́ʒ petunt vrbem ferri de nomine dictam
H i per curua padi labuntur flumina plenis
P uppibus: hi longis onerant equitatibus arua
C um fulicis acturi hyemem ſtagna inter & amnes.
I nterea Cæſar patriæ telluris amore
D uctus in aerias alpes ad frigora Rheni
T ranſit: & vt fido ſua ſub cuſtode relinquat/
V eronenſe ſolum Gallo cõmendat & vrbem.
T empeſtate merens illa ſub Rege Loiſo
F errariam miles gallis comes iuit Iberus/
Q ui q̃ ſit natura ſagax aſtutaq́ʒ genti/
M ox vt conſpexit naues/ripaſq́ʒ/ padumq́ʒ
I nuenit quod nullus adhuc deprenderat/vnde
C oncuteret puppes Venetas/& funderet hoſtem
N octe igitur clarum cum luna decendia lumen
S pargeret/aggreſſi facinus grande atq́ʒ ſuperbum.
F ortuna aſpirante operi tormenta locarunt
P ro ripis vtrinq́ʒ Padi/quæ fulgure & igne
I rritata pilas rictu iaculantur aheno.
T um padus alpino fauces compleuerat imbre:
S uſpenſoq́ʒ magis tergo tollebat in altum
R oſtra Carinarum/& latera exponebat ad ictum.
M achina iam tonat ore cauo: crebriſq́ʒ flagellat
F ulminibus puppes: adigitq́ʒ in flumina nautas.
R adebat vada ſumma Chalybs: vterumq́ʒ ſonantem
D iſcutiens aditum dabat ingredientibus vndis.
H ac vi tota ſimul claſſis quaſſata repente
D iſſilijt: pars merſa vadis: pars capta: per amnẽ

P arſ elapſa cito properauit ad æquora curſu:
A tq; ita Paphlagon cædes furta atq; rapinas
H is luit excidijs in amaræ turbine noctis
V im trabium magnam populnaq; robora Princeps
I uſſerat Alfonſus cædi/& per flumina trudi
I mpeditura hoſtes atq; offenſura carinas.
V erum in naufragijs atq; in diſcrimine vitæ
H is Nautæ apprenſis ſe ſeruauere natantes.
Q uodq; fuit claſſis damno excidioq; paratum
A ttulit auxilium: miſeroſq; a morte redemit.
S ic fortuna ſolet ſtudijs illudere noſtris:
T eſtariq; nihil ſine ſe prodeſſe ſagacem
E ſſe Ducem: nocet interdum prudentia/ſæpe
T utius it qui luce caret/q̄ lumina fronte
C lara gerens. Viden vt ductor qui rexit in vndis
I onijs claſſem/qui mille pericula ponti
T ranſijt incolumis/venit periturus in amne:
N on eſt in cauſa Ducis imprudentia. Caſus
H os fortuna facit. q̄ ſi imprudentia forſan
I n duce ſit/fortunæ opus eſt: fortuna tenebris
I nuoluens homines/mentem diuertit & vmbrat.
H æc Franciſce tuos meditans Gonzaga labores
O bſcurare/tibi laqueos & lingua tetendit.
N il vereare tamen: quæ te peſſumdedit alto
G urgite/te in ſummas attollere cogitat alpes.
Q uamq̄ bellipotens iſtis Alfonſus in armis
S trenue/& vt patriæ decuit patremq; Ducemq;
E gerit/Hippolyti tamen vt vulgata per omnem
F ama eſt Italiam/pietas & bellica virtus
S upra Italos/ſupra hiſpanos/& Vaſcones omnes
C laruit/& celebri fuit extollenda triumpho
T antum animo valuit/tantum prudentia/& arte

O mnibus in bellis/vt ſeſe oſtenderit ortum
H ercule/& a tanto nil degeneraſſe parente:
Q uod ſi purpureo dicas non eſſe galero
C onueniens bellum/ dicto quid ineptius iſto?
F errariam neſcis Romani Antiſtitis vrbem?
C ur pugnare igitur ſacer hic non debuit ordo/
Q ui rem romanam debet velut hoſtia Cardo
F erre?rubens tegmen ſacri pro iure ſenatus.
S ignificat proprium ſpargi debere Cruorem.
G aude igitur domus Eſtenſis tuta auſpice tali:
V indice defenſi tanto gaudete Penates
F errariæ.Decus hoc annalibus addite veſtris.
¶V eronenſis agri locus eſt/dixere propinqui
L ignacũ populi/muro munitus & amne.
N am ſedet in ripis Athesis:modo flumine ſecto
P roxima inundarum rura vndiq;/& vndiq; bello
C lauſerunt aditus late ſtagnantibus vndis.
G ens ea bellatrix ſancto deuota Leoni
B ellorum ſtrepitu in primo cum fulmine tanto
A dria contremuit/fatum commune ſequuta eſt.
V eronamq; imitans aquilarum inſigne recepit
D e Venetis actum reputans. Vbi viuere vidit
E t conſtare animis Marcum / licet vndiq; mauors
P erſtreperet/rurſum dominos confeſſa priores
S eruauit ſine fraude fidem.Formidine multæ
S tant defectæ vrbes:animis preſtantibus iſti
G allorum ſpreuere minas & Cæſaris iram
T antum Italæ virtutis habent:predantur & ipſos
V eronenſis agri vicos arua oppida paſſim:
I ndignantur enim iuga q germanica victi
D egeneri ſegniq; metu ſine ſanguine & armis
P ertulerint:timidũq; vocant/& futile vulgus:

Hactenus iſta fuit genti Conſtantia: quē ſors
His dabit euentum magnis ſpectabimus auſis.
¶At quoniã dictum memini cœleſtia fata
Pluribus indicijs Venetum præfata ruinam/
Altius hæc narrare libet/cauſaſq́ latentes
Promere/& a ſuperis caſus aperire fluentes:
Stelliferum memorant qui perſcrutantur olympum
Vrbibus & regnis vbi nongenteſimus annus
A prima ipſorum numerandus origine tandem
Egit ſæcla nouē/magnas incumbere clades.
Sæpe quoq́ interitum: longa obſeruantia motus
Aetherei potuit (ſtellis ſi credere fas eſt)
Demonſtrare vices nobis mortalibus iſtas:
Hinc claram Venetorum vrbem totvoluere caſus
Cōmemorant/tot bella pati/tot adire labores.
Nam poſtq̃ Venetum populos qui Antenore quondam
Huc duce venerunt patrij buxeta Cytori
Atq́ paphlagonias vrbes & patria rura
Linquentes/metus Hunnorumcōtraxit in vna hæc
Mœnia/fluxerunt alto tot ſæcula mundo.
Sunt & qui Venetos nolint Paphlagones eſſe/
Sed potius Belgas/populos vbi nominis huius
Eſſe ferunt quoſdam verſum oceanitidas vndas.
Sed fuerit ſatius/quãdo male tempora rebus
Conueniunt iſtis/nec enim tot ſæcula ſolum
Vt perhibent hi qui annales ſcripſere dierum/
Sed fluxere decem vel circiter: iſta Tonanti
Traddere mundanos orbes qui fecit & aſtra.
Ipſe igitur pater omnipotens portendere viſus
Preſertim tribus indicijs ardentia bella
Atq́ infelices caſus/& tempus acerbum hoc:
Nam tria quæ Marco ſuberant loca/grandibus ante

H as clades percuſſa malis commune periclum hoc
P ædixere.graui terræ Cretenſia motu
A rua laborarunt/fractis habitacula tectis
C um natis cum coniugibus(res horrida viſu)
I pſos/heu/dominos grandi oppreſſere tumultu
C ontremuit Gortyna vetus/gnoſoſq;/Cydonq;/
A tq; Cypreſſifere ſtrepitum nemus horruit Idæ.
M ortales trepidi attoniti per rura relictis
V rbibus errabant/nulli ſe credere tecto
A udentes:timuere ſolum/ne forſan euntes
H ac illac ſubito incautos glutiret hiatu.
B rixia nimboſæ vi tempeſtatis & igne
F ulmineo turrim e ſcopulo mirata repente
F unditus euelli/vulſamq; per ardua ſaxa
P recipitem volui/corda oſſa imaſq; medulas
Contremuit:noctemq; oculis timor intulit atram.
F ulmen vt armatum radijs atq; igne coruſco
S ulfura libauit:nam ſulfura turris habebat:
E xtulit in cœlum flãmas totamq; per vrbem
E uomuit nebulas fumantia ſulfura olentes.
I ſta fuit ratio ꝙ poſt ea bella ſequuta eſt
D editio/Venetis cõmunẽ inſtare ruinam
D um putat vrbs paulo ante iſtas mirata procellas.
N am dominis vti externis opus eſſe putauit:
T um quoq; ſiue dolo/ſeu caſu euenerit/illud
T ã miri nauale operis quo nautica invnum
Tot congeſta locum ſtabulant/incendia damno
A ffecere graui:nam magna ex parte redactum eſt
I n cineres/toto patrum lugente ſenatu.
A dditur bis roſtrata ratis quæ multa Rauẽnam
A rma ferens pro flaminie munimine terræ
N on tulit iratum pelagus:ſed turbine in horas

I rritante magis ſpumantem Nerea tandem
O bruta in Adriaco ratis eſt adriatica ponto.
H æc ea quæ populos ita proſtrauere labantes/
E t tantum Venetis ſuperinduxere pauorem.
H æc ea quæ miſere in ſpem Gallum/atq; Alemanum
P erſuaſos ſecum ſuperos in bella venire.
¶ A t Veneti poſtq̃ tam atrocibus vndiq; bellis
S e videre preſenti/totam ſolenniter vrbem
L uſtrauere ſacris pompis precibuſq; ſecundum
L egitimos patriæ ritus/moremq; parentum.
S ic vbi ſancta pijs coluerunt numina votis
C ontinuo viſa eſt aliquam fortuna ſalutem
P andere: & auxilium tacito promittere nutu.
T um Patauí cæpere vrbem. Vincentia Marcum
E ſt confeſſa iterum/votereſq; recepit habenas:
R ebus in aduerſis non eſt mortalibus vllum
P ræſidium maius/q̃ ſollicitare Tonantem
S upplicijs. Nam ſic Diui qui regna gubernant
O mnia/ſuſcipiunt cauſas/& vota ſecundant.
S ic alias etiam Venetum reſpublica magnis
E ſt defuncta malis/& atrocibus eruta fatis:
N am Patauí princeps olim germanica regna,
P annoniæ regem/Ligureſq; exciuit/& omnem
I taliam contra Venetos: tum terra/fretumq;
P erſtrepuit: vox per campos audita per alpes
M artia/& armiſono ſonuerunt claſſica cantu:
A dria tunc triſti vidit genuenſia vultu
C arbaſa/& inuitas ſubſtrauit puppibus vndas.
S tabat Marcus inops tracta ad calcanea cauda,
E t ductis ad tergum alis latitabat in alga:
S ed mox vt ſuperos implorauere/ſuoſq;
R elligioſe animos expurgauere/leuauit

E t caput/& Caudam/& ſublimes altius alas:
T um Ligures captos apud oppida Clodia portu
N aufragio vt perhibent clauſo de induſtria ad Alti
E mporium Riui magno duxere triumpho:
T unc mare pacatum/ſparſæ per littora gentes
T um feſtos egere dies: Tunc traxit ab vndis
M arcus & in latas miſit veſtigia terras.
V ictores igitur quicunq; euadere certant
A uſpicibus Diuis vadant in bella, Deumq;
E ſſe ſciant ſolitum mentes proſtrare ſuperbas.
I ncuruate caput Chriſto: reuerenter habete
T empla/ſacerdotes/cenſus/romanaq; iura.
¶ S unt tamen authores quorum ſententia terras
E ſſe velit Veneto aduerſas: pelaguſq; tenendum
C onſulat. hanc ſortem Marco dare Numina fantur.
S ic fore felices Venetos: ſic poſſe tyrannos
P rofligare omnes qui lata per æquora regnant/
S i longinqua petant bellis naualibus arua.
¶ D um fugit Autumnus/gelidiſq; albere pruinis
I ncipit/inſolitum/ſeu ſors/ſeu prouida Diuum
C ura volens aliquid tali portendere ſigno
A ttulerit/monſtrum noſtras adnauit ad oras:
P iſcis enim ſi piſcis erat/quo maior in alto
N on fuit Oceano/decies porrectus in octo
V t fama eſt cubitos/Lunenſia venit ad arua.
N am famis impatiens predam de plæbe natantum
D um ſequitur/dum precipiti maria alta natatu
P ermeat ad littus magna ſe mole vadoſum
A ppulit, ac bibulas aluo compreſſit harenas:
N ec remeare datum non ſufficientibus vndis
T ollere pondus iners vteri ſulcantis arenam.
C um mare tremaret/ tergoq; leuaret in altum

Aequora/piſcator qui circum littora miſſis
Retibus aucupio ſeſe exercebat aquoſo/
Mirabatur. Vbi affixum cognouit Arenæ
Affuit: & tracto pedetentim in littora monſtro
Vi multa/nixuq́ graui ſpectacula cuntis
Mira dedit populis qui circum littora Lunæ
Palladijs habitant montana virentia ſyluis.
Bellua diffuſo longiſſima tergora ventre
Diſtendens erat horrori ſpectantibus. Vlnis
Applicitis quoſdam metiri immania membra
Vidiſſes: quoſdam ſuſpenſo aſſiſtere vultu
Attonitis ſimiles: quoſdam explorare volentes
Duriciem monſtri exanimis contingere ſummo
Indice ſquaroſum tergus/ſubitoq́ relabi:
Non erat hic Piſtrix longa quam Perſeus harpe
Diſſecuit/non Phoca fuit/ quæ mugit in vndis
More boum/Vitulumq́ vocant a voce marinum.
Sed neq́ Phyſeter/qui gutture ſorbet hanelo
Aequora/& in puppes abſorptas expuit vndas.
Non Balæna graui Ionam quæ pertulit aluo/
Quæ viſa eſt humeris lucos portare virentes:
Mirum animal/noua vel raris res cognita ſæclis.
Immiſſis aderant trabibus qui pandere buccas
Compreſſaſq́ laborarent diſiungere malas.
Vix tandem ſudando ingens valuere palatum
Tollere: ſuppoſitis fulcris panduntur hiatu
Ora cauernoſo/dictu mirabile/in antrum
Gutturis obſcuri populo ſpectante ſubiuit
Totus eques/tanto fauces patuere baratro:
Multiplices monſtro linguæ/quas credere falces
Fas erat incuruas/ſic perſuadente figura
Aduentantum oculis: & qua pretendit acutam

F alx aciem/duris pendebat barba capillis.
C lunis erat/qualem ſonipes cum tergore duro
A d bellum veſtitur habet:non ſquãmea terga/
S ed cutis obduræ corio nigricantia nudo.
R iſtus erat qualis ſuibus porrectus in arctum:
O s minime mordax/gingiua edentula/predam
D euorat/& viuam turpem deglutit in aluum.
N on alæ pecudi/non crũs:ſed pectore ventre
E t tergo in latum fuſis/quæ forma lacerto eſt/
S trata erat in lato deformis bellua campo.
Q uid vero genus id monſtri(ſi monſtra prophetant)
V enturum oſtentet nobis mortalibus/ipſe
D iſſeret euentus rerum/quas afferet annus
A lter:& educto belli Mars arbiter enſe.

INTERPRETATIO PRODIGII.

I ſcis hic vt memorant hi qui portenta fatentur
P S ignificare aliquid magni/fuit illa ſequenti
P er lugenſe fretum claſſis/quæ apparuit anno.
N am veluti noſtras illo peruenit ad aures
T empore/neſcio qui Genuam turbare volentes
N auibus armatis ſunt illa ad littora vecti.
S ed Deus inceptis non aſpirauit:& ille
I nualidus labor in tenues euanuit auras:
N ec vexata fuit tali res gallica nixu.
T otus in authores furor eſt conuerſus.& hiſdem
S i Iafrede notes quo res peruaſerit:ipſi
S unt laqueis capti/quibus illaqueare volebant
I nnocuos oculis Deus omnia reſpicit æquis:

FINIS.

¶F. BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI EXORTATIO AD INSVBRES / ET LIGVRES DICATA VIRO AMPLISSIMO IAFREDO CAROLO MILITI VICECANCELLARIO : ET DELPHINATVS PRESIDENTI DIGNISSIMO

E ns æterna ſuo tantū quæ cōdidit orbem
N umine/ cū poſſet factā conuoluere molē
M S ola miniſtrorū nihil indiga/maluit huius
T am vaſti imēſiq; opis cōmittere clauum
A tq; gubernandi cauſis dare iura ſecūdis.
N ec modo Cœligenas qui ſunt ſine corpore Diuos
V erum etiam nos mortales in tale vocauit
O fficium: magniq; dedit conſortia regni
T errigenis etiam: ſic eſt deus omnibus æquus.
H inc veniunt qui res hominum moderantur & vrbes
R egnaq; ſidonio veſtiti ſanguine Reges:
Q ualis in Idea proles Europica Creta
I n Latio Numa Pompilius. ſi priſca reuoluas
T empora Saturnus. dubiaq; ab origine Ianus:
A c ſimiles alij/qui promeruere Deorum
N omina defuncti tenebris: & in alta relati
S idera: in æterno fulgentem lumine mundum.
H i ſunt in terris quædam quaſi Numina ſanctis
L egibus humanos formare potentia mores.
I nde fit vt felix & fortunata vocari
D ebeat vrbs/cui contingat ſub principe iuſto
D egere: fortunati homines felicia regna,

Quæ viuunt ſub rege pio. mortalibus iſto
Munere nil poſſunt largiri Numina maius.
Rex bonus eſt cōmune bonum: cōmune flagellum
Rex malus eſt vt Buſiris: ſæuuſq; Lycaon:
Et Nero terrarum exitium/mundiq; venenum.
Sæcula quæ tantum laudant Saturnia priſci
Regis habent nomen: ſub quo aurea floruit ætas.
Propterea vobis Ligures quibus inuia ſubſunt
Aequora, & inculti nemoroſa cacumina montes/
Gratulor, & tibi frugiferis Inſubria campis
Quæ longe lateq; pates, q mitia tandem
Sub iuga depulſo imperio veniſtis atroci.
Libertas eſt mite iugum, pro munere magno
Quale ſub Auguſto terris indulſit olympus.
His tandem vobis/æqua modo mente feratis
Hoc tam grande bonum: nec vos antiqua ſimultas
In ſcopulos adigat/requies eſt parta diebus.
Scitis, & Italiam res eſt vulgata per omnem
Quam graue ſeruitium durum atq; immane tuliſtis
Hactenus: & caſus quot pertuleritis acerbos
Dum modo vos premit ambitio regnare volentum
Contra iura, dolos dum vult auertere Arago:
Dum Venetus non fert faſtumq;/iramq;/minaſq;
Sfortiade (Sic ora fremunt popularia) Mauri.
Errabatis vti naues in fluctibus Auſtro
Expoſitæ ſine remigio temone magiſtro.
Cenſus/opes veſtras/patrimonia tota tributum
Hauſerat. Exactor latrone rapacior ibat
Per veſtras impune domos. regnabat vbiq; hæc
Improbitas/& erat pax iſta nocentior armis.
Mitto pudicitiæ damna infinita. parentes
Indignis cogebantur coniungere natas

Cum mœrore viris: & erant lugubria tanq̃
Funera/proſtrato legum connubia ritu.
His deus erratis cupiens occurrere tantam
Hanc molem veſtris hoc importabile pondus
Depulit ex humeris: nec vos ſuccūbere paſſus
Cladibus his/aliud tranquillum/æquabile/ſanctum
Impoſuit ſceptrum: Galloſq; in regna vocauit.
Orabatis opem lachrymis: vt turbine Nautæ
Deprehenſi ſubito: cum iam ſentina dehiſcit,
Et labat horrendo ratis abſorbenda baratro.
Miſit opem vobis deus. exoraſtis olympum.
In portum hunc tanta de tempeſtate redacti
Tranquillis gaudete animis: & ponite finem
Inſaciabilibus votis, quæ improuida corda
Circūferre ſolent, & ſpe deludere inani.
Quod ſi fortaſſis dum martia bella fremebant
Res viſa eſt oneroſa nimis, non gallica gens eſt
Accuſanda/genus non eſt crudele vocandum.
Non leue cancer erat quod vos rodebat: agendum
Ferro erat, & flammis: non incantamine & herbis.
Armorum hæc natura fuit. Bellona ſuopte
Ingenio ſemper grauis eſt truculenta minaxq;.
Ira dei: mars eſt dictus cognomine mauors
Magna q̄ euertat terra importunus & alto.
Pygmei breue vulgus, iners plæbecula/quando
Conuenere grues longis in prelia roſtris
Sublato clamore fremunt. dumq; agmine magno
Hoſtibus occurrunt, tellus tremit: indica clamant
Littora: harenarum nimbis abſconditur aer
Omnis: & inuoluit puluis ſolemq; polumq;.
Et genus hoc hominum natura imbelle, quietum/
Mite/facit Mauors pugnax/imane/cruentum.

S i fortaſſe greges ouium/leporumq́ tumultu
A rmigero cobeant.animoq́ in bella ferantur
M utua præcipiti/Dryades nemora alta ſubibunt:
N aiades in fontes:denſa in dumeta Napeæ
O cyus/in montes rapientur Oreades altos.
T urbabuntur agri:preſſis viridantia prata
F loribus areſcent/& byems erit omnibus aruis.
G ens romana volens alias præcellere gentes.
I uſticia/pietate/fide/prudentia/& armis
N on potuit tantis martem frenare capiſtris
Q uin grauis atq́ nocens ſocijs nedum boſtibus eſſet:
I upiter atq́ Venus cuntis mortalibus aſtra
M itia ſunt.Mauors cuntis malus omnia gaudet
S ternere.Peccandi furioſa licentia Mars eſt.
M ars bomines amat immites/in vulnera pronos
F ronte truces/lingua audaces/aīo impetuoſos
Q ui neq́ Cocyti/nec olympi numina curant.
N ec Tbyrſos vt baccbus babet:ſed acumine duro
T ela gerit ſpicata manu/non mitrat amictu
T empora fœmineo.criſtis & caſſide abena
F ulgurat/& rigido fortes ferro induit armos.
N on iugat ad currum Veneris de more columbas
N on iumenta Hecates.ſed equos animantia corde
M agnanimo/qui contemnāt ſonitumq́ tubaruꝫ
C lamoremq́ Virum:& ſtrepitum quē feruida Enyo
C oncitat/in bellum toto cum ſe ingerit auſu.
V os ergo Lnſubres Gallum inculpare poteſtis.
S i martē cobibere nequid? Quod martia Roma
N on potuit:quod nec Reges ab origine rerum
V lli vnq́ valuere/licet clementibus eſſent
E t ſine viro animis:Regum quæ maxima virtus.
Q ui facerent Galli naturam & ſidera contra?

Sæpe quoqꝫ a vobis belli deſcendit origo
Inſubres, dum fertis opem/dum panditis vrbem
In ſua regna Duci cœlo indignante reuerſo.
Id tamen eſt forſan ſcelus excuſabile: quando
Non odio Gallorum actum eſt: ſed amore fugati
Principis. Vſus enim tam longi temporis iſtas
Miſerat in mentem curas. nec ponere talem
Eas erat affectum ſubito. Qui tempore fiunt
Tempore diſcedunt habitus. dediſcere amorem
Res grauis eſt. ita nos finxit natura deuſqꝫ
Difficile eſt vtrunqꝫ igitur/compeſcere amorem
Scilicet/& rigido leges imponere marti.
Durus vterqꝫ labor: venia quoqꝫ dignus vterqꝫ.
Vt vobis igitur parcant/Vos parcite gallis.
Vnaqꝫ gens eſtote animis. Phryges atqꝫ Latini
Tale ſub Enea celebrarunt principe fœdus.
Vnum eſtote genus/mixto quod nomine dicant
Gallitalos/vt Galogræcos & ſamothracas.
Vt fama eſt Bardis conuincti Lingones vnum
Euaſere genus/quæ longobarda vocatur
Natio: ab his veſtri quondam venere parentes.
At poſtq̃ poſitis furor hic elanguit armis/
Cernite q̃ faciles in veſtra negocia Galli.
Quam bene conſultum plæbi patribuſqꝫ: videntur
Nobiſcum nati atqꝫ aliti. Victoria faſtum
Non peperit/paritas vitæ/concordia morum
Facta: nec a vobis fas eſt diſcernere Gallos
Iuſtitiæ vero q̃ta obſeruantia/ legum
Quantus honor/Quanta cum maieſtate ſenatus
Ille ſacer/cuius retinet Iafredus habenas
In commune bonum vigilet/cognoſcitis ipſi
Et gaudetis opus vobis non eſſe potentum

A uxilio in cauſis/qui nigrum in candida vertant.
E ſt victor cui iura fauent.mirabile dictu/
D ifficile inuentu,pulchrum & lætabile viſu/
E ſt leuius regem q̃ legem offendere/tanto
M unere ſunt terras noſtris dignata diebus
N umina:tanta oculis tuimur miracula noſtris,
C orruerant mores: exauctorata ſilebat
I lla vetus probitas aditum quæ ad ſidera fecit
P atribus antiquis:quorum delubra ſuperſunt.
N ec veri reſpectus erat.petulantia habebat
N umen & ante oculos ſcelera impunita per vrbes
P erfora/per primatum aulas errare ſolebant.
P arua loquor:ſcelera imperium ſceptrumq; tenebant.
A t poſtq̃ viſum eſt ſuperis ſubmittere Gallo
I nſubrum/Ligurũq; domos/ rediere ſolones
E xtemplo/rediere Numæ/rediere Lycurgi.
N on aliter q̃ poſt æſtiua tonitrua & vnde
P recipitis nimbum volucres a turbine pulſæ
I n latebras/rurſum redeunt: & paſcua luſtrant.
A nte alios venere duo quaſi ſidera cœlo
L apſa ſuper terram tenebris dare lumina veſtris.
A lter qui leges. Alter qui temperet arma
S unt leges Iafrede tuæ, Tu iura miniſtras:
T u regis æquatas lances,neq; perſonarum
S ed ſolum meritorum habito diſcrimine tanq̃
A lter Ariſtides inopum ſimul atq; potentum
R em geris implicitus nec ſpe/nec amore/ nec auro/
N ec quouis affectu alio/qui vertere poſſit
I udicium:vel quo fiat violentia legi
T u patrocinium miſeris:cuſtodia pacis
C ommunis tutela boni.procul exulat omne
T e Cenſore nefas : & abit lethea ſub antra.

Tu velut Alcides viciorum informia paſſim
Monſtra domas: & nequiciæ ſeptemplicis hydram:
Centauros/Antæum/Erycem/Cacumq; rapacem
Hoc eſt infrenos homines clementiæ inanes
Iuſticiæ immemores/legemq;/deũq; peroſos
Profligas/claudiſq; viam furialibus auſis.
Auſpicijs Iafrede tuis ſanctiſſima virtus
Naſcitur/& creſcit: vireſq; aſſumit in horas.
Aruerat pietas ſicco iam ſtipite: rurſum
Sub te vivifico madefacta repululat imbre
Publica relligio quæ conculcata iacebat/
Te cultore leuat conum in ſublime comantem
Tu regis Inſubrum Ligurũq; negocia tanto
Non impar oneri: tantæ tu Auriga quadrigæ
Ad tua pierides veniunt conuiuia Nymphæ:
Ambroſiaſq; dapes adhibent/quas diuite campo
Hippocreneis phocis parit humida lymphis
Quas libetra tulit/duriſq; in montibus Aſcra
Pieriumq; ſolum: nec non vicina Heliconi
Theſpia/& Aonij montes: quas inclyta Pimple
Et quæ phebeo nemori cognomina fecit
Grynia/quas Dirce. ſtoa quas habet. atq; Academi
Paſcua: Appollineæ quas gignunt littora Cirrhæ
His tua nectareis cumulant conuiuia donis:
Atq; tuas omnis celebrat laudes Aganippe.
Vranie in primis/quæ contemplatur olympum.
Quæ docet aſtrorum radios/quos accipit aer/
Et vehit in terras/& in omnia ſemina rerum
Et clio: cui fama ſubeſt/ & gloria regum
Quæ Heroum decora æternos extendit in annos
Aſſirios memorat reges: clara acta ſcytharum/ et
Quæ Perſæ veteres exanclauere Tyranni:

G ræcia, & Aegyptus: romana & punica bella.
T u nocturna Pharos cuius de vertice lampas
A rdet/ & errantes lato regit æquore nautas.
T u populis magnes, qui tempeſtatibus atris
S cire facit Syrtes: & ſaxa latentia ponto.
I n labyrinthiacis tu filum ambagibus illud
T heſea quod docuit cœcas exire latebras.
A ccola te Rhodani deſiderat, accola Rheni,
A ccola Ticini. Tua fama audita per orbem
A llicit omne genus: meritis tu premia ponis.
E t ſub te virtus eſt fortunata: poetas
N on ſinis/ vt ſolet hæc corrupti temporis ætas/
E xecrari operas, & deplorare laborem.
C arolus arma regit Caldi clariſſima montis.
C ognomenta gerens: Soboles Ambaſia, grandi
I ndole vir: cui plena oculis prudentia, & Argo
P erſimilis, circunſpiciens longe omnia, regno
A pta gubernando: cui mens excelſa vigorem
C æſareum ſpirans: animus formidine nulla
V ictus, Alexandro ſimilis: qui ſolus ab altis
M œnibus armatos ſaltu ſe miſit in hoſtes.
S ic facilis natura fuit, ſic mitia cœli
A ſtra viro. talis genitali exiuit ab aluo:
S ic etiam puerum clari ſtuduere parentes
F ormare: & teneris ſic eſt affectus ab annis.
N ec difforme animo per mille pericula corpus
M artia duratum. Q uali Telamonius Aiax
Q uali Pelides: Q uali priameius Hector/
E t proles Iouis Alcides ſe in bella ferebant.
I ſta tribus nuper ſatis explorata periclis.
E t cum triſte gemens vidit feruere tumultus
F elſina ſerranos/ populumq; in bella ruentem.

Tantam vrbem/tam magnanimam belloq́ potentem
Non minus attonitam fecit q̃ Mumius Iſthmon/
Et mare quæ duplex diſterminat Acrocorinthum.
Quam macetum regem Paulus: didonia regna
Scipio: Laomedonteam Troiam oechaliamq́
Maximus Alcides. Vti tum Cæſaris illo
Fas titulo. Veni, vidi, viciq́, fuiſſet.
Tam felix fortuna fuit. Victoria Gallum
Tam celeri dignata ducem celebrare triumpho.
Tum quoq́, cum ſubito Ligur induit arma paratu:
Et coniurati venere in prelia montes.
Sed magis atq́ magis cum deſcenſura iugoſis
Alpibus arctoas mouit Germania gentes.
Tunc Itali fremuere omnes varijs agitati
Conſilijs: & erant qui belli incendia malent:
Et qui preferrent pacem bello atq́ quietem.
Carolus in tanto bellorum turbine magnum
Induit Atlantem/cœlo qui dicitur altos
Suppoſuiſſe humeros: grauiterq́ frementia forti
Pectore ſuſtinuit populorum murmura & iram
Incendentem animos/ceu cum freta concitat Auſter
Suſtinet erectos cautes marpeſia fluctus.
Firmauitq́ vrbes ſtudia in contraria pronas.
Sed neq́ te titulis Iacobe Triultie poſſum
Hic fraudare tuis. Cum dux qui gallica caſtra
Duceret in valles Atheſis germanica contra
Agmina turmatim ex altis volitantia ſaxis/
Quærendus multis hominum de millibus eſſet/
Te tanti fecere omnes Galliq́/Italiq́
Quanti olim Graiorum vrbes Agamennona magnum.
Te ſolum voluere ducem: quo bella magiſtro
Tam violenta pati clademq́ euadere poſſent.

T u vero(virtus tam firma ſenilibus annis
A ffuit)ætatem oblitus properanter in armos
A ntiquum thoraca trahis/quo mille tuliſti
P ugnando telorum ictus.Complecteris haſtam:
Q uadrupedem corde elatum capita alta leuantem
S candis:& in bellum turmas agis ære micantes.
N ec plus eſt Cæſar:nec plus eſt Hannibal vnq̃.
A ut Marius Cimbros illic qui ſuſtulit,auſus.
F ama erat ex illis Rhenum deſcendere & Albim
R upibus:& currentem vndis pernicibus Iſtrum.
A ddebant aliqui Dacos/& Cimbrica caſtra/
S armaticoſq; equites ſumptis equitare pharetris
I taliam verſus:terrorq; inuaſerat omnes
T antus,vt ex agris fugerent in mœnia villæ.
I am venetus trepidare altum/diffidere pugnæ
C eperat:& percunctari Fabiumq; imitari/
F ruſtrariq; mora tantos decreuerat hoſtes.
T u firmaſti animos.venientia fulmina contra
D irexiſti acies.& in ipſo ſigna locaſti
L imine Theutonicæ/gentis ſuper inuia ſaxa.
S ic contriti hoſtes traxere reciproca tandem
C onſilijs de pace habitis veſtigia retro.
T u vero ad Gallos rebus feliciter actis
V ndiq;/& in patriam victricia ſigna tuliſti.
H is itaq; Inſubres veſtras Rectoribus vrbes
T emperat,hac Gallus vos tempeſtate gubernat
C onſilijs ducibuſq; iſtis.quos credere fas eſt
S i belli & pacis preclara negocia cernas/
T ot Curios/tot Scipiadas/totidemq; Catones.
N unc igitur quando leges & iura tuentur
I mperium/ſancto populi ſub principe florent:
A tq; dies agitant feſtos:per compita ſaltant

Ciuiles vrbana Chori: triuialia ruri
Mobilibus plantis certant ad premia Nymphæ.
Hic locus eſt Genuæ caſum memorare recentem
Qui doceat Regis Clementia quanta Loiſi:
Quantaue in aduerſis animi preſtantia rebus.
Caſtalides Nymphæ precor aſpirate canenti:
Et date veridico rem geſtam includere verſu.
Vrbs (Genuam dicunt) ſita curuo in littore vaſti
Aequoris, Europam libycis quod partit ab oris
Vrbs terris/pelagoq́ȝ potens, quæ bracbia quondam
Vſq́ȝ ad Sauromatas, vſq́ȝ ad Cypri arua tetendit.
Nunc quoq́ȝ in Egæo Cbium tenet, Apoenini
Partem babet a Varo longe vſq́ȝ ad flumina Macræ
Porrectam. a Gallis vſq́ȝ ad Tyrrbenida gentem.
Ipſa mari ſimilis, fluctus quod ſurgere in altos
Sæpe ſolet: gaudet crebros excire tumultus.
Quod ſi concordes agerent ſine litibus annos
Induti Venetorum animos, res publica maior
Non foret. Exercent odium immortale: ſepulti
In rixis vires, & opes, & tempora perdunt.
Hos igitur paucis traxit furor ante diebus
In noua bella. Patres populus ſubmouerat vrbe
Cauſatus faſtum ĩmodicum: moreſq́ȝ ſuperbos.
Mœnibus exacti patres ad regia tendunt
Limina: reſtitui in patriam proprioſq́ȝ penates:
Atq́ȝ premi populum orantes tam ĩmane furentem:
Namq́ȝ opibus primum ablatis incendia in ædes
Miſerat: & totam furijs ſubuerterat vrbem.
Annuit bis precibus Regis clementia cauſam
Suſcipiens/tantaſq́ȝ parat componere lites
Miſſi Oratores igitur qui flectere plæbem
Et ſedare animos ſtudeant/furta atq́ȝ rapinas

R eſtitui/recipiq́; patres in mœnia curent.
A t poſtq̃ fruſtra multumq́; diuq́; monentem
R ecta videt ſeq́; a populo falli atq́; refelli/
I ndignum ratus eſt tam immane relinquere inultum
T am crudele nefas: & non aſſiſtere paſſis
D amna tot, & tam magna ſui diſpendia honoris.
S uſcitat ingentes animos, & regia corda,
V t Leo qui longo latratu inceſſitur. Ergo
A rma mouet: gentemq́; parat frenare ſuperbam.
H is Ligur auditis (tanta eſt audatia cordi)
V ſq́; adeo furor inſanit/molimine magno
A ccingit pugnæ: & certus non cedere cuntos
F eſtinant munire aditus. vrbana Iuuentus
C ogitur: armatiſq́; ruunt in mœnia turmis
A eriæ rupes/& ab altis oppida ſaxis
C oncurrunt, Veluti quotiens ſubſidere Cancri
S oluitur acris hyems, lapſi de montibus amnes.
P roxima precipiti rapiuntur in æquora curſu.
I amq́; ingens erat in caſtris exercitus hoſtem
E xterrere potens. Sed quid ratis orba magiſtro
R emigio q̃q̃ valeat/molirier auſit?
D ux deerat: quem ſi caſu fortuna dediſſet
L onge anceps euentus erat/Certaminis huius
N on aderat Fulgoſa domus: nec Adorna propago
F actio quæ duplex Genuæ intra mœnia ſemper
A lternis regnare ſolet/populumq́; tueri.
V t memorant Graium annales. Lacedæmone quondam
M os erat iſte. due gentes in mœnibus vnis
D e ſolio regni ſemper certare ſolebant.
B elliger aerias iam rex tranſmiſerat alpes
I taliæ in campos: vbi deſcenſurus in æquor
A driacum/flexo Padus it per paſcua curſu.

Ex Italis ſeſe Regi iunxere ſalaſſi.
Totaq́ꝫ fulgentes ducens Inſubria turmas.
Atq́ꝫ vrbes quæ nomen habent a monte Feraci.
Quas Padus a borea, mons Apoeninus ab auſtro
Terminat. & Mutinæ princeps qui mittit in vndas
Adriacas regni fines. Tuq́ꝫ inclyta Manto
Vergilij natale ſolum: cui preſidet ingens
Bellorum ductor nulli ceſſurus in armis
Franciſcus Gonzaga Ducum caput Auſoniorum.
Hic operam nauauit in hoc certamine grandem:
(Liuor abi) quantam Tydeus Cadmeia circum
Mœnia: Pelides phrygij Simoentis ad vndam.
Ventum erat in vallem, quæ nomina ducit ab amne
Portifera: Genuæ & vaſto loca proxima ponto.
Hic magnis certatum animis: & ſanguine multo
Abluit hos mortes Sæui violentia martis.
Hic preclara Ducum virtus & fortiter acta
Ac duri laudem egregiam meruere labores.
Sed neq́ꝫ in his virtus tua Pallauicine periclis
Antoni ſopita fuit: ſed agebat Olyſſem
Conſilio & lingua/quotiens opus eſſet Olyſſe:
Ibat in aduerſos hoſtes: & agebat Achillem
Haſtili & gladio, quotiens opus eſſet Achille:
Et Regi officium vigil impendebat vtrũq́ꝫ.
Gallica vt accepit Proteus reſonare per altum
Claſſica tyrrhenas totum pecus egit in vndas.
Et virides quæ rubra legunt Corallia Nymphæ
Delituere diu ſubter caua Tethyos antra:
Tethyos, albentes nando quæ porrigit vlnas.
Tunc orbus ductore Ligur cum cerneret hoſtem
In foribus, iamq́ꝫ ad muros accedere Regem
Intrepidum, ſummo montis de vertice pulſo

P ræſidio, quid agat neſcit. trepidare ſuiq́;
I ncepit tedere auſus: & ponere faſtum.
M ittitur Orator pacem veniamq́; rogatum
I nnocuæ ſaltem ætati/populoq́; minori/
E t nuribus ſenioq́; graui. Se in regia mittunt
B racbia. Se dedunt Regi: regaliter omnes
S uſcipiat/cum fletu orant, atq́; arma relinquunt.
I nterea triſti proſtrata Liguria caſu
L uget, & atrati expectant aſperrima Ciues
I mperia: vt ſubito erumpens poſt fulgura fulmen
E xpectare ſolent Nautæ, cum turbine nigro
S æuit, & iratum pelago tonat vndiq́; cœlum.
M iſſus vt expoſuit populi mandata rebellis
N uncius, afflictam Rex clementiſſimus vrbem
A d ſua poſtratam veſtigia cernere viſus,
V iſus & infantum voces audire, parentum
S ingultus: populiq́; omnis ſuſpiria, & altos
C um lacbrymis gemitus, tenſaſq́; ad ſidera palmas.
L anguit, & pietas fecit placabile pectus:
E t prior in dulcem euaſit truculentia vultum.
R ex Genuam vicit, vicit clementia Regem
E t victor victus fuit. Laudabile vtrũq́;.
A t vinci pietate opus eſt diuinius. armis
V incere regale eſt. Victori gloria. Victo
G loria danda: minor Victori/maxima victo.
Q uæ leuitas vobis, quæ tanta inſania veſtra eſt
R ex ait o Ligures, vt compelleretis ad iſtos
T ranſmigrare locos a finibus vſq́; britannis
G allorum regem: qui vos pietate paterna
P roſequitur: qui vos veritus turbare reliquit
H actenus in manibus veſtris mare, littora, & vrbes?
V erum agedum. ſatis impenſas moliminis huius

Pendere. Sit populus quicquid peccauit inultum,
Parcimus ætati teneræ, populoq́ minori:
Et nuribus, grauibuſq́ annis: & deniq́ totam
Soluimus his hodie coram ductoribus vrbem.
Dixit: & aſpectu ſubijt tentoria læto.
Aſpice qualis in hoc animi moderamine virtus
Fulgeat: in priſcis non eſt heroibus vllum
Par huic exemplum. Romana diaria volue,
Græcaq́. Romani nonne euertere Corinthum.
Atq́ Numantinas arces? Carthaginis illud
Tam ſublime decus flammis vltricibus arſit.
Arſit & in Phrygia Priami domus: atq́ ſuperbum
Ilium: & ardentis nocturna incendia Troiæ
Tangere viſa polos, & lambere ſidera flammis.
Nobilius certe eſt & magnificentius vrbes
Vincere parcendo, q̄ eradicare furendo.
Hi Celtis mores. hec indulgentia Gallis.
At neq́ quod victam Rex ingreſſurus in vrbem
Inſcriptum chlamidi generoſum inſigne ferebat.
Prætereo. quando id cuntis memorabile ſæclis.
Ibant oſtrati proceres, longoq́ equitatu
Læta ſuburbanos implebant agmina vicos
In medio Rex victor equo ſublimis in alto
Murice conſpicuus, rutilanti ſplendidus auro.
Signabatur apum ſparſim toga tota figuris:
Cumq́ apibus regnator apum fulgebat in oſtro
Pictus acu. ſcriptumq́ notis epigramma latinis:
Rex mucrone caret/quo ſignificare volebat
Rex pius & clemens qua mente intraret in vrbem
Quoue animo debent populis conuiuere Reges.
Viuite felices igitur ſub principe tanto
Inſubres, Ligureſq́ ſimul: neu querite veſtrum

Amplius interitum. Sub rege quieſcite ſancto
Ponite preteritis iam finem affectibus: iſta
Tempeſtate Deus vobis hæc ocia fecit.
Quod ſi forte aliqui latrent perſiſtere in iſto
Cardine Res non poſſe diu: Cõpeſcite linguas
Cordaq́ꝫ/ & hanc alto curam permittite cœlo
Sunt quædam quæ quiſq́ꝫ poteſt: vt ſcindere terram/
Mercari/curare domũ/ Cœleſtia quædam
Sidera/ & in rebus latitans Natura gubernant/
Vt frondere nemus/campos herbeſcere/fruges
Maturare/gelu/ventos producere/ & imbres.
Sunt quoq́ꝫ quæ populi poſſint: vt condere leges:
Caſtigare malos: & ponere premia laudi
Sunt quædam ſeruata Deo/ quæ ponere ſolus
Et mutare poteſt. Vt diſpenſare coronas:
Et reges dare: qui paci dominentur & armis.
Ponite mortales curam de regibus omnem:
Neue dei officium nixu vſurpate ſuperbo.
A ſuperis veniunt/ quales humana videtur
Poſcere conditio: labuntur ab æthere Reges.
Vt ſaul & Dauid: nunq̃ ſine Numine fiunt.
Quod ſi contingat diſcordia regibus vnq̃
Quæ fuerit belli arbitrio dirimenda duobus/
Bella gerat miles: priuata negotia Ciues.
At neq́ꝫ Gallorum pudeat ſub legibus æuum
Ducere: & imperio Regis parere Loiſi
Gallia de primis immenſi gentibus orbis
Vna fuit ſemper. Galli domuere latinos/
Pannonas/ & Graios. Aſſiatica littora Galli
Quos Galathas dicunt/pertranſiuere fugatis
Inde Gomeritis gens Gallogreca vocari
Cepit: & eſt phrygijs regio contermina campis

At vicina magis ſæclo ſi tempora noſtro
Veſtigare velis: Gallos hiſpanica regna
Inuenies a Getullis a gente Libyſſa
Aſſeruiſſe. ſiti bellis orlandus in illis
Arruit vt fama eſt. & erat tum Gallia ſub te
Carole magnorum domitor fortiſſime regum
Qui magni cognomen habes: quod Græcia Regi
Contulit Aemathio/Ciui mauortia Roma:
Qui maris & terre bellando exterruit orbem:
Tu Longobardos/Tu ſaxonas atq; Triballos
Marte domas leſam annixus defendere Romam.
Inuenies Pipinum etiam genitore creatum
Carolo in his oris longos regnaſſe per annos.
Galli etiam domuere ſyros/ domuere ſabeos:
Et ſolymi illuſtrem regni geſſere coronam.
Adde q antiqui poſuerunt mœnia Galli
Plurima in his agris: fuit hic quoq; Gallia quondam/
Alpibus a gelidis vſq; ad ſuperi maris vndas.
Tu quoq; quæ mediæ retines cognomina Lanæ
Vt perhibent veteres tua qui incunabula norunt
Gallica es: & Galli tibi fundamenta dederunt
Iacta duos amnes inter: quorum vnus ab ortu
Alter ab occaſu labens tua terminat arua.
Regem autem de gente tua de ſtyrpe tuorum
Deſcendiſſe ducum fama eſt vulgata Loiſum
Ac iuſte quando eſt hæres/ſuccedere regno.
Si vero quantum valeat pietate vel armis
Quæſieris/non hac ſolum ditione/ſed orbis
Imperio dignum inuenies. Prudentia certat
Iuſticiæ: grandes animos/& fortia corda
Vincere molitur virtus/cui nomina fecit
Temperies. Adiuta iſtis quaſi quattuor alis

Mens rapitur ſupra humanæ faſtigia vitæ:
Et ſubit heroum fines: quos priſca vocabant
Sæcula ſemideos: cœleſtificatur in horas
Amplius: & diuis ſeſe immortalibus æquat
Deſine ſcrutari quæ magnificentia/qualis
Relligio: & ſuperos imitans clementia diuos
Expediam paucis: Regem coguntur in vnum
Quattuor. Auguſtus/Titus/& pater/& Traianus.
Cæſar vt edomuit Gallos domuiſſe putauit
Se totum terrarum orbem/quia cunta videbat
Cætera ſi ad Gallos ſpectes/imbellia regna.
Quod ſi Romanos quondam fortuna leuauit
Altius & Graios/hoc non obſcurat honorem
Galliæ & egregiam laudem/quæ in longa propagat.
Sæcula ſe. & grandem ramos extendit in vmbram.
Hæc deus in gentes diſpenſat dona viciſſim
Vt libuit/non pro meritis. Quid Perſia quondã?
Quid Scytha? qd medꝰ meruit? Quid barbara mẽphis
Dedita dijs ſtygijs/ſubiecta procacibus vmbris?
Quid meruere Gothi gens illaudata? Quid Hunni?
Vandali & atroces Mauri? infreneſq; ſueui?
Regnauere tamen: ſic alternantibus aſtris
Res hominum rerumq; vices. nec quærere cauſas
Fas alias: regit ex legi deus omnia nutu
Et cœlo & terris lex eſt diuina voluntas
Eſt aliud quod vos opus eſt aduertere: magni
Quando quidem res momenti eſt: & mente ſagaci
Perpendenda/bonos perimat ne incuria mores:
Auſonie/gentes (verum mihi dicere fas ſit)
Natura diuiſæ animis in litibus omne
In rixis belliſq; trahunt ciuilibus æuum.
Infenſi Venetis Ligures: Inſubria Tuſcis/

Tuſcia Campanis. Latio Campania. Daunis
Græcia magna. Vmbro ſamnis. piſcentibus vmbri.
Vrbs vrbi/vicus vico/gens æmula genti/
Et domui domus/ & nurui contraria ſocrus
Mille ſimultates vna intra mœnia certant.
Nec ſedare animos/nec ducere fœdus in vnum
Vlli hominum fas eſt: odia immortalia regnant:
Atq; homines pariter dominandi ardore feruntur:
Vſurpantq; magiſtratus/fiuntq; Tyranni:
Iuraq; regnandi cauſa regnare decorum
Eſſe putant: ſancta hæc docuit ſtratagemata Cæſa
Hanc quoq; Letheam patitur Germania peſtem.
Sciditur in partes/ſtudia in contraria turpi
Diſſidio rapitur: nec ſentit currus habenas.
Hinc opus eſt illos aliquo grauiore teneri
Ac ſubigi imperio: nec libertate potiri/
Quæ vitio gentis corrupta/licentia paruo
Tempore fit, pariens cædes/ incendia/ & vſq; ad
Templorum venit inceſtum/domumq; ruinas.
Altera conditio gallis preſtantior: omnes
Depoſito regnandi animo concorditer vnum
Suſcipiunt Regem: parent concorditer vni:
Sicut apes: quas humanæ Natura Creatrix
Finxit in exemplum vitæ: Nam quæ ſua regum
Hoc ratione carens animal/reuerentia/monſtrat
Quod nondum pleriq; hominum didiciſſe videntur.
Aſt hic apud Gallos mos obſeruatur ad vnguem.
Nec quid ſeditio/ quid ſit diſcordia norunt.
Adijce q nulla eſt gens relligioſior. omnes
(Non ignota loquor/nemo eſt qui neſciat) omnes
Mane ſuſurantes tremulis altaria labris
Circunſtant: & emunt auro libamina multo.

Q uod noſtri ridere ſolent: & pendere parui
V t qui ſacra minus delubra & numina curant.
V os ergo Auſonij quos vel diſglutinat vlla
F actio letbalis/vel momentanea ſemper
C ommiſſura ligat/deus omnibus arbiter æquus
V os inq̄ velut infantes dedit erudiendos
G allorum generi vobis exempla daturo
O ptima viuendi/faſtumq́ꝫ/odiumq́ꝫ domandi
A c maiore deum ſtudio ſuperoſq́ꝫ colendi
Q ui faciunt pluris ſuperos/diuina/deumq́ꝫ/
M ortales alios debent præcedere/leges
F erre/magiſtratus legere/ & regnare per orbem.
E ſt etiam quod non debent aduertere tantum
A uſoniæ gentes: verum et germanica regna
E t quicunq́ꝫ ſacrum tetigerunt vertice fontem/
T urcorum impietas nubes Acberontis opaci
Q uæ duce Neſtorio quondam nabatbea per antra
E xijt æternis vt ſolem inuolueret vmbris/
D ebet agi ſtygiam in noctem/nigrumq́ꝫ ſub orcum
D orica gens implorat opem. Bizantia luctu
M œnia ſignificant cum Trapezunte dolorem.
H æc ea quæ noſtris ſunt vſurpata diebus.
Q uæ vero fraudem antiquam veterēq́ꝫ rapinam
S unt perpeſſa/gemunt altum. Genijq́ꝫ locorum
S ollicitant ſuperos pro libertate ſuorum
M agnus ab Aſſyrijs auditur/ab vſq́ꝫ Damaſco
C lamor: & a tota ſacri regione Sepulcbri/
C lamor ab Armenijs/a Medis/a Nabatbeis.
C lamor ab Aegypto: renuūt ea regna teneri
A macbometeis. cupiunt ad vera reuerti
N umina: & auxilium noſtris a regibus orant.
N oſtri autem reges populis rixantibus omne

Tempus vt extingant bella hæc intrinſeca perdunt.
Sic ſparguntur opes/ſic vis elabitur omnis.
Grande nefas opus hoc ſanctum/quod pendere noſtro
Debent regna deo/ſtudijs tardare malignis.
Priuatis turbare odijs.obſtacula tantis
Obiectare bonis:ſeſeq́ opponere Chriſto
Tanta hæc improbitas tanta hæc inſania firmat
Rem machometeam:ſtygioq́ inſeruit Auerno:
Cui ſtudium latæ turcorum extendere gentem
Noſtrorum quotiens regum audiuere tumultus
Bella Capadoces Phrygij Cliceſq́ ſyriq́
Atq́ alij quibus impietas machometica cordi eſt.
Exultant:ſibi promittunt tutiſſima cunta.
Non ſecus ac pecudes/quæ tum ſecurius agros
Paſcuntur/cum forte lupos in mutua bella
Aduertere rapi:nec agendæ incumbere predæ.
Cum nos arma premunt/rident ea barbara regna
Votaq́ ſuſcipiunt:ſuperoſq́ impenſius orant
Vt noſtræ lites æterna in ſæcula tendant.
Regum autem quibus hæc magnæ prouintia molis
Ingruit/hic primus:cui ſunt latiſſima regna/
Cui fidei Zelus/cui tanta opulentia rerum
Cui deus & Cœli ſunt omnia ſidera preſto.
Hunc igitur vexare nefas. Cum Cæſare tandem
Et reliquis/quorum Chriſtus precordia tanget/
Bella hæc ingenti claudet ſuſcepta triumpho.
Sacroſancta canunt noſtrorum oracula Vatum
Venturum ex Gallis regem/qui nauibus altis
Nauiget in ſyriam:ſolymaſq́ aſcendat in arces
Victor:& aſſerto ſtatuat noua regna ſepulchro.
Eſt alius langor quo res Romana laborat
Haud minimum.Nam temporibus generalia certis

Concilia/vt leges perhibent iteranda/videtur
Deſita/& omnino noſtris extincta diebus.
Hæc autem ſancti Patres celebrare ſolebant
De fidei rebus/de relligione loquentes/
Deq́ꝫ reformandis toto mortalibus orbe.
Vt ceſſit labor iſte malis data moribus ampla
Ianua: & ingreſſo facta eſt eccleſia ponto
Atra palus, vbi nant angues, vbi rana coaxat.
Fac redeat mos iſte: ſimul collapſa redibunt
Priſcorum decreta patrum: ſanctiſſima vitæ
Diſciplina. Velut pratum quod temperat vnda
Opportuna, feret frugum incrementa bonarum.
At quia tam late regnat diſcordia, tanto
Tempore, dum reges aduerſi regibus/vrbes
Vrbibus, incendunt bellis flagrantibus orbem:
Concilijs non eſt iſtis locus: altera mentes
Cura trahit noſtras. quæq́ꝫ eſſe potiſſima debent.
Vltima ſunt ſtudia. atq́ꝫ modis eludimur iſtis.
Heu damnum fidei graue, & irreparabile: Chriſti
Dedecus incurrit tam deteſtabile regnum.
Huic operi pulſo tandem mauorte vacandum.
O populi/o Reges, retro ſublapſa refertur
Cymba nimis. Chriſti domus inclinata ruinam
Significat. primæ tanta ſub mole columnæ
Iam cædunt oneri: nec ſuſtinet hoſtia Cardo.
Vos autem Inſubres animos componite: paci
Indulgete. bonis quæ fert iuſtiſſima tellus
Quæ Deus impartit, ſancto ſub Rege fruendum:

FINIS.

AD HELISAM BELLAM MANTVE MARCHIONISSAM BAPTISTAE MANTVANI. CARMELITAE. THEOLOGI DE CVPIDINE MARMOREO DORMIENTE SYLVVLA.

P

R ogenies Veneris tanta puer inclyte fama
Q ui vehis in celebrē diuos hoīeſq̄ triūphū
Q uis tibi tā ſiľes potuit de marmore vult?
D ucere? Praxiteles laudē nō audeat iſtaꝫ
V ſurpare. Myron tantū nō ſperet honorē.
M entor abi. Polyclete ſile. ſi Mulciber iſtud
F ortaſſis dicatur opus cudiſſe, fatendum eſt.
N am diuinum opus eſt. Aliam tamen auguror artem
E ſſe ſub his membris. Aliud portendit imago hæc.
S icut in Aſcanium prolemq̄ Eneida quondam
T ranſijt, vt ſanťæ fraudes inferret Elixæ.
S ic modo ſe marmor (Caſtæ mihi credite Nymphæ)
T ranſformauit in hoc. fraus hic. lapis iſte Cupido eſt.
H ic latet/atq̄ dolos iterum meditatur Eliſæ.
S ed fruſtra conatur. habet precordia curis
I rretita alijs habitat ſub peťore ſacro
I llius, ingenium faciens Tritonia Pallas/
V eſtaq̄/& æternum cuſtoditura pudorem
C ynthia. cum muſis ad quas intrare Cupido
N ec noťu/nec luce, poteſt, vigilatq̄, Cubatq̄.
F ruſtra igitur ſomnos fingis puer improbe/ fruſtra

H os inſane dolos hæc in penetralia portas.
T u Troianus equus:de quo fluxere ſinonis
I nſidiæ/fallendi artes/incendia/cædes/
M ille ignominiæ ſpecies:regumq́ ruinæ/
R egnorum excidia:& populorum atrocia damna.
S ic ruit Aegiſthus tandem.Sic traddidit hoſti
S cylla patrem.Moriens Aegeus dat nomina ponto.
S ic patriam Medea fugit.ſic maximus armis
O ccidit Alcides.Priamus truncatur ad aras.
S ic Ariadna ſubit manes non ſidera:Dido
V ritur/incenditq́ ſuos incenſa penates.
L eſbia dementit Vates.ardoribus illis
Q uærere Leucadiæ medicamina cogitat vndæ.
B ella gerunt Grai:Phrygios & pergama vexant.
V exat amor graios.Agamennona torquet.Achilles
M ater vt extinctam ſobolem/Briſeida plorat.
L achrymat atq́ gemit:poſitis abſconditur armis.
I lle ingens animus quem non exterruit Hector/
N on Aſiæ totius opes,non mille phalanges/
C oncidit atq́ ſui oblitus villeſcit amando.
Q uis natat inflatum piceis aquilonibus æquor
N aufragus iratis inter delphines in vndis?
E ſt Leander:Amor Iuuenem ſic ire coegit.
P hyllida fecit amor vitam finire dolendo.
A h facinus crudele.puer ſæuiſſime quare
V ſq́ adeo inſanire facis mortalia corda?
B iblidis & Myrrhæ furias deuouit Olympus
A dmirans tantam hanc homines incurrere labem.
E t genus humanum tanto ſordere veneno.
P aſiphaen riſit Pluto/Proſerpina riſit.
R iſit & Alecto/manes riſere profundi.
N on riſit Rhadamanthus opus tam infame/videndo

BELLAM.

Q uærebat Veneri ſecum tormenta nefandæ.
D e decus hoc auferte viri/prohibete puellæ
H oc immane ſcelus. Neu vos ea roſida fallant
O ra/faces/arcus/pinnas leuibuſq; pharetram
H orrentem iaculis hoſtilia ſigna videte.
E ſto puer talis ſemper: teneatq; ſepultum
T e ſopor æternus: iaceaſq; in marmore ſemper.

FINIS.

¶F.BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI: ELEGIA DE SANCTITATE IEIVNII QVADRAGESIMALIS.

Am cineres adſunt. adſunt ieiunia verni
T ẽporis: & madidis flẽs Metanoea genis.
I N ũc op⁹ o Comites ſenſũ cobibere fluẽtẽ:
A tq̃ bonos mores iuſticiamq̃ ſequi.
H actenus oppreſſa clauum rõne voluptas
R exit: & ad ſtygias ire coegit. aquas.
N os dedit in predam Dominis crudelibus Orci:
V endidit inferno pectora noſtra Ioui.
H ac duce nos olidis laruæ infixere cloacis:
E t ſibi nos diræ proſtituere Canes.
I lluſere malæ nobis obſcœnius Vmbræ
Bacchus: & ad fraudes ingenioſa Venus.
E t Genius pingui gradiens diſtentus Omaſo:
C ui comes eſt omnis deſidis aula Gulæ.
E brietas/ſopor/ingluuies/petulantia/riſus
S currilitas/nugæ/deſidioſa quies.
H inc genus accepit mollis laſciuia/vultu
B landula/circeis inſidioſa dolis.
H æc tenuit ſceptrum poſtq̃ titanius axis
A pplicuit Cephei frigida regna ſenis.
S ed mirum eſt animos quando facit ille ſeueros,
C ur leuitas iſto tempore tanta poteſt.
N ec tamen id mirum. ſeruant qui ſidera traddunt
H inc etiam Birias naſcier atq̃ Dauos.
N unc opus eſt Comites ſenſum cohibere fluentem:
A tq̃ bonos mores iuſticiamq̃ ſequi.

Mille modis tactum rapuit laſciuia & aures.
Linguam mille modis/lumina mille modis.
Quid niſi laſciuum reſonant ſpectacula noctis?
Comicaq́ in mores fabula nata pios?
Quid moduli dulces? quid perſonata Iuuentus?
Quid lyra? quid phrygio tibia blanda ſono?
Mimmorumq́ greges mixti lurconibus/inter
Spumantes pateras viſcereaſq́ dapes.
Quid choreæ poſcunt niſi conculcare pudorem?
Et vitio vires auxiliumq́ dare?
Viuere in his tenebris ſcelus eſt imane/furorq́:
Vel lethæa grauis quē facit vnda ſopor.
Ebria mens oblita ſui per luſtra ferarum
Fertur: in imunda ſordida dormit humo.
Nec minus inſanit q̄ ſi vir nobilis ortus
Claſſibus e primis per fora nudus eat.
Per fora nudus eat/iaceatq́ in puluere/toto
Corpore: & obſcœno perlinat ora luto.
Perlinat ora luto: iaculanſq́ per aera ſaxa
Seria tractantes non ſinat ire viros.
Nunc opus eſt Comites ſenſum cohibere furentem:
Et tetricas leges conſiliumq́ ſequi.
Omnia quæ confert oblectamenta voluptas
Præcipiti curſu fluminis inſtar eunt.
Semper abit velox/nec habet retinacula tempus:
Et volucri fugiunt mobilitate dies.
Diſce quid hic poſſit ſperari optabile/quando
Naſci pœna/labor viuere/triſte mori
Quid ſit forma docent violæ/roſa/lilia/quorum
Imbecilla ætas tam breue tempus habet.
Aurea cæſaries ſordeſcet, & vuida quondam
Splendidaq́ in rugas contrahet ora cutis.

P ro candore ſubit pallor. vicina ſenectus
C orpus auernali polluit omne ſitu.
C onficiunt oculos lacbrymis ſtillantibus anni:
E t veniens reddit lumina torua dies.
L umina Lucifero nunc æmula: lumina flamis
Q uæ faciunt hominum feruere corda ſuis.
Q ualia quæ Turnum quæ corripuere Læandrum/
P elidem/Eneam, Demophoonta/Parim.
Q uid leuibus ventis? quid inani fidimus vmbræ?
P erpetibus, ſi vis fidere, fide bonis.
N unc opus o Comites ſenſum cohibere fluẽtem:
A tq; bonos mores iuſticiamq; ſequi.
T andem canus homo vitijs oneratus & annis
I n tumulum vita deficiente ruit.
S æpius ante diem dum florida viuitur ætas
I n cineres atros prima iuuenta redit.
I d modo ſignificant conſperſi puluere crines:
D ictaq; cum ſacro puluere verba nouem.
V ita/licet vigeat/ſemper contermina fato eſt:
E t ſpacij ſupereſt inter vtrunq; nihil.
Q ui ſapit/& qui non/qui ſeruit & imperat/æqua
E t miſer & felix, conditione cadunt.
N unc opus o Comites ſenſum cohibere fluentem:
A tq; bonos mores iuſticiamq; ſequi.
I am cineres adſunt: adſunt ieiunia verni
T emporis: & madidis flens Metanoea genis.
H æc eſt illa vetus ſimplex & caſta parentum
Q uæ in terris mundo vita recente fuit.
N am neq; tunc homini cæſis animantibus vti
F as erat. arboreis frugibus vſus erat.
Q uod pirus & malus, quod habebat aquatica Lotos
Q uod Rubus/illius temporis eſca fuit.

P er dumeta greges ibant impune per arua.
V elere & vberibus ſe redimebat ouis.
N on erat ingluuies tanto ſaturanda labore:
O mnus erat ſumptu ſplendida menſa leui.
N ec domini ſeruis pendebant Lautius. vnas
T errigenis epulas vna ferebat humus.
T alia mandabat Samius conuiuia pon
C ontentus vitæ ſimplicitate ſenex.
T alia Saturnus, qui dicitur aurea quondam
S æcula, & innocuos inſtituiſſe dies.
H æc igitur nobis vita eſt reuocanda quotannis.
Q uæ premat affectum: luxuriemq́ domet.
N unc opus eſt Comites ſenſum cohibere fluentem:
A tq́ bonas leges iuſtitiamq́ ſequi.
M oribus obſcœnis totiens offendimus ipſum
A etheris a ſummo qui tonat axe Deum.
Q ui ſtatuit maria & terras & ſidera: tanto
O rdine cœleſtes qui facit ire polos
Q ui fuit/eſt/& erit ſine fine & origine/tanti
D iligit humanum qui pietate genus.
Q ui fuit in terris olim ſub imagine noſtra
V iſus: vt ad cœli nos animaret opes.
E t quia nos fieri ſuperos propenſius optat/
S i quod obeſt votis talibus odit opus.
N oſtra autem votis dementia talibus obſtat:
E t qui cœca facit pectora noſtra furor.
H æc ſunt illa igitur quæ tam vehementer acerbant
N umina facturæ tam ſtudioſa ſuæ.
I nde fit vt quotiens homines delinquere cernunt,
C œlicolas animo fama ſit eſſe graui.
O mnia triſtantur cœleſtia regna/tonantem
C um lædi offenſa relligione vident.

Et natura docet Diui quid mente volutent
  Cum cernunt ſpreto nos dare terga Deo.
Tunc etenim pictor diuis lugubria fingit
  Ora.genas humiles/triſte ſupercilium.
Tum ſtygij manes lethæaq́ꝫ numina gaudent:
  Et celebrant feſtos in Phlegethonte dies.
Cerberus exultans minus eſt venientibus aſper:
  Et minus horrifico mugit ad antra ſono.
Iam Cineres adſunt/adſunt ieiunia verni
  Temporis: & madidis flens Metanoea genis
His corrupta bonis mens inſtauranda duobus.
  His medicamentis reſtituenda ſalus.
Multa pudiciciam ſoluunt obſonia:multo.
  Fit ſenſus petulans & ſine lege mero.
Pauperies aufert quod fert opulentia. parco
  Atq́ꝫ rudi improbitas eſt abolenda cibo.
At quæ luxus iners peperit mala gaudia/franget
  Dicta peregrino quæ Metanoea ſono eſt.
Hæc igitur noſtris duo quæ contraria morbis
  Omne fugant/ſi ſint continuata nefas.
Qui gemit/& luget/ſceleris quem pœnitet/omnes
  Ad veniam ſuperos prouocat atq́ꝫ Deum.
Rex ſolymum.Dauid fuerat qui factus adulter
  Nequitiam tali lauit in amne ſuam.
Sic ſua piſcator ſepeliſſe piacula Petrus
  Dicitur/& quaſſam reſtituiſſe ratem.
Poſt ſtephani lapides famoſaq́ꝫ crimina Paulus
  Taliter ex imo venit in aſtra ſolo.
Nunc opus o Comites ſenſum cohibere fluentem:
  Atq́ꝫ bonas leges/conſiliumq́ꝫ ſequi.
Et nunc tempus adeſt renouandis vtile rebus:
  Quando humus in fruges incipit ire nouas.

Iam diſceſſit hyems inimica feracibus aruis:
Libera diſcuſſo iam fluit vnda gelu.
Iam redijt Progne. iam ſunt de prole Palumbes
Sollicitæ: venerem iam meditantur aues.
Incipiunt natis thalamos componere, cunas
Texere: & aerias ædificare domos.
Inflamantur/amant: & voce fatentur amorem:
Ac paſſim dulci garrulitate ſonant.
Ruſticus ad cantus aures accõmodat iſtos
Dum colit/& putrem vomere ſcindit humum.
Vomere ſcindit humum: ſpargitq́ꝫ legumine campos/
Vnde ſequens alias colligat annus opes.
Nunc renouant plumas volucres: coluberq́ꝫ veternum
Exuit aſpirans ad iuuenile decus.
Primo igitur Comites reparantur vt omnia vere,
Et natura ſuum tota recentat opus,
Sic animi probitas eſt inſtauranda: vetuſtas
Sordida tollenda eſt, & carioſa cutis.
Nunc opus o Comites ſenſum cohibere furentem.
Noſtraq́ꝫ diuino ſubdere colla iugo:

FINIS.

¶F.BAPTISTAE MANTVANI CAR-MELITAE THEOLOGI DE COR NIGERO CARMEN IOCO-SVM AD CORNIGERVM.

O rniger Auſonios inter celeberrime vates
I nſignite boni nominis eulogio
C N ō det hoc vitio.tibi ꝙ cognomē vbiq̄ ē
I ſtud apud patres/iſtud apud populos.
C orniger ē Aether:nobiſq̄ oñdere gaudet
S idera in obliquos cornificata ſinus.
C orniger eſt Aries/vbi Ver cum venit Apollo
I ncobat.Europæ cornua Taurus habet.
C ornua habent ædi cæleſtia ſidera.Nutrix
I pſa Iouis magni cornua fronte gerit.
E xuit/& cum vult aſſumit cornua Luna.
C orniger Aegoceros.Cornua Cancer habet.
D ij quoq̄ Cornigeri.Libycæ regnator harenæ
C orniger eſt Hammon.Cornua Bacchus habet.
F inibus in libycis opus admirabile quondam
S tructa fuit iunctis cornibus ara Ioui
S unt deforme pecus Cerui ſine Cornibus,adde
C ornua/nulla pecus pulchrior eſſe poteſt
E ſt pecus vnius cornu quod toxica vincat
Q uod virus perimat cornibus omne ſuis
C apripedes Satyri ſylueſtria numina geſtant
C ornua.Corniger eſt Pan deus Arcadiæ.
T raddidit Alcides Cereri pro munere magno
C ornua/Acarnanis quæ prius amnis erant.
C orniger eſt Moſes.Lucæ cornuta videmus
T empora.& in manibus cornua Chriſtus habet.
C oclea prolatis Nequinum cornibus Vrbem

Terruit: & trepidas ciuit ad arma manus
Paſiphaen nitidi mouerunt cornua Tauri
Cornua formoſæ gratia frontis erant
Et bellona regens pugnas interprete cornu
Nunc cohibet, tali nunc ciet arma ſono.
Cornua cor magnum/robur/munimen & arma
Significant. cornu ſignificatur honor.
Cornua nata ſibi cernens in flumine Cipus
Territus eſt. At rex ſi voluiſſet, erat.
Magni aliquid ſemper cornu prenunciat. Ergo
Corniger eſt clarum nomen: & omen habet.
Viue igitur felix magno ſub Præſide & vſq;
Tu memor eſto mei/ſit memor ille mei.

F I N I S.

AD CAROLVM AMBASIVM CALDI MONTIS PRO REGE IN ITALIA.

¶ Liberat a Gothis belli molimine Narſes
A Longobardis Carolus Italiam.
Carolus ecce alius: fruſtra Germania frendis.
Tuta ſub hoc Italis & diuturna Quies.

AD EVNDEM.

¶ Qui tantam aggrederis circundare mœnibus vrbem
Cæſareos animis Carole vincis auos.
Perge: ſed innocuum ſacris precor ædibus iſtud
Effice, vt æterno tempore duret opus.
Si quid habent odio ſuperi/durabile non eſt.
Hi nanq; imperium totius orbis habent:

IN IMAGINEM CAROLI IAFREDI.

¶ P icta videns Dñi Dominum putat ora Catellus,
Dedala Iafredum ſic imitata manus.

IN HERCVLEM STROTIVM.

¶ S trotius Heracles Venerem dum quærit/adulter
I llius obſcuras Mars erat ante fores.
M ars Iuuenem claudum Veneris ratus eſſe maritum
D eprebendi in furto dum timet, arma capit.
C onfoſſum Iuuenem ſero cognouit: & inquit
Contentus nympbis debuit eſſe nouem.

DE MITRA ET PEDO PASTORALI.

¶ Mitra notat vitam duplice m: den ominat vnam
A ctio: & iſtius Martba m agiſtra fuit.
A ltera quam docuit ſoror alt era digniorista
A contemplando Numine nomen babet.
S ectus apex etiam duplicem pretendit amorem
H ic genus bumanum reſpicit: ille deum
E ſt etiam diuiſus apex ſapientia duplex:
S cilicet antiqui fœderis atq; noui.
P aſtorale pedum/pecoris tutela/ Luporum
Et furum inſidias perniciemq; fugans

E PITHAPHIVM MAGISTRI Stepbani de B aſignana. Carmelitæ Tbeologi.

A ſpera Continuos peperit Cui vita labores
Hic: tandem fatto me miſerante Cubo

AD LAPIDEVM tabernaculum Corporis cbriſti.

Siſte gradum: lapis bic venerabilis boſpite cbriſto.

❡F. BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI. DE MORTE ET DEDICATIONE POEMATVM NICOLAI CORREGII AD ILLV. ELISSAM BELLAM MANTVAE MARCHIO.

Vrrite Tyrrhenæ placidiſſima Nūina Muſæ
A d noua Corregij funera Nicolei.
C C urrite veloces ad Eliſſæ limina Bellæ
Q uo ſe Cœleſtes proripuere Chori.
I pſa q̃ illius ſacri ſit Carminis heres
F unereos ſumptus exequiaſq; facit.
F alcifer a noſtro q̃ q̃ magis orbe remotus
E t licet ignauus/frigidus/atq; ſenex:
D udum lapſus adeſt, veniens per regna nepotum
S edulo ad hanc omnes iuſſit adeſſe diem.
E t turrita parens Diuum Berecynthia dicta,
V eſtaq;, q̃ viridi gramine veſtit humum.
I upiter inſigni dederat qui regna poetæ,
V enit, & auguſtas iam ſedet ante fores.
V enit & ipſa gradu celeri Saturnia Iuno:
E t ſacras oleis cincta Minerua comas
M ars quoq; qui Vati mauortia pectora fecit
V enit: & acceptis exuit arma togis.
V enit & Aonidum pater & regnator Apollo,
Q ui decorat radijs æthera & aſtra ſuis:
V enit, & ad ſancti corpus venerabile Vatis
A ſtitit, ac cinxit tempora fronde ſua.
M ox capulum ramis texit redolentibus omnem
B alſamo & Ambroſia pectora, & ora rigans
E t redolens myrto Cypria Venus atq; Cupido

Qui retinet molli tela facemq́ manu
Sunt veneri iunctæ Charites ſuauiſſima viſu
Numina: quæ æternus conciliauit Amor
Pinnataſq́ ferens plantas. Atlantius Hermes,
Qui dare vim verbis ingeniumq́ poteſt.
Et Dea ſyluarum teneris ſtipata cateruis
Tyreſiæ rapido venit in arua pede
Venit vt obſequium Vati preſtaret, Eliſſam
Viſeret. ambobus ſemper amica fuit.
Nam paribus ſtudijs ambo coluere pudorem,
Caſta verecundos quos Dea nouit amat.
Attulit & flores & ab ipſo gramina Gyntho
Membra quibus Vatis ſpargat & omne ſolum
Attulit & Myrrham/Caſias/& Cinnama ſecum
Thuraq́ in ardentes proijcienda focos.
Liber adeſt, Vulcanus adeſt/Neptunia currunt
Numina. Cum Nymphys candida Doris adeſt
Numina naſcentem quæ reſpexere poetam,
Vt facerent vultu proſpera fata ſuo,
Ad mortis venere diem/quo deniq́ functum
His animum tenebris in ſua regna ferant.
Et quo membra quibus mens eſt ſyncæriter vſa
Funere ſolenni reſtituantur humo.
Currite Tyrrhenæ/neu ſit mora/currite Muſæ
Ad noua Corregij funera Nicolei.
Conuenere igitur Nymphæ tyrrhenides omnes/
Quæ mare/quæ campos/quæ iuga ſumma tenent.
Et totum querulo complentes aera planctu
In terram laceris procubuere comis.
Interea elatum funus, Subiere phèretro/
Quos magis illuſtres illa poeſis habet
Arnigenæ Danti comes it Certaldea proles

Quem ſua Laura premit, quem ſua bella manus.
Hæc ſacrata cohors mediam ſuſcepit Eliſſam:
Atq; per aerium trans mare nauit iter.
Tranſijt Epiri trans alta ceraunia: tandem
Conſtitit ad fontes pegaſis Vnda tuos.
Dicitur hic Vatem laudaſſe Pollhymnia: & ipſum
Rettulit in ſuperos/in numerumq; Deum.
Mox fletu abſterſo Bellam reſpexit Eliſſam:
Et Dea ad Illuſtrem taliter orſa Nurum.
O nimium felix formæ ſplendore/ Virago
Progenie/ſceptro/progenitore, Viro.
Sed felix etiam longe mage, qꝫ tibi tantus
Traddiderit Vates omne poema ſuum.
Vidi ego te in titulo ſcriptam/tua nomina legi:
Atq; palam muſis conſpicienda dedi
Gaudeo te noſtri decoratam munere Vatis
Ac tibi tam clarum gratulor eſſe Decus.
Immortalis eris. viuent tua nomina ſemper.
Et tibi erit Vati fama coeua tuo.
Ergo tui Princeps memorem decet eſſe Poetæ
Semper: & illius manibus eſſe piam.
Tu quoq; pierias vigilando enitere ad artes:
Tota nec in leuibus tempora perde iocis
Ne cade ab inceptis. Summam virtutis ad arcem
Te labor exiguus/te via parua feret.
Sic vbi laudatrix efata Pollhymnia/Diuum
Talibus eſt dictis aſtipulata cohors
Membra ſepulturæ tandem data. Protinus Hermes
Signauit paucis hoc epigramma notis.
Hic iacet hæredem Vates qui fecit Eliſſam
Nicoleos/gratæ gratificatus Heræ.
FINIS.

SVPPLICATIO AD BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM.

GLoria terrarum/Cœli/Regina, Tonantis
Mater/in humanis portus & aura malis.
Cū peccata miſer triſti mea mēte reuoluo
Hiſcere conſpectus me pudet ante tuos.
Nam tu labe cares omni.tu mundior auro
Quod decies acri torruit igne faber.
Aſt ego tabificis Erebi ſum perlitus vndis:
Et mea ſunt ſtygio ſordida membra luto.
Sed quotiens recolo tua tam clementia corda,
Sollicitat paulo me minus iſte pudor.
Spes mihi te ſpondet placidam mitemq; futuram
Atq; tuam nobis pollicitatur opem.
Ergo meas ſordes non auerſata fauorem
Fer mihi progeniem iugiter ante tuam.
Comprime bacchantes bona per mortalia ſenſus
In ſcelus oppreſſa qui ratione ruunt.
Fac ſapiant ori cœleſtia pabula noſtro,
Fac mea diuinus pectora pungat amor.
Fac habeam terras odio.fac tartara vincam
Cum phlegethonteos concitat ira Deos
Eſto mei cuſtos inter diſcrimina vitæ
Nec manus in corpus ſæuiat vlla meum.
Te duce ſit mihi fas in olympica regna reuerti/
Et tibi diſcuſſo ponere vota iugo
Te tua Progenies interueniente gubernet
Rebus in aduerſis meq; meamq; domum:

F I N I S.

AD HERCVLEM CANTELMVM BAPTISTAE MANTVA-NI CARMELITAE THEOLOGI.

SAluus ades Cãtelme.focis accẽdere ſacris
Tura decet:diuiſq; nouas exſoluere laudes
Nam tua/quãdoquidẽ ſæcli tu gl̃ia noſtri/
Non minꝰ eſt curãda ſalꝰ q̃ publica nobis
Hei mihi vix tali poſſum te credere functũ
Turbine/de tanto viuum euaſiſſe tumultu.
Tanta fuit ſtrages hominum certamine in illo
Vt mens illorum horreſcat meminiſſe dierum.
Num furor an virtus tulit hæc te in prælia contra
Vaſconas atroces/ſenonumq; immania caſtra?
Auſus es/iſta recens pluſq̃ conſentiat ætas/
Heu Iuuenis miſerande cruentos ire per hoſtes:
Et roſeum tantis os obiectare periclis.
Myrmidonum Dolopumq; furor/ſi reſpicis arma
Gallica/ludus erit:minor eſt violentia Parthis
Centauris/Lapithiſq; minor.genus omne Scytharum
Mitius.infernis rabies humanior vmbris.
Ecce vides in te Ligerim/Rhodanũq; Ararimq;
Præcipiti curſu ruere & ſpumantibus vndis
Mars tonat in nebulis:& ferrea fulmina montes
Euerſura iacit.tu fers veſtigia contra.
En Martis Bellona ſoror criſtata trylingui
Angue comas:longoq; manus armata flagello.
En ſerpentigeram quatiens venit ægida Pallas:
Brachiaq; extendens in vulnera porrigit haſtam
Et potes in tanto non formidare tumultu?

Martia per totos flagrant incendia campos:
Sub pedibus tibi terra tremit pulſata volantum
Quadrupedum ſtrepitu. Furor inter claſſica toruum
Mugit: & intentat mortem feralis Enyo:
Agmina tu intrepido penetras horrentia greſſu:
Exemploq; tuos ad fortia facta maniplos
Non ſermone cies: q̄q̄ tibi copia linguæ
Suppetat: in bellis melior tibi dextera lingua.
Quis Deus has teneris vires infundere membris
Quæ vis corda poteſt tantis incendere flamis?
Num q̄ eras galeam tegmenq; indutus ahenum
Fidebas/teq; audebas exponere bello/
Credebaſq; armis/ac ſi impenetrabile ferrum
Te tegeret: Quale illud erat quo cinctus Achilles
Hectora/& Eneas egit ſub tartara Turnum?
Non venit a iaculis non a thoracibus illud:
Quod facit heroas/quod vincit olympia robur.
Amphitrioniades infans eliſit inermi
Serpentum fauces & hiantia guttura dextra.
Sed vel luce ſua facit hoc vitalis olympus.
Vel genus in cauſa eſt. Tanti genitura parentis
Vt pote quem tulit ex atauis domus alta ſuperbis/
Et ſtudio armorum tenero inſudauit ab æuo/
Non potuit niſi magnanimam niſi bellipotentem
Gignere progeniem ¶ Rerum Natura Creatrix
Perſimiles patribus gaudet producere natos.
Peleus æacides magnum generauit Achillem:
Pyrrhus Achilleo ſatus eſt de ſanguine. ſemper
Vel plerumq; ſolent dare fortia pignora fortes.
Heroes magni a magnis heroibus orti.
Laomedum Priamum. Priamus tulit Hectora proles
Iulia ab Aſſaraco venit: cui Dardanus autor.

Tu quoq; Cantelmæ veniens ab origine gentis
Pectore fers maiorum animos: nec tela nec hoſtes
Formidare potes: nec cedere caſibus vllis.
Quod ſi puber adhuc tantum te attollis. & audes
Fortibus & bello aſſuetis concurrere gallis?
Quid poteris cum maior eris? cum proflua mento
Oſtendet te barba virum? cum fecerit olim
Iam matura tibi cilium magni Herculis ætas?
Nec fuit iſta tibi prima experientia Martis.
Prima fuit cum te victorem Brixia pleno
Proteſtata foro eſt. illo in certaminis æſtu
Viribus Hector eras ſub caſſide: caſſide dempta
Viſus es Aſtyanax. maiorq; minoribus annis
Laus fuit. ætatem ſuperans magis inclyta virtus.
Altera cum Petræ ſummam tu primus in arcem
(Præcipiti meminere Athesis vada concita curſu)
Pro venetis pugnans victricia ſigna tuliſti.
Tum nimis ardentem miſerans fortuna iuuentam
Oppoſuit ſeſe iaculis: retroq; retorſit
Marmora theutonicis in te contortula certis.
Macte animis Puer excelſis emitere toto
Pectore: neue ſinas peſſum decus ire latinum.
Ecce quod inuadunt italos exterma penates
Bella. quot in predam miſeri damur hoſtibus omnes
Hoc crudele nefas vltricia poſtulat arma.
Diſcite militiam Iuuenes. nauate gerendo
Marti operam: patrios bello defendere fines
Vos decet: hinc opus eſt gentes arcere ſuperbas.
Vndiq; concurrens Europa furentibus armis
Nos premit: & poſito languens iacet Adria faſtu
Rurſus in italiam Pœnus deſcendit: & alpes
Et maria in nomen coniurauere latinum.

R urſum Cymber adeſt:gelidoq́ꝫ a Cardine rurſum
V andalus erumpit:noſtris in finibus alter
H annibal eſt:alter brenus Capitolia pulſat.
C onculcata iacet gens quæ regnare ſolebat:
Q uæ ſola imperij ſolium ſublime tenebat
O rbe triumphato: Iuuenes aſſurgite magnis
A d virtutem animis:tantamq́ꝫ auertite peſtem
T u in primis Cantelme refers qui nomine & auſis
G randibus Alcidem/deſertam amplectere matrem
I taliam.pietas eius tua molliat exta
E t gratæ officium ſobolis largire parenti/
Q uantum iure potes:nam ius preſtantius armis:
D iſiunctis italos animis diſcordia in iſtas
C ompulit ambages.veſtros hæc dira libido
I mplicuit/dum damna ruunt in mutua patres.
V os ſi fata ſinunt animis melioribus eſte.
E t ſtudio pacis labem emendate paternam.
H anc ſolam ſtygij manes qua perdere poſſent
I taliæ imperium libertatemq́ꝫ decuſq́ꝫ
I nuenere viam:miſſa eſt diſcordia:miſſum
E ſt odium crudele/domos quod diſſipat omnes:
Q uod conſumit opes/quod funditus omnia vertit.
A tq́ꝫ ita venerunt non ferrea ſæcula Verum
T eſtea:confractis ſimiles euaſimus vrnis.
H anc Deus ob noxam caſus tot mittit acerbos
H unc pluit in terras/ſed non aduertitis/ignem:
E t pergit ſæuire quo ad Concordia ſurgat.
C onſpirate igitur Iuuenes:meliora referte
T empora:quæ ſi non fiant argentea ſi non
A urea/fictilibus ſaltem ſint ferrea pulſis.
P ellite barbaricum non accerſite furorem
A lter in alterius cladem quibus vrere certas

P roxima tecta/tuum ſubeunt incendia limen:
A rdetiſq; ſimul flammis cõmunibus omnes
T ollere ſola poteſt dirum hoc concordia fatum/
E t grauium ſtellarum iſtud reſtringere virus.
S cipiadum vobis virtus imitanda: Camillos
T orquatos/Coclem/Fabios/& ab alite phebi
P rogeniem dictam vobis proponite: vros
F erte per hæc tam ſancta patrũ veſtigia greſſus.
F orte aliquis noſtro ſurget de ſanguine tantæ
Q ui ſit perfidiæ/qui ſparſi ſanguinis vltor.
H anc mihi ſpem Cantelme facis:te numina ſeruent
I ncolumẽ:tantoq; velint te ornare triumpho
E t quia ſaluus ades:ſacras accendere ad aras
T ura decet:Diuiſq; nouas exſoluere laudes:

F I N I S.

FRATER BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI. AD IVLIVM SECVNDVM PONTIFICEM MAXIMVM

Axie Quercẽtũ prīceps & ſũme ſacerdos
Qui iura et leges diuũq́ȝ,hoīmq́ȝ gubernas
M Enſe potens gemino,cui⁊ veſtigia adorant
Cæſar/& aurato veſtiti muricæ Reges:
Non Italæ ſolũ gentes:ſed tota ꝑ orbem
Sparſa tibi æternas grates eccleſia ſoluit.
Nam poſtq̃ in Petri ſolium te Roma leuauit,
In decus antiquum maieſtatemq́ȝ vetuſtam
Publica res Chriſti tandem reuocata tyrannis
Reſpirare poteſt,& ducere gaudia victis.
Nunc Ariminiacas arces quas verberat ingens
Adria,Petrus habet:veteris nunc Sarſina Plauti
Patria deuenit Romam:diuturna Rauennæ
Iam iuga confractis proiecit in æquora loris
Vis tua:& extincta eſt longæuæ iniuria fraudis.
Felſina quam limo immerſam ſerrana tenebat
Factio,nunc veluti longa ſerpigine tandem
Munda cutis nitet in priſcum tranſlata decorem.
Adde Fauentinam tetricis cum montibus vrbem.
Adde Forũliuij.Sed cur ego ſingula verſu
Proſequor enumerans ea quæ temerarius hoſtis
Traxerat ex Petri imperio regniſq́ȝ latinis?
Tota latrocinijs erat hauſta eccleſia longis/
Et poſita in luctu lamentabatur amaro.

N on erat aſſertor, medijs vt ouilia ſyluis
Q uæ paſtore carent/in cuſtodita iacebat.
P ræteriti q̃ꝑ labi ſua regna dolerent
P ontifices/non audebant tamen arma ciere:
E t nimium fortes bello irritare Tyrannos.
S ed ſtabant ſimiles Prognæ ſua parua videnti
P ignora de nido tracta a ſerpente vocari.
A t tua crudeles nec diſſimulare rapinas,
N ec tolerare poteſt virtus heroica, & ingens
C ognita in hoc excelſi animi preſtantia bello.
P erge age, & inceptis paſtor Romane memento
T alibus eſſe pium laxis incumbere habenis.
¶ O vtinam Pater omnipotens tibi proroget annos/
V t valeas olim poſt hæc certamina/Romæ
A d male compoſitos animum conuertere mores.
S icut enim tua regna rapax lacerauerat hoſtis
I mprobitas: Sic & ſanctos Acherontigenarum
L aruarum impietas, & pernicioſa libido
C orrupit mores: quibus illa antiqua parentum
S emideorum ætas totum condiuerat orbem
M ore ſalis: ſine quo nemo conuiuia q̃ꝑ
M ille dapes habeant, & ſint ſaliaria, laudat.
H æc morum iactura magis deflenda videtur,
Q uam regni prior illa tui: Nam diſſipat omne
I mperium Chriſti: toto iam cognita mundo
M endacem facit eſſe Deum/qui dixit auernum
I mperijs non poſſē ſuis inferre ruinam:
E cce ruunt, Charitas friget, ſpes pallida languet,
A egra Fides fragili vix ſuſtentata bacillo
E x procerum tectis fugit, & gurguſtia querit.
H is tribus incũbit tanq̃ tribus alta columnis
T ecta/domus Chriſti. tribus his labentibus ergo

Eſt opus vt ruat hæc moles validiſſima quondam/
Nunc ſenio morboq; tremens/rimiſq; dehiſcens.
Nec te magne Pater latet hoc,prudentia pectus
Tanta tuum vegetat: Sed idonea tempora quæris,
Expectaſq; diem quæ det feliciter iſti
Principium Diuino operi: ſtat ad hoſtia Chriſtus
Cum grege cœlituum tecum venturus in iſtam
Militiam: tua magne Pater precordia pulſent
Anteferenda alijs hæc ſancta negocia curis:
Hæc animo res digna tuo, qua ſanctior eſſe
Nulla poteſt, nulla vtilior mortalibus. Eſto
Qui decus hoc habeat/quem gloria tanta coronet:
Ad Romam conuerte oculos: luxumq; fluentem
Aſpice, & indignos Chriſti propagine mores,
Tota in capreolos it vinea: tota comantem
Effluit in ſyluam folijs ſpargentibus vmbram
Peſtiferam ſegeti, dulces neq; parturit vuas:
Hos ſteriles ramos, nemus iſtud inutile trunca:
Nam bibit humorem terræ qui paſceret altas
Alcinoi ſyluas, Atlantiadumq; ſororum
Auriferas malos, & odori ſemina Coſti:
Erue mortiferas taxos aconita cicutas,
Et ſere vitales herbas/vt Cinnama/nardos/
Balſama, thura, crocos. Veterum reminiſcere patrum.
Gregorium pone ante oculos: magnumq; Leonem:
Syluestrum, & reliquos, quorum eſt imitabilis alto
Vita animo, regnoq; humeros ſuppone labanti.
Qui te cunq; colunt optant hæc cernere: & iſtud
Expectant ardenter opus: Sed bella videntur
Maturanda prius: placidam cenſoria pacem
Verba decent: vacuumq; odijs & ſanguine tempus.
¶ Si potes his alium debes adiungere toto

S ic hominum Diuumq́ꝫ choro poſcente laborem.
E cce ſuis graios vt agat fortuna per orbem
S edibus expulſos. Turcas genus ecce ſuperbum
V t ſtygij manes certent extollere contra
F as & iura: vides regna inter barbara ſanctum
C hriſtus vbi voluit claudi ſua membra, ſepulchrum.
A ſpicis a Chriſto q̃ntum ſubduxerit orbis
T errarum. Machometus Arabs, aſiatica regna
C unta tenet: tenet in Libya noſtri maris oram
A, Mauris vſq́ꝫ ad Nilum, tenet Hellada totam:
T hraicias vrbes, longinqua binominis Iſtri
H oſtia in Europa, pudet ah pudet iſta fateri,
Q uæ damnũ, quæ ignominiam, quæ opprobria vulgãt
P ublica Chriſtigenum: quibus inſipientia noſtræ
A rguitur gentis, noſtriq́ꝫ ignauia ſæcli.
T empus adeſt quo regna velit Deus iſta repoſci:
E t certam promittat opem. te maxime Paſtor
T e res iſta vocat, bella his agitata diebus
Maius ad hoc fuerint quædam preludia bellum.
H uc aures, huc verte oculos, huc omnia tranſfer
C onſilia: Europæ vires cogentur in vnum:
S armatici Reges, Cymbri, vetereſq́ꝫ Britanni
P annonij, & quot ſunt populi ſub Cæſare: Galli
H iſpaniq́ꝫ ruent: omnes tua ſigna ſequentur.
A udio iam lituos: audit iam claſſica Pontus/
T erraq́ꝫ: & armorum ſtrepitu tonat vndiq́ꝫ cœlum.
D um loquor extremis mundi mihi venit ab oris
F ama canens tali Chriſto inſpirante Iacobum
S cotorum regem ſe deuouiſſe labori:
V t Fabij quondam ſe deuouere trecenti.
A udio & Auguſtum ſimili pietate moueri
E t cupere in Turcos totas effundere vires.

A udio Franciſcum Romæ vexilla ferentem
G onzagam Franciſcum inq̄, qui regnat in armis
A uſonijs talem dudum ſperare paleſtram
B etbyca Fernandus domitis qui littora Mauris
A ſſeruit, libycas bellum tranſmiſit ad oras
C briſtigenis parcens: Getullica fulminat arua:
E t premit infidos Numidas: nec tempora perdit.
C ernis vt in bellum boc ſint inclinata tuorum
P ectora? ſe ſiſtunt nondum a precone vocati.
¶ H æc tria q̄ primum felici abſolueris aſtro,
A bſolues etenim ſi te collegeris: & ſi
S piritus ingenti tuus aſſurrexerit auſu/
V ertice frondoſo Quercus tua ſidera tanget:
E t feret æternum nomen ſublimior omni
A rbore/ & in totum ſua bracbia porriget orbem.
T empus erit quando propter tot fortiter acta
P oſteritas tibi ſacra ferent, & babeb[illegible] Diuum
P rimus apud populos: votiſq; vocaberis olim.
H ercule maior erit, maior tua gloria Baccbo,
M aior Alexandro, Romano Cæſare maior.
I ſti etenim q̄q̄ victritia ſigna per orbem
T ranſtulerint, tamen ad cultum mortalia corda
N on traxere Dei: nec pro pietate tulerunt
A rma: ſed in ventos tanti fluxere labores.
O vtinam me fata dies patiantur in illos
V iuere, & bos noſtræ gentis ſpectare triumpbos:
A tq; tuas noſtro complecti carmine laudes.
V iue igitur: nec te faciat ſocordia lentum
I mmemorēue tui. Præclara negocia ſecum
I mmortale ferunt Decus, æternamq; ſalutem:

F I N I S.

¶ FRATER BAPTISTAE MANTVANI CARMELIVAE THEOLOGI VITAE SVAE EPITOME AD POSTERITATEM.

O Bona poſteritas/quã poſt mea fata relin-
Quæ fuerit vitæ plege ſõma meæ (quo:
Iſtius accepi lucis primordia: quintus
In ſolio Petri quum Nicolaus erat.
Nũc in puppe ſedet: rector q nouꝰ ab illo ẽ
Iulius: & pacem doctus & arma ſenex.
A teneris colui muſas: mihi ſemper ad artes
Ingenuas calcar cura paterna fuit.
Propterea manes eius reuerenter adoro:
Et precis aſſiduæ ſedulitate iuuo.
Relligio placuit Iuueni: placuere Cuculli.
Vitaq́ʒ clauſtrali ſemiſepulta domo.
Cum patribus vixi: quibus a genitrice Tonãtis
Nomen: & Heliiæ ſub ditione fui.
Me virtutis amor multas perduxit ad vrbes:
Et ſophiæ varios fecit habere duces.
Plurima perlegi: didici/docuiq́ʒ: nec vllum
Dum licuit ſtudii tempus inane fuit.
Multiuagam Chriſto feci ſeruire poeſim
Et ſuperis vires ingeniumq́ʒ dedi.
Et mihi cura fuit noſtros extollere ritus:
Ac ſemper veteres extenuare deos:
Plurima conſcripſi: quæ ſi ventura probabunt
Sæcula: durabit nomen in orbe meum.
Nolo tamen meriti precium pro talibus iſtud
Maius amant animæ nobiliuſq́ʒ bonum

H æc eat: æterna modo ſit mihi gloria vitæ:
H umanæ titulo nil mihi laudis opus.
S æpe magiſtratus & publica munera geſſi:
V itaq; perpetuo facta labore fuit
S ed quotiens adij perplexa negocia: ſemper
Eximia iuuit me pietate Deus.
P er mare/per fluuios iui per ſaxa/per alpes/
M ortiferam peſtem/bella/famēq; tuli.
S ed ſuperi caſus mecum venere per omnes:
E t mihi ſe fidos exhibuere duces.
S ic precor vt vitam quæ me rexere per omnem
Proſpera ſint fini Numina ſancta meo.
A d ſenium veni/ſtadium vitale cucurri.
E t fero iam dudum pro pugione rudem
L iber ab hoc tandem mortali corpore vadam.
A d ſuperos: vel quo me deus ire volet.
I pſe mihi pater eſt: quocunq; vocauerit ibo
E t mala non ægra ſingula mente feram
M e tamen illius precor vt clemētia blande
S uſcipiat: ſceleri nec ſit acerba meo.
O populi pacem qui me coluiſtis habete:
E t pro me accenſis ſacrificate focis.
T u quoq; Carmeli montis Longeua propago
S piritui fac ſis officioſa meo.
C rebra ſacerdotes pro me libamina Chriſto
R eddite: & ad veniam ſollicitate Deum:

FINIS.

CHORVS PRIMVS.
EIVSDEM EXTRAGEDIA
QVE DICITVR ATILA
CHORVS PRI-
MVS.

E lites ſummo quibus eſt olympo
C Vera cum magni Genitore mundi
V ita in eternum:requieſcꝫ nullis
Santia curis.

N os quibus ſortem dedit inquietam
T riſte primorum facinus parentum
F er inhumanæ probibete gentis
Impietatem.

B ellicus noſtras furor it per vrbes
M arſcꝫ lorica radians ahena
E lleuat Cordis ſitibundus enſem
Sanguinolentum.

N ulla ſperatur requies in iſtis
C ladibus:peſtis magis iſta ſemper
C reſcit:& virus iaculatur omnes
Vndicꝫ per agros

I am diu noſter rigat arua ſanguis:
E t fere cœſos epulantur artus
A tcꝫ per lucos laniata portant
Exta volucres.

Inſolens campos populatus hoſtis
Abſtulit fruges: alimenta vitæ
Omnia in predam dedit: atq; paſſim
Regnat egeſtas.

Pallor obſcurus: macies & hauſtis
Viribus langor moribunda paſcens
Membra diſcurrunt: & vbiq; mortis
Errat imago.

Cernite ærumnas miſeramq; ſortem
Cælites: nec tot populos ſinatis
Amplius turbæ petulantis iſtos
Ferre tumultus.

EIVSDEM EX EADEM TRAGAE DIA ALTER CHORVS.

P Erditam gentem: ſtygiumq; vulgus
Cui deus venter/venus/& libido
Aeris/& fuluæ rabies monetæ
Quis ferat vnq̃:

Mitius nigro Rhadamantus orco
Imperat: nec tam truculenter vmbras
Vexat infernas: minus inquieta.
Fulminat ira.

CHORVS.

V enit externis furor hic ab oris:
E t velut grando per inane ventis
P ulſa Rhiphœis: pecus & virentes,
O bruit agros.

E t niſi ſummus Latio relicto
Ad padi ripas veniens Sacerdos]
A rma frenaſſet penitus ruebant
Oppida & vrbes.

P eſtilens iſtud genus & malignum
A eſtimat quicquid facit eſſe ſanctum
S eq; ait niti licite: & Tonantis
E ſſe flagellum.

I ſte tam largus fauor imputatur
C œlites vobis: odioſa gens hæc
B arbaros omnes: italoſq; in omni
Crimine vincit

C onteri noſtris potius flagellis
D ebuit tanto madidus veneno
H unnus: & noſtris violenter armis
Orbe fugari

ALTER.

Ergo iam tandem ſuperi precantum
Vocibus veſtras adbibete mentes:
Et ſupernates Phlegethonte ab iſto
Ducite ad auras.

Tempus eſt tantas prohibere clades/
Nam ſatis: ſi ſic voluiſtis vllum
Crimen vlciſci ſcelus expiatum eſt
Sanguine tanto.

FINIS.


FATORVM · IMPERIO ·
·S·
·B·
·GORGONIVS · HEROS·

¶BAPTISTAE MANTVANI CAR MELITAE THEOLOGI

AGELARIORVM LIBRI SEX. AD CONSAIVVM FER⸗ DINANDVM/AGE LARIVM DVCEM INVICTIS SIMVM.

O Mnia quæ volucri fugiēs vertigine mūdus
Circuit(ops ita res diſcriminat Auctor)
Accipiūt mortalē bitū/ſenſimꝙ fatiſcunt.
Hæc ea quæ a primo Cœli labentia motu
Tpa mēſurāt: & quæ ſua terminat ætas.
Si tamen inſpicias rerum incrementa nouarum
Tam validum dum creſcit opus/genus omne futurum
Immortale putes: & nil debere ſepulcbro.
Hinc fœtura recens ignara volatilis æui
Et ſpe elata cauas Plutonem extendere fauces
Non videt:ac vitam ad manes iter eſſe ſepultos.
Aſt vbi iam fortes ſobolem prouexit ad annos/
Ex templo mutata grauem Natura nouercam
Induit:atꝙ odijs prolem inſectatur adultam.
Deperit ex vultu roſeus decor.aſpera ſulcat
Ruga cutem.fuluo quondam coma concolor auro
Accipit inualidæ canos inſignæ ſenectæ.
Nec tamen eſt cunctis eadem mortalibus ætas.
Nam deus in lucem cum res produceret/æuum
Protulit & tempus.dedit immortalibus æuum

Ambroſia innectens illi caput: atq; Amarantho.
Occiduis tempus: diuiſum in ſæcula & annos/
In menſes fuſum atq; dies: quod imagine nunq̃
Cernitur integra: ſed pars abſcondita ſemper
Quæ ſequitur: quæ vero abijt/veſtigia tanq̃
Somnia quarũdam rerum peritura relinquit.
Et ſubiecta tribus fecit mortalia parcis.
Sunt quæ ſtare diu neget Atropos. iſta ſeuero
Mors atrox premit ingenio: raptimq; ſub vmbras
Corripiens elementa diu coheuntia ſoluit.
Id flores herbæq; docent/quas parturit æſtas/
Quas abradit hyems glacialibus aſpera ventis.
Sunt medium ſortita modum quæ mitia fata
Eſſe diu/pluresq; ſinunt ſe extendere in annos:
Quale genus fruticum: quale eſt pecudumq; boũmq;.
Et quæcunq; natant vada cæco abſcondita ponto.
Sunt quibus ætatis dederint longiſſima Parcæ
Tempora concordes: Qualis vita illa parentum
Ante maris primam illuuiem/cum ſeram propago
Mirabatur auos/& anus tot ſæcula natas:
Ceu veteris regna illa Nini/quæ protulit vxor
Longe vſq; ad fines armata ſemiramis Indos.
Vt Romæ imperium/quod adhuc licet imbecillum
Atq; exangue/manet: bis denaq; ſæcula vincit.
Diui immortales: Deus immortalis: & ipſum
Immortale Dei Cœlum domus/axe citatum
Perpetuo/æterniſq; polis ſine tempore fertur.
Progenies nonnullæ etiam tranſmittere ſemen
In longos potuere dies. rerumq; videre
Occaſus ortuſq; alios alioſq; ruinas
Regnorum/antiquas vrbes concedere fatis:
Ebullire alias. terrarum motibus amnes

Hos ceſſare/illos naſci/mutata profundi
Littora. Tanta ferunt æterno ſidera curſu.
Vſq; ſub infelix Maxenti Cæſaris æuum
Se tulit annorum locuples/ditiſſima vitæ
Gens antiqua Lagi/pharias dominata per vrbes.
Laomedonteæ ſoboles priameia gentis
Vſq; ad regna Titi longam extendiſſe ſenectam
Dicitur/& molem immenſam cumulaſſe Dierum.
Gens vetus Aeneadum finem ſortita Nerone
Ad ſtygios amnes & ad infima tartara pulſo
Fertur/vt excuſſa Lauri nemus aruit vmbra.
Vna ingens domus heroum Lacedæmone nata
Paſſa/iram fortunæ omnem/paſſa omnia cœli
Quæ ſunt cruda viris atq; inuida fortibus aſtra
Qualia quæ magnum Alcidem/quæ Bellerophontem
Aeſonidemq; Ithacæq; ducem tot caſibus actos
Attriuere diu/ſupereſt: & clara potenſq;
Floret adhuc miſſa Europam propagine in omnem.
Fundamenta illi ſic inconcuſa/pedemq;
Tam ſolidum magni ſtatuit Dominator olympi.
Me longæua virum recolentem ſæcula/& annos
Ac generis pene æterni longa inclyta fama
Tot decora/& titulos paucis memorare volentem
Tu rege/qui ſancto facis ac regis omnia nutu.
Summe Pater. Nec enim fas eſt ſine Numine talẽ
Ire viam/& ſulcare breui vaſta æquora cymba.
Et q̃q̃ valeant a te hæc aliena videri/
Vt pote quæ infami ſub relligione Deorum
Facta ſub inceſti Iouis infelicibus annis/
Tu tñ Auctor eras/moderans terrã/æquora/& aſtra.
More tuo/terriſq; ſinens illudere manes.
Nec labor oblitus laudum nouus iſte tuarum eſt.

N anq́ꝫ vbi tempus erit rebus miſcere profanis
S acra/tuum nunq̃ decus immortale ſilebo
N on ego Phœbeus Vates/nec delphica noui
L imina/nec tripodas/nec puluerulenta recepi
E x nigris reſponſa adytis.ſequor ipſe triformē
P ane litans vinoq́ꝫ Deum/cœloq́ꝫ Tonantem
Ad Chriſtum ſtygio muſas ab appolline duco.

S Parta vet⁊/terræ Pelopis pars magna,Laconū
Regia/quo quōdam famæ ſplēdore per orbem
Claruerit/neſcire nequit qui legerit acta
I nclyta græcorum/magnæq́ꝫ incendia Troiæ
A c res Thebanas: & clara Agamemnonis arma.
F ama refert Ageſilaum de ſanguine magni
H erculis in toto qui monſtra cobercuit orbe
D eriuatum/illic circunſtanteſq́ꝫ per oras
I mperium tenuiſſe olim.primoſq́ꝫ tumultus
S uſtinuiſſe ducum perſarum in græca ruentum
L ittora per Lelegas/halicarnaſſenſiaq́ꝫ arua.
I pſe etenim graios animo prudentia & ore
P ræcellebat/vti volucrum Regina Columbas:
V t Leo marmaricusreliquarum armenta ferarum
H uius regna armis opibuſq́ꝫ potentia longo
T empore/fortunæ tandē ſubuertere viſum eſt.
E t q̃ꝙ̃ alternis duplex regnaret in vrbe
F actio/ab Alcida tamen vtraq́ꝫ venerat vno:
Atq́ꝫ eodem geminæ exierant de ſanguine partes.
S ic cœptis inuenta via eſt.Rex inclytus armis
A ntigonus poſt magni obitum macedonica adeptus
S eptra graues iras contra lacedæmona claram
E t galatas ſumptis bellando exercuit armis.
S partanis infenſus erat ¶ Quia gloria ſemper.
I nuidioſa malas mentes & liuida acerbat

Corda hominum/quibus eſt virtus aliena flagellum.
At galatis/quia precipiti temeraria nixu
Auſa erat Emathios ea gens incurrere fines.
Contriuitq; vtrumq; genus. Qui cladibus illis
Functi euaſerunt/ ſedes mutare coacti
E patrio fugere ſolo freta lata ſecantes
Per Libiœ fines per regna aſiatica fuſi
Vt fortuna tulit/ventoq; obnoxia Tethys.
Tunc ageſilai duplex de gente propago
Spartanas curabat opes/& regna/Cleomnes
Et Leonicus:ab his & pax & bella duobus
Pendebat.maior natu capta vrbe Cleomnes
Fugit in œgyptum mortẽq; incurrit acerbam:
Sicut & oppreſſus fato pompeius iniquo.
Alter vt auſoniam peteret ſua garbaſa ad eurum
Soluit agens profugos peregrina in littora Ciues.
Nam pleriq; viri captœ ex primoribus vrbis
Ellegere pati potius cum principe iuſto
Exilium/q̃ turpe iugum tolerare ſub hoſte.
Vixq; Coryntbiaco claſſis depulſa Lechœo
Cœperat ire viam/cum lapſa per œquora Cymba
Iittore ab œtolo magnis clamoribus orat
Reliquias macedum gallos qui rura tenebant
Proxima littoribus recipi/latumq; per œquor
Transferri quocunq; velint ſors numina & aſtra.
Mox igitur caſus moti paritate Lacones
Frenarunt claſſem/miſſaq; ad littora pupe
Accipiunt miſeros:iterũq; prioribus euris
Garbaſa dant.& iam claſſis curſu acta ſecundo
Tranſierat patras vicinaq; rura Triunti:
Tunc acies vertens ad Chaonis arua Nicanor
Vt nitidos montes & ſumma Ceraunia vidit

N ullas ferre iugis nubes/gaudete Lacones
P rotinus exclamat ſine tempeſtate ſilebunt
A equora/feliciq́ diu gaudebimus aura.
H ic puer ad Perſas Sparta tranſlatus & Indos
V t ſua fata ferunt homines/arcana magorum
E didicit: factus mantes non aera ſolum
N ouerat: aſt linguas etiam Diuum/atq́ volantum:
Q ualis Tireſias/qualis fuit Amphiaraus:
C ecropijs autem Polemon verſatus Athenis
I nter Socraticos & rura academica cernens
A equoreos fluctus placido geſtire ſub Euro
E t quodam veluti claudo proſerpere greſſu:
E cce ait o Comites Salis inconſtantia ſortem
H umanam fert ante oculos: vt pellitur vnda
S uccedente prior: nec habent freta lubrica pacem:
S ic labor extemplo ſequitur ſine fine laborem,
N ullaq́ luctificis tranſit ſine caſibus ætas.
S ic ait: Inuitati iſtis Galluſq́, Laconq́
P ræloquijs ora in varias ſoluere loquellas.
P roſperitas maris/& cœli/rerumq́ nouarum
Q uas volucri via curſu aperit/ſpectacula mœſtos
E xhilarant animos: memorant genus Aeacidarum
H is ſolitum regnare agris: Heleniq́ receptos
H ic Comites olim poſt victæ incendia Troiæ:
A ndromaches narrant populis feciſſe moloſſis
N omina progeniem: dodoneaſq́ columbas/
Q uæ hoſpitibus reſponſa ferant: quercuſq́ loquentes.
T um ſic herculeus fari Leonicus/& omnes
I ncipit hortari ſocios: ac talibus infit.
O comites cum vos animum ſubit eſſe Lacones
A c ſpartæ genitos: vbi fert ingentia Virtus
C orda ipſis etiam Nuribus/contemnere Caſus

Vos reor aduerſos:atq̃ infortunia ferre
Fortiter:inuictiſq̃ animis/ac more parentum:
Dulce tamen quid ſors alijs quoq̃ gentibus olim
Attulerit meminiſſe:nouum ne forte putemus
Quod fortuna viros peregrinum inuiſere mundum
Magnanimos adigat:vetus atq̃ ab origine rerum
Quando recens hominum tellus animata recepit
Effigiem primum/ſors hæc peruenit in orbem.
Nanq̃ aliæ ex alijs gentes regionibus ibant
Quo ſua fata dabant.Nati ſub montibus altis
Armeniæ:Nam rura homines habitaſſe feruntur
Illa prius/Nili ad ripas/ad Cyniphis amnem
Ad vada Meandri/prope Thermodonta locabant
In nuda tellure larem/circũq̃ ferebant
Pignora cõnixæ ſitienti in puluere matres.
Nulli certa domus.patria in tellure ſepulchrum
Nataliue ſolo nullis erat:vltima ſemper
Cura ſepulturæ/cum mors incumberet ori.
Maxima terrarum pars deſolata/nec vlla
Manſuefacta manu/ſola atq̃ ignota fuiſſet/
Ni ſoboles hic orta alias migraſſet in oras.
Præſertim poſtq̃ montes abſorbuit altos
Antiquo pelagus ſub Deucalione profuſum:
Siue ſub Ogigo/qua tempeſtate marinos
Latius extendit fluctus neptunia doris.
Tum ſobolis partem mox vt veniſſet ad annos
Pubis/vt implerent terras & inania rura/
Mittebant noua quæſitum ſibi regna parentes.
Tum ratibus tentare fretum/perdiſcere ventos
Obſeruare polum/ſtellis imponere nomen/
Exiliumq̃ pati genus eſt mortale coactum.
Conditio cõis ea eſt:non naſcimur vni

A ut ſparte/aut Aſinæ.terrarum naſcimur orbi.
T errigenæq́ ſumus:tellus patria omnibus vna eſt.
T hebani venere Tyro.Sidone profecta eſt
I n Libyam Dido.Solymos Babylonia miſit.
M aſſilij phocenſe genus:Quibus aſpera Piſæ
E llidene:eſt alijs melior fortuna ſub aſtris.
A t quia vicini ſaltus/vbi fama volucres
E ſſe Ioui ſacras/ſcitari oracula ſanctum:
E t nobis fatale ſolum patriamq́ futuram
D iſcere:flectendos Epiri ad littora curſus
C enſeo/& a magnis ſumenda exordia diuis.
H is dictis animati omnes.clauumq́ magiſtro
I nflectente latus leni ratis obijcit Euro:
E t qua tuta vadis via/terræ allabitur altis.
P one legunt aliæ puppes:proriſq́ teguntur
L ittora.Continuo Galatæ & ſpartana Iuuentus
P ræcipido in ſteriles ſaltu effunduntur harenas.
P rotogenes/cui longa quidem ſi videris annos/
F irma tamen nec adhuc vires oblita ſenectus/
V nus erat Comitum/miles bonus ore manuq́.
I pſe locos omnis quondam luſtrauerat:ipſe
V iderat & Tomaron:Tomaron cui viſcera lymphis
H umida perpetuis/& fontibus inclyta centum.
S æpius acceptum bella inter perſica ſortes
V enerat huc patria Orator Lacedæmone miſſus.
H oc duce cum paucis rupem Leonicus in altam
S candit:vt in ſummos æquata cacumina cœlo
E uaſere apices/oculis legit æquora longe
V erſus ad auroram patrias qua liquerat oras.
E t q̄q̄ Exilium Virtus heroica grandi
M ente ferat/pietas tamen intima pectora pulſat.
T erram animo voluunt bimares quæ tendit in vndas

P erſimilem folio Platani caua littora propter
E t ſæpe in ſe ſe ſinubus redeuntia crebris.
Q uo nequeunt oculorum acies attingere/pergunt
V ota virum/ſpectantq́ animis ardentibus omnem
S partam/vrbeſq́ alias.recolunt caput Acrocoryntbi
C yllenen/& Partbenium/longeq́ Maleam
I n freta currentem/Scyllæ de nomine dictum
S cyllæum/qua fama refert ad limina Ditis
E ſſe per antra viam nigros adeuntia manes.
H irminæ meminere iugum/meminere propinquum
T aygetum ſpartæ/cuius pendentia in vrbem
S axa ferunt olim grandem traxiſſe ruinam.
O mnia luminibus quaſi ſint ſubiecta/tuentur
M ente loca: & notæ cœlum regionis adorant.
S ic ergo affectis patriæ dulcedine terræ
O ra madent fletu:ſurgunt ſuſpiria ab altis
P ectoribus/patriāq́ iterumq́ iterumq́ ſalutant.
M ox iter vmbroſam in vallem declinat opacum
P er nemus ilicibus denſum/perq́ inuia luſtra.
I am ſubeunt Quercus ſyluam Iouis: Vnde volucres
R eſpondere ſolent:Hæc ſunt quæ quærimus inquit
P rotogenes nemora/& magno loca ſacra Tonanti.
O mnes extemplo ſacris proni oſcula figunt
Q uercubus:& voce bac Numen Leonicus adorat.
I upiter omnipotens quo Cœli ſidera nullum
N umen babent melius:tanta infortunia poſtq̄
F erre iubes:& vis aliena in regna Lacones
I re tuos:æqua exilium mente omne feremus:
S ed tamen extorrum miſerere precamur/& oras
Q uo nos fata vocant profugis oſtende:viamq́
D a facilem:da ſancte Pater:tua ſola ſequemur
A uguria/& qua nos dederis conſiſtere terra

Templa æterna tibi/& ſolennia ſacra dicabo/
Sæcula quæ noſtri ſeruent in longa nepotes.
Huc ades:inq; auium ſanctas illabere mentes.
Sic ait:Ecce fragor volucrum per mane volantum
Ingruit/alarum plauſu ſtrepit aura:ſubintrant
Iam nemus:& vox hæc per lucum audita ſilentem.
Magnanimi Ciues Pelopis ſaluete Lacones/
Tuq; nepos noſtri Alcidæ Leonice Deorum
Progenies:patrio q̃q̃ de littore pulſi/
Non tamen inuiſi ſuperis.tibi fata ſecundum
Dant iter ad gallos:Galatas ibi ſiſtere mando
Et patrio reſidere ſolo:tranſire Pyrenem
Heſperiam cum gente tua te ſidera cogunt:
Vade alacris:ſtatues illis regionibus vrbem
Haud minimam:tua poſteritas fœcunda virorum
Viſura Oceani fluctus/viſura Britannos/
Viſura Italiam:magnæq; ſimillima viti
Radices miſſura procul ramoſq; comantes
Nomen aui referet:vulgoq; vocabitur olim
Semen Agellarium/cognomina clara per omnem
Heſperiam/qua fuluo vndam Tagus inficit auro/
Clara per Italiam:Gallos domitura/Calabros
Defenſura lares/& regna Neapolis olim.
Ite/& fatales dextro Ioue quærite terras.
Hæc vbi dicta/refert grates Leonicus:& ore
Ad volucrum voces & opacæ culmina ſyluæ
Verſo ait:O magnum ſacra quod in alite Numen
Audio:iam nullum nobis ammiſſa dolorem
Sparta feret/quando tua ſumma potentia certam
Spondet opem.Quicquid dederis/Lacedæmone nobis
Maius erit/melior nobis mille vrbibus vnus
Iupiter.o profugam Genitor ne deſere gentem.

Hæc ait: atq; viam carpunt ad littora læti
Atq; alacres: ſocioſq; docent oracula Diuum.
Mox ſumptis de more epulis ducentia noctem
Sidera languenti preſſerunt lumina ſomno.
Lucifero ſurgente dies albeſcere ab ortu
Cœperat/ & clauſo Boreas ſucceſſerat Euro.
Se accingunt operi Nautæ/ & concorditer omnes
Vela trahunt/ faciuntq; pedem. Nauarchus Ariſto
Neptunum & ventos & ſidera doctus in alta
Puppe ſedens inter Lilybæum & punica regna
Vertit iter: fluctuſq; equitant Aquilone ſereno.
Ecce procul quantum ſe acies extendere poſſunt
Igneus apparet per prima crepuſcula candor
Flāmicomūq; iubar. Proceres ad lumina verſi
Plurima coniectant: ſunt qui lunam eſſe cadentem
Cornua quæ nondum duodeno impleuerat ortu/
Sunt qui fatidico dirum fulgore Cometam
Affirment: ignes alij magis eſſe putabant
Quos ſolet ad caulas vigilans accendere paſtor.
Talibus attentas adhibens ſermonibus aures
Vt tandem inualido vidit contendere nixu/
Illi ignes Nauarchus ait Dux magne Laconum
Qui procul ad dextram rutilant in nubibus/ Aetna eſt.
Aetna dies nocteſq; ardens. Spectacula pontus
Nulla magis miranda offert: in finibus ingens
Mons ſiculis apicem leuat vſq; ad ſidera: & intus
Aeternum ex imis voluit fornacibus ignem.
Illinc ad ſtygios amnes ad tartara fama eſt.
Ire vias: illic manes audire fatentur
Indigenæ/ rapta eſt illinc Proſerpina ad orcum.
Hic Erycem veſter Genitor Tirinthius olim
Strauit. Eryx erat immani graue corpore monſtrum

S trauit: & Herculeam/famæ ſi credimus/vrbem
C ondidit: vt regnum hic domus heraclæa teneret.
N ec ſolum hæc ſiculis inſunt miracula terris:
I llic Cyclopas quoſdam genus ore tremendum
V noculo/Cædis ſitibunda animalia noſtræ/
I nueniſſe olim profugus narratur olyſſes.
H i niſi membra ferant atra & procera/ gigantum
M ore/ſati inter griphes erant ſcythicos arimaſpi.
S unt quoq; qui memorent vſtos Iouis igne gigantes
I llic viuere adhuc/& ſub tellure ſepultos
C um tentant mutare latus/iuga & arua mouere:
C um ſpirare volunt/ignes accendere in Etna.
E ſt breue quod ſiculos Rhegynaq; littora partit
A equor in anguſtas fuſum magno agmine fauces/
S ed graue naufragijs/monſtriſq; infame duobus.
I llinc ſcylla canum latratu infeſta carinas
C orripit in cautes/merſaſq; ſub æquore rurſum
E uomit: at procul eiectas aduerſa Charybdis
S i maris expirat fluctus/longe eijcit inter
L uctantum fremitum vndarum: ſi glutit aperto
O re fretum/ſorbet: vaſtæq; voraginis antro
C laudit: & integras rapit vſq; in tartara puppes.
T erritus audito terræq; mariſq; periclo
H eu fugito Chærippus ait/tam horrenda magiſter
M onſtra precor: procul a ſiculo preme littore clauum.
D ij læui/maneſq; mali regna impia perdant.
A ltior in ſextam iam ſol peruenerat horam/
P rorupit cum verba iocans in talia Ductor.
O Comites fama eſt ſuperos accumbere menſis/
E t curare dapes: & nunc Ganimede miniſtro
P ocula quæ quondam iunonia miſcuit hebæ
E xhaurire Iouem/& cœtu gaudere frequenti.

Nos quoq; mortales fas eſt exempla Deorum.
Magna ſequi & poſitis ire in conuiuia menſis.
Sic ait. Extemplo famuli penus omne per altas
Expediunt puppes: fuſiq; in murice & auro
Se exhilarant fuſo nautas nidore per omnes.
Nec tamen interea ſiſtunt iter: æquora prora
Scindit: & aura ſinus onerans facit ocia Nautis.
Leucadiæ ex oculis rupes abit: actia ſaxa
Diffugiunt: templa in nebulis ſua condit Apollo.
Trans Adriæ vaſta ora volant: fugiuntq; vadoſis
Infamē ſaſona locis vicina Pachyno
Aequora velificant. monti cognomina cœlum
Pingue dedit/denſaq; grauis calligine nubes.
Apparent Libyæ montes ceu nubila quædam
Plumbea. Nauarchus famoſa pericula ſyrtes
Signat/& archadica dictos a Virgine campos.
Hanc graio genitore fatam narratur Apollo
Compreſſiſſe prius/mox alta in nubila raptam
Trans mare vectaſſe: & ſtatuiſſe in montibus illis:
Monſtrat & antiquas aras/quas fama philenos
Conſtruxiſſe refert inter confinia fratres.
Gallorum dux Celtus erat procerus. eburna
Cæſarie latos humeros vmbrabat/& ora
Candida/quem blandis affari vocibus orſus
Eudamidum princeps grais aſtantibus inquit:
Maxime Gallorum ductor/quem fata peracto
Exilio ad patrios cogunt remeare penates/
Scire velim/niſi lugubres euoluere caſus
Mens refugit/quæ ſors/etenim ſors omnia verſat,
Vos tulit ad graios/& tam longinqua coegit
Arma pati/ac latum profugos errare per orbem:
Num victi bellorum aliquo fortaſſe tumultu

V t quoq; nos/tam multiplices migraſtis ad oras?
S ic Laco. Tum Cœtu preſtante ſilentia toto
G allus ait: Cauſamq; fugæ tali incobat orſu.
H erculeæ gentis decus & ſpes alta Laconum
D ulce mihi quæcunq; iubes/non dicere tantum
V erum etiam facere atq; pati. Nam ſic tua virtus
M axima de nobis merita: & de ſtirpe nepotum eſt.
H i noſtri err ores noſtra hæc tam longa per orbem
E xilia a nullo ducunt exordia bello.
P ax magis in cauſa eſt adeo fœcunda malorum
V ita hominum/vt fiant non ſolum triſtia & atra
V erum etiam quæ ſunt bona preſtantiſſima nobis
N oxia/& euentu ſint pernicioſa maligno.
N am dum pace omnis fruitur late vndiq; tellus
G allica/tanta hominum ſoboles increuit/vt arua
C onſita & aſſiduis cultorum exercita aratris
P aſcere vix poſſent teneros cum matribus annos.
P roptereа populis ſimul in commune vocatis
C oncilium miſſæ ſortes: diuiſq; litatum
O mnibus/& terga icta notis humana cruentis:
C onſultæ volucres/exta explorata per aras.
E t demum ex laribus patrijs emiſſa trecenta
M illia trans alpes/italoſq; infuſa per agros:
A rua q illius magis eſſe feracia gentis
A udierant Brumæq; minus ſubiecta rigenti.
C ongeries ea tanta virum/quia nulla per vnam
C opia ſat poterat magnis dare ſumptibus oram/
I n partes diuiſa duas/pars vna per Vmbros.
A tq; per Etruſcos Tbyberim gentemq; latinam
V erſus iens circum ſedit magno agmine Romam.
R egibus exactis ſolas pro principe leges
E t Conſulta patrum liber Romanus habebat.

Fortibus hic bellatum armis/neu ſingula narrem/
Sola domus ſeruata Iouis. Capitolia molem.
Immenſam appellant Tarpea in rupe ſedentem.
Incendere vrbem Galli/ſpolioq; potitos
(Sic alterna homines ludit fortuna) Camillus
Aggrediens prædam/captiuaq; ſigna recepit.
Illi autem victi atq; inopes petiere Sicanum
Littus/& iſtorum pollens Dionyſius armis
Ante fugam multa eſt terris molitus & alto.
Altera ad Illyricos iter oſtendente volucrum.
Augurio (nanq; augurijs gens dedita Galli)
Perueniens grandi armorum certamine victis
Pannonijs Iſtri gelidum conſedit ad amnem.
Aſt ocij impatiens pubes durata ſub armis
In duo caſtra iterum/tanq̃ duo concita ventis
Nubila tempeſtatem atram voluentia cœlo
Mox abiens petijt Rhodopen/per thracia rura
Debacchata diu nil non molita malorum eſt.
Brennus ad Aegeum ducens mare littora longe
Attica/& arua graui exitio vaſtauit & vrbes.
Belgius Aemathiam penetrans/cui ſolis ad ortum eſt
Thracia/ad occaſum Veneto contermina ponto
Illyris/ad Boream Neſtus/pangæaq; rura
Peoniumq; ſolum. Peneus olympus ad Auſtrum:
Sæuijt omne ſolum ferro populatus & igni.
Quæ domuit terras/Aſiam quæ vicit ad Indos
Vſq;/iacet tellus Gallorum afflicta furenti
Turbine. ¶ Sic hominum ſpes lubrica/& irrita vota:
Fortunæ inſtabili ſic eſt rota mobilis axe.
Sors Brenno blandita prius mutata repente.
Audierat Delphis Phœbi illa ĩmania templa
Immenſis fœta eſſe opibus: qua Græcia & omnes

Europæq́ Aſiæq́ vrbes ad Apollinis antrum
Contulerant. Nam maieſtas Phœni illius ingens.
Auro igitur captus ſacræq́ libidine predæ
Caſtra mouet. Dumq́ infauſto nimis impius auſu
Nititur in montem/rupes parnaſia grandi
(Heu demens cui vile poteſt genus eſſe Deorum)
Mugitu inſonuit late. & conuulſa ruinam
Caſtra ſuper dedit ingentem/qua multa Virorum
Millia/& ipſe ferox Brennus ſub molibus altis
Saxorum contrita animas egere nocentes.
Relliquiæ Gallorum omnes in caſtra coactæ
Vna iterum facta fugere per æquora claſſæ
Ad Phrygias/ac demum concordi fœdere iunctæ
Mygdoniæ Regi metam inuenere viarum:
Erroriq́ modum poſuere in finibus illis:
Hi ſunt quos vulgus Galatas vocat: aſpera bello.
Progenies/ſtricto genus implacabile ferro.
Pars cui Pannoniæ ceſſit cuſtodia/regno
Neſcio cur niſi q fatis impellimur/vltro
Neglecto in turmas cobit/atq́ ambagibus acta
Multiuijs duce me vicit Triballica regna.
Portio parua tamen renuens veſtigia ferre
Longius/ad ripas Iſtri tentoria fixit:
Conſtituenſq́ lares inter duo flumina ſeſe
Cordiſcam æterno dixit cognomine gentem.
Venimus Aemathiam tandem: bellumq́ inituri
Conſulimus Diuos. Cædem maleſauſta cruentam
Exta canunt. Diuorum iras ita poſſe putantes
Placari/extemplo noſtrorum in vulnera verſi
Cædimus infantes, primos vlciſcimur annos.
Sic noſtri aduerſo deluſi a Dæmone ſenſus
Poſt immane ſcelus pugnam exordimur atrocem.

Antigonus Victor. Pauci quos Iupiter illo
Traxit ab excidio/ferimur circum omnia dudum
Arua vagi vim graiorum inſidiaſq; timentes/
Omnibus inuiſi mortalibus. omnium egeni
Dardanios montes Aepyriq; inuia luſtra/
Theſſalicos ſaltus habitauimus: antra ferarum
Pro lare: pro baccho fontes: Syluestria poma
Pro dape: nudi hyemes extremaq; frigora paſſi.
Vt vos auditum eſt claſſem vſurpaſſe Lechœam:
Neſcio quis noſtras mentes Deus impulit/omnes
Littus ad Aetolum confluximus agmine facto:
Vt tua conſpecta eſt claſſis/tuaq; agnita ſigna
Miſimus oratum veniam. prima iſta reluxit
Spes miſeris. Tua nos longis Clementia tandem
Liberat ærumnis & ab imo educit auerno.
Has animas tibi debemus: vitalibus auris
Quod fruimur: tanti nobis tu muneris Autor.
In patriam duce te ferimur: quam ſi (bona faxint
Numina) fas fuerit curſu contigere/grates
Soluendæ tibi pro patriæ/pro munere vitæ.
Hæc vbi ſpumantis pelagi recitata per vndas
Democrates Spartæ teneris nutritus ab annis
Mox ad Cecropias cum iam pubeſceret/arces
Miſſus/& Aſtriloqui ſtellas edoctus Arati
Incipit effari. Siculæ preſentia terræ.
O Comites annos veteres priſcoſq; reducit
Ad mentem annales eius de nomine gentis:
Deq; loci fortuna huius: quam euoluere paucis
Expedit/vt ſegnes abeant cum tempore Curæ.
Nautica poſtremis hæc ſint bellaria menſis.
Vltima pars orbis terrarum Hiſpania noſtro
Cincta mari verſum mauros/verſumq; Britannos

O ceano immenſo/vicina cadentibus aſtris
V t fama eſt/odijs quondam ciuilibus arſit:
A tq; diu rixis capitalibus (omnia nanq;
S æcula/& ætates quædam mala ſidera paſſæ)
A fflicta indigenas Sicoris qui rura colebant
T urbidus admixto ſicoris qui labitur auro/
E git in exilium: patrios mutare penates
C ompulſos longoq; maris vada verrere curſu
I n latium tandem Zephyris venere ſecundis.
I nde ab originibus pulſis tenuere latinos
C ampanoſq; lares. longe lateq; vagati/
V t generi humano dominandi innata libido
A c ſors læta tulit. Verum mutata repente
M ore ſuo res in melius fortuna latinas
R ettulit: & Tyberis contra hoſtem armatus Iberum
V endicat ammiſſas pulſis raptoribus vrbes.
H eſperij rurſum tanq̃ ſua regna carinas
I ngreſſi legere diu freta/nunc Aquilone/
N unc Auſtro illuſi/tandem tenuere ſicanum
L ittus. & audentes animis bella altera contra
T rinacriam Cœlo/ac diuis geſſere ſecundis.
N anq; breui rebus ſiculis regnoq; potiti
A patrio ſicori nomen fecere ſicanum.
T rinacriæ: quam nos graio de more vocamus
S iceliam: manſitq; datum per ſæcula nomen.
T alia de ſiculis/ſiculis ſpartanus in vndis.
I am quater occaſum Titan quater egerat ortum/
C um freta ſicaniæ ſinuoſaq; littora tandem
A egreſſis mare Tyrrhenum vaſta æquora pandit.
D etegitur latus Italiæ, quod reſpicit Auſtros/
S iue quod a prima ſextam decurrit in horam.
E t pars illa prius/quæ quondam Græcia maior.

D icta:peregrinis gaudent ſua nomina terris
I nueniſſe:optantq; illud luſtrare Lacones
L ittus: & hinc latices cereremq; & cætera longe
O pportuna viæ petere atq; agnoſcere mores
G entis/& antiquas græci cognominis vrbes.
E rgo aliud radunt ſiculum latus/alta ferente
V ela Notho: Sed poſt paulo redeuntibus Euris
M utauere viam vento parere coacti:
V entus enim pelagi dominator, & imperat vndis.
A eoliam ſubeunt: & qua ſtatione reſedit
T roius Aeneas quærens Lauinia regna,
V ela legunt, proramq; adigunt, vbi concaua vernant
L ittora myrtetis, Lauroq; vmbroſa virenti.
H ic magno armari rurſum molimine Romam
A uditum aduerſus Ligures, gentemq; liburnam,
A duerſum Inſubres genus intrectabile gallos.
S ic cecidit cura Italiam ſtudiumq; videndi.
S ed gelidum nemus ingreſſi videre per herbam
P aſcere ſylueſtres Capreas, & magna ferarum
A gmina turmatim per opaca ſilentia ſaltus
T endere neſcio quo ſeruant: tacitiq; ſequuntur.
F ons erat introrſum ſyluis abſconditus altis
F ons gelidæ fœcundus aquæ, quo tendere potum
O mnibus ex ſyluis ſitibunda armenta ſolebant.
D orcades ex altis demiſſæ montibus, Vrſi
O re truces, cilioſus Aper, Dāmæq; fugaces,
F identes pedibus lepores: & tergore Lynces
V erſicolore, leuis ſurgenſq; in cornua Ceruus.
Q uotq; ſub vmbroſo ſtabulant pecuaria ſaltu.
M ittitur ad naues, ſocijs qui nunciet amplam
O fferri (mox arma ferant venatica) prædam.
E xtemplo accinctus pharetra Leonicus & arcu

E micat/& Comites ſumptis iuueniliter armis
S altu agiles/auſi plantis preuertere/Quando
R aptorem inſequitur redimenda ad pignora Tigrim:
P arua loquor:mens eſt hor eam peruertere & Auſtrũ
L æti alacres/venandi/auidi pernicibus omnes
A ſſimiles Pardis: longam perteſa quietem
Viuida vis cupit ex membris arcere Veternum.
C ontinuo ſocios quaſi longa indagine tendat
R etia/partitur geminas Leonicus in alas
D extrum Celtus agit Cornu:tenet ipſe ſiniſtrum:
S ignaq; decernens quando duo Cornua in vnum
S e reuocent clauſura feras/per frigida greſſum
F ert condenſa leuem:cunctiſq; ſilentibus intrat.
N il canibus/nil caſſe opus eſt.❡Animoſa Iuuentus
C onſcia virtutis fidit ſibi/& acriter audet:
A t pecus herboſo paſcens in margine fontis
A udito a longe ſtrepitu:ceruice leuata
S tat pauidis ſuſpenſum animis/& lumina figit
S uſpicio/ac rectas in frontem porrigit aures.
D ux Eurotæus cum iam pecus autumat alis
C oncluſum/lituo clangi iubet. Ocyus agmen
F unditur in circum rediens.armenta repente
H uc illuc trepidanter eunt: virgulta fragorem
V i ſubita comploſa cient.Caua ſpiritus implet
C ornua:ſylua graui late intonat vndiq; bombo.
Q uo fugiat pecus hac tam atroci indagine clauſum
N eſcit/it in gyrum preceps/latebraſq; ſubintrat
I nſequitur iaculorum imber:cretenſia nerui
T ela fugant/& luſtra rubis defenſa ſagittam.
E xhaurit pharetras lætus furor: omnia verſis
I n varias cædes volitant mucronibus arma,
Q uo nequeunt acies/penetrant haſtilia/& arcus

S pe elati ſatagunt omnes/imbellia nulli
B racbia/certatim ſaliunt in vulnera cœcum
P er nemus/in dumeta ruunt/ ac ſentibus ora
O buia dant/ſequitur ſtrages ignota ferarum
F it minor in campis ſtrepitus/cum fulminat agros
G randine Ripbeus boreas & turbidus Auſter.
L audis amor vires acuit/furit æmula virtus/
E t loca quiſq; ſubit magis inuia:plurima ſaltus
F ortia facta operit:nam quis magis acriter auſit
I nuida ſylua oculos inbibens ſciri atq; notari
N on patitur/ſperatus bonos iraſcitur vmbris.
S citur ab euentu virtus:vt iam ſatis actum
E x feruore operis ratus eſt Leonicus in vnum
C aſtra vocans poſitis pacem denunciat armis.
T um predam cenſere iubet:per cornua denſis
E xpediunt dumis immani corpore ceruos
Q uattuor:bærebant perfoſſo baſtilia tergo
H irſutas iaculis Dāmas pendentibus octo
S emineces:& adbuc ſpiranti gutture ſeptem
D orcadas/ac totidem lepores.cum pignore bino
F œtam Vrſam rabido mādentem ſpicula morſu:
E t trabere annixam manibus de vulnere ferrum.
T ris quoq; producunt verſuta animalia vulpes:
A c Lyncem maculis inſignem pluribus.Aprum
T erribilem/quem congreſſu Leonicus aperto
F ixerat:baſtilis manſit quæ in pectore partem
A gnouere omnes:ſic facti proditus autor.
S ic data palma Duci.Iuuenes Agis/Arcbidamuſq;
E udamidas/Aliiq; ſimul Galli atq; lacones
P erfuſi ſudore artus ignem ore ferentes
P er dumos ammiſſa legunt venabula/& arcus
E xonerant neruis/& cædem in gramine tergunt.

Mox humeris predam inuoluunt/ claſſemq́ petentes
Syluanum & Dryades venatricéq́ Dianam
Archemorumq́ canunt celebrem nemeæa per arua.
Interea Oceano Titam vicinus Ibero
Cœperat inclinare diem: locupletibus ergo
Cum ſpolijs & onuſti omnes ad littora tendunt.
Partem epulis cœnæq́ parant: & tergora in vtres
Diripiunt: partem predæ ſale condit Aceſtes
Præfectus penori: ſtratiſq́ in littore menſis
Exhilarati omnes pinguem abſumpſere ferinam.
Altera lux terræ humentem conuerterat vmbram
Subter aquas pelagi: placidum mare vela recuſat.
Aeolus æoliam ventos aſciuerat omnes
Et freta tranquillo ſtabant æquiſſima tergo.
Inſurgunt igitur remis: tyrrhenaq́ frangunt
Aequora/ protractis ad pectora nuda lacertis
Mille vident arces in collibus/ oppida mille
In freta proijciunt turres/ & imaginis vmbram
Illudentem oculis. citroſa videtur Amalphis/
Palladis/ & bacchi domus inclyta. mille colores
Arua ferunt: ibi ceruleum ver purpureũq́
Semper: & hybernis ignota rigoribus ora
Semper olet: Venus & Nymphæ per roſida ludunt
Prata/ Ceres grauibus Culmos inclinat hariſtis/
Et centena animat pingues in fœnora ſulcos.
Turba ſalax Satyri Dryades per opaca ſequuntur
Laurorum nemora/ & myrteta ſilentia furtis
Apta volant acti circum curſu atq́ recurſu
Per virgulta ſonant volucres. Philomena perenni
Carmine: nec canis Icarij mala ſidera ſentit/
Nec timet hybernæ glacialia frigora brummæ.
Scindit iter claſſis: ventoq́ impulſa retortos

Ad Capreas abigit fluctus, ſpummamq́ natantem.
Iam procul Eneæ Nutrix/procul albicat Anxur.
Et Cyrcæus apex/ſinuoſa Neapolis vndis
Vapulat æquorea: fumos attollit Auernus
Sulfureaſq́ vomit nubes, Confuſa Veſeuus
Vitifer eructat nebulis incendia nigris.
Euboicas fauces, Baiani littoris oram
Prætereunt Cupidi patrias cognoſcere Amyclas.
Quas fama eſt dum forte nefas animantia cædi
More putant ſamio/nocuas ſeruaſſe paludes/
Et periiſſe/vrbem diro inuadente veneno.
Thybridis ora vident/radunt loca proxima romæ:
Miranturq́ nouas arces ſuper Hoſtia nuper
Extructas/& littoream cum mœnibus vrbem
Turrigeris/Autor fuerat cui belliger Ancus.
Iam dudum ingeniis/& maieſtate locorum
Democrates motus Diuum ſate ſanguine dixit
Spartanæq́ ſalus ac ſpes ampliſſima gentis
His quoq́ noſtrorum ſuperant monumenta parentum
Magna locis. ¶ Et enim (verſant ſic omnia ſeu ſors
Seu Diui/ſiue æternis Cœlum ignibus ardens)
Littore ab arcadico ſoluens Euander ad oras
Appulit has quondam: poſuitq́ in collibus arcem
Quos modo fama refert intra ſua mœnia Romam
Claudere & amplecti. mater Carmenta Sacerdos
Et Vates Phœbea fuit: ferturq́ latinis
Ingenuas artes ac prima elementa dediſſe.
Rex fuit Arcadiæ Pallas Nicoſtrata coniunx/
Filius Euander/qui ſeditione coactus
Hos annare locos/genuit Pallanta ſecundum
More hominum tali renouans in pignore patrem
Nomine/& exemplum perhibens imitabile nato.

Quæ carmenta fuit/fuit & Nicoſtrata duplex
Vni nomen erat. Turnus Pallanta ſecundum
Acriſioneæ Danaes a ſanguine Turnus
Suſtulit: & Turnum Enæas. Lauinia virgo
Cauſa mali. Nam dum Enæas & Turnus ad vnum
Connubium aſpirant/poſt longa atq; aſpera bella
(Sic amor eludit mentes) iniere duellum.
Prætulit Enæam mater Venus atq; Deorum
Concilium: fuit Eneæ tamen addita Iuno.
Vna ſed in Cœtu poterat quid fœmina tanto
Cælituum? Cauſati omnes ſic voluere fota.
Ac ſi fata Deos vincant/& Numina (ſi ſunt
Numina) non præſint Erebo/cœlo atq; elementis.
Talia Democrates/cum protinus ore diſerto
Antiqua veniens Periandri a gente Lycophron
Doctus Ariſtippum/medijſq; imbutus Athenis.
Adde q Alcides dixit de ſemine Cadmi
Dum redit extremo ſpolijs ditatus ab orbe
Venit ad Euandrum: furemq; in collibus illis
Furem imanem/oculis flãmas atq; ore vomentem
Illiſit manibus/quibus omnia monſtra ſubegit.
Sunt quoq; qui referant iſtis regionibus Argum
Dum parat inſidias Euandro & fata/necatum.
Adde Themiſtocles dum ſtrenua ferueret ætas
Inter olympiacos pugiles clariſſimus inquit
Quod Iouis arma pater fugiens Saturnus ad arua
Auſoniæ euaſit: tellus regio ſaturnia. ab illo
Dicta eſt Auſoniæ. regio: & ſaturnia dicta.
Sæcula/ab antiquis quæ fortunata vocãtur.
Sidera qui explorãt/diuumq; oracula/iurãt
Deberi Romæ imperium terræq; mariſq;.
Et fore romulidas dominos Aquilonis & Auſtri.

Gloria tanta manet genus hoc/vrbemq́ latinam
Vt leges latura alijs ſit gentibus/atq́
Se mundi viſura caput/rerumq́ potentem.
Martigenæ fratres facturi nomina Romæ
Conſuluiſſe Deos gentis de more feruntur.
Templaq́ metati ter ſex vidiſſe volucres
Carniuoras/oculis ſolitas occurrere raro/
Mole graui tardas/prolem ſine patre ferentes:
Longaq́ tradentes in ſeram ſæcula mortem.
Nomen aui Vultur:nidi cui tertia ſemper
Pars perit/& natis fœtat contenta duobus.
Rupibus in ſummis parit/& preſaga futuræ
Cædis adit tepido ſpargendas ſanguine terras.
Ille ſacer numerus portendere creditur annos
Vrbis.At imperium certis capitolia ſignis
Oſtendiſſe volunt.Nam dum primordia priſcus
(Priſcus enim vouiſſe Ioui Capitolia fertur)
Poneret.humanum fama eſt tellure ſubacta
Inueniſſe caput/quod nomina fecerit Arci.
Omine dixerunt illo gens dedita ſacris
Tyrrheni veteres Diuos oſtendere Romæ
Imperium:& terrarum illic caput eſſe futurum.
Forſitan Eurydamas cui fata arcana reuelat
Iupiter/his aliquid potis eſt adiungere fando.
Iſta Themiſtocles vbi dicta/ſilentia fecit.
Continuo Eurydamas iamdudum in verba paratus
Vt pote qui veteres ſæclorum euoluerat annos
Mente valens memori toto admirante Laconum
Concilio/& Galatis ſuſpenſo hærentibus ore.
Dux ſpartane licet ſi credere ſortibus inquit
Fatidicis/Diuum niſi vana oracula,Romæ
Dijs aliquid ſurget(veniam date Numina)maius.

Magna loquor/maiora fide/tamen omnia poſſunt
Que latitant magno mundi hoc in corpore cauſæ.
Romæ aliquis Ioue maior erit: qui ſæcula ducat
Vltima/qui ritus alios/quicꝫ altera templa
Altera ſacra ferat/terrenocꝫ imperet orbi:
Forſitan & cœlo: ſed cur ego forſitan addo?
Immo etiam Cœlo/Venietcꝫ incognitus ore
Sub noſtrate latens/& habens mortalia membra:
Qualia terrigenæ/felix ea/ſed necꝫ felix
Quæ delere Virum/ſi fas hunc dicere ſi fas
Eſſe virum/vi/ fraude/odijs/conabitur ætas.
Talia iam dudum mirans preſagia/grandem
Rem Eurydama/miram/inſolitam/cui credere forſan
Impietas, Leonicus ait. De principe Diuum
Fatus es/heu. Quid nam noſtro Ioue maior in orbe
Eſt aut eſſe poteſt? Si Iupiter omnia complet?
Si Iouis omnipotens complectitur omnia Virtus?
Vt perhibent omnes/etiam Garamantes & Indi?
An tua Socraticæ mens eſt ſibi conſcia culpæ?
Et male de ſuperis ſentis? Num forte gigantes
Bellaturi iterum? pellendacꝫ Numina olympo?
An ſua quæſitum veniet genitalia forſan
Saturni pater Antiquus/cui nomina Cœlo?
Sic ait indignans/vultucꝫ vmbroſus acerbo.
Tum Vafer & doctus tumidas compeſcere mentes
Parce animis ait Eurydamas: ſermone vagari
Fas vario Nautas/& fallere tempora fando.
At quoniam vulgata tibi/reliqua omnia noram
Vt pote qui Martem fueris ſimul atcꝫ Mineruam
A/teneris foris atcꝫ domi ſectatus: habebam
Nil aliud/quo te poſſem oblectare loquendo:
Et greſſum/qua trita minus via viſa/ferebam.

S c bonus Eurydamas/Animo ſedatus & ore.
Continuo Eudamidum princeps iniuria Diuum
E urydama mihi viſa grauis:ſed cœtera dixit
E xequere/& Diuum in primis decus aſpice fando:
S ic igitur rediens ad prima exorſa loquutus:

F I N I S.

Quæ ſolymos vates ſatrapas Babylōis/ & Indos
Inter prima ferunt habuiſſe arcana ſophiſtas/
Proſequar:audite æquaīmes:quæ credere dignū
Credite:quæ indignum/ridendo explodite:veſtrum
Eſt cenſere:meum Cenſuræ accedere veſtræ.
Dij noſtri maiorum animæ:quos dicere manes
Seu Genios fas eſt. Iſtæ mortalia quondam
Membra pares/nobis habuere/& funera paſſæ
Depoſuere. Solum quod adhuc habet oſſa/videri
Teſtariq́ poteſt:ſuperant monumenta Deorum.
At quoniam magnis olim dum vita ſuperſtes
Verſatæ in rebus viſæ precellere/& vltra
Mortales alios longe ſe attollere/vulgus
Credidit orbe alio in numerum tranſiſſe Deorum/
Cœlituum/qui corporea ſine mole vagantur
Cuncta peragrantes terram/maria/aera/ & aſtra.
Credimus id:nec enim diuos explodere mens eſt.
Nec graue credulitas ea ꝙ rediuiua perennet
Semper & excelſis ea ſpes nos eleuet auſis.
Eſt etenim nobis ad magna negocia calcar
Iſta fides/poſſe in ſortem nos ire deorum.
Sed numen quoddam eſſe aliud contendimus aſtris
Altius/amplectens magnis cœlum omne lacertis.
Quod mundi æthereos quondam incuruauerit orbes
Cuncta immortali claudens mortalia cœlo.
Nam neq́ rectorem magna hac in mole putandum
Deſore/qui cœlos verſet/qui tempora certis
Digerat ordinibus: Qui accōmodet omnibus annum
Frugibus/& totum hoc opus admirabile curet.
Sic quoq́ ſi quando excelſam per cerula puppim
Artifici greſſu videas incœdere/ꝗ̃ꝗ̃
Te lateant qui vela regunt/clauumq́ gubernant/

V im tamē aduertes/motum quæ temperet vllam.
H oc ego pretulerim diuis digniſſima riſu
R es audere hominem rerum componere patri
O mnipotens cui ſit ſine fine & origine virtus.
F are Themiſtocles/ille inter Numina memphis
A rpocrates(ſcio dum ſtudio noua regna videndi
Et inges in menſa epulas/& Memnona primo
M ane ſalutantem/cum ſurgit ab æquore Phœbum/
L atus es aduerſo quondam Nilo vſq; Syenem/
V idiſti Arpocratem)Q uid vult ſibi cum premit ora?
Q uæ digitis mento admotis arcana notantur?
N empe alios ritus/alias occultius aras
Q uæ veniat furtim nullo aduertente, ſilendo
I nnuit.& ſigno illo aliud prenunciat æuum,
Q uo deus excluſis nouus euocet orgia Diuis.
H æc igitur vis illa ingens, quæ ſidera nutu
Q uæ cauſas, quæ fata regit ſine fine ſine ortu.
A tq; ideo noſtro maior Ioue. Iupiter ipſe
N on(reor)inficias ierit, ſi Iupiter adſit.
H uic regnum diuorum etiam mutare poteſtas.
E t noua pro antiquis erebo tellure & olympo
I mperia, & totum leges excire per orbem,
A tq; magiſtratus exautorare vetuſtos.
I pſum igitur cui tota ſubeſt natura, putamus
V enturum auxilio terris, nec tempus in omne
P aſſurum in tantis conuolui erroribus orbem,
V t domino rerum nulli referantur honores.
S ubijciendum oculis hominum ſub imagine quadam
I nculta, atq; rudi fas credere, quod genus atrox
T emporis illius putet execrabile monſtrum:
I ndignum cui tura ferant, cui ſacra litentur:
E t quod poſthabitis habeant pro Numine Diuis.

V t ſi quando greges domini quibus agnita nondum
O ra ſui, raptorem illum ſuremue putantes
A ufugiant, aut oppreſſum facto agmine mactent.
H is etiam grandi oſtento Capitolia quondam
A tteſtata ferunt Rex auguſtiſſime, voſq;
M agnanimi Proceres animos adhibete Canenti
G randia, & etatis reſeranti arcana futuræ.
C um iam ſtructa forent immania templa Tonanti
C onſecranda adytis iuſſi diſcedere Diui
Q uotquot erant omnes (mora nulla) videntibus ipſis
P ontificum turmis omnes Diui agmine facto
D iſceſſere locis, & conceſſere Tonanti.
T erminus inter eos aderat ſub imagine ſaxi
G randis & inculti ſine maieſtate iacentis.
I lle Iouem noſtrum viſus contemnere nunq̃
D eclinauit. adhuc manet hoc immobile ſaxum:
E t Ioue contempto, nunq̃ veſtigia mouit.
P ontifices moti caſus nouitate, nec auſi
P ellere vi templo: verum admirabile quiddam
E ſſe in mole rati toto aſtipulante ſenatu
D ecreuere aditum fieri: & teſtudine in alta
D elubri ingentem ſpeculam iuſſere relinqui,
V t ſi quãdo animus fuerit, diſcedat in auras
S ponte ſua, nocte ipſa etiam, cum nullus eunti
S it rubor in tenebris: ita relligioſa vetuſtas
I lla fuit, ſic eſt ſoboles male cognita Diuum.
H ic lapis: hic aliquis maior Ioue: Sed rude quiddam
A nte oculos, ante ora hominum, quod cœdere Diuis
A tq; Ioui forte illa velint temeraria ſæcla.
I lle ſcit, ille feret: Cœlo cum fluxerit ætas
D ebita tam miris venturi legibus æui.
T erminus hic nimirum ille eſt, quem dicitur olim

C ommendaſſe ſuis: & præcepiſſe colendum
M aximus Alcides a poſteritate nepotum.
S ic fore progeniem longam/ſic regna canebat
T uta/nec hoſtiles formidatura tumultus
Q uot varij rerum euentus/quot bella per orbem
A nte illos arſura dies? Q uibus illa tueri
T empora fata dabunt? Et enim longiſſima rerum
H æc ſeries: & nos cum poſteritate ſub orcum
T ota aget: illa nouæ ſpectabunt ſæcula. gentes.
S pero equidem Leonicus ait/ſi ſidera quicq̃
T ale ferent/aliquem noſtra de ſtirpe futurum
Q ui videat: qui pars rerum ſit magna nouarum.
N os neq; enim fruſtra geniti/moribundaue turba/
D ijs inviſa. Iouis volucres (vocem hauſimus iſtis
A uribus) eſſe monent rebus ſuper æthera diuos
Q ui inuigilent noſtris: & nos quoq; Iupiter audit.
A udiat: & ſi quis Ioue forte potentior/oro/
E t ſi quid proauo credi Ioue grandius eſt fas:
T erminus ille quidem (fateor (celebratus ab alte
D icitur alcida. Sic nos docuere parentes
P roteſtati illo miranda arcana latere
N omine ſub: ſed quæ incertum. ventura docebunt
S æcula: ab his longe ſemota hæc cura diebus:
S ic Leonicus. Agis longo iam grandior æuo
E tq̃ q̃ ſermone Lacon/tamen ore diſerto/
C ontinuo fatus: poſtq̃ de gente latina
M entio iam dudum volat ora per omnia/quædam
S ubijciam/& veſtris aliquid ſermonibus addam.
L egimus/& fama eſt/noſtrum genus eſſe ſabinos
Q ui vicina colunt Romæ loca. Nam lacedæmon
C um fremeret quondam bellis ciuilibus ardens/
P ars populi compulſa nouas ſibi quærere ſedes

In freta ſe miſit: diuis & fluctibus auſa
Credere ſe/ primo explicuit ſua garbaſa vento:
Atq; ignara viæ caſu ſaturnia regna
Contigit/ & tractis aduerſo nauibus amne
Conſtitit ad Tyberim: Tuſcum qui partit ab vmbro.
Hac igitur Spartæ Ciues regione potiti
A/ductore Sabo ſeſe dixere ſabinos.
Inde/ vbi Romanæ iaceret noua Romulus vrbis
Fundamenta Nurus rapuit. quæ tempore matres
Euaſere breui. fluxit genus inde latinum.
Quo fit vt affinis nobis romana propago
Facta ſit. hæc ratio ꝙ ſediciosa tumultus
Gens tantos romana feret. Nam ſemine conſtat
Argolico & Phrygio. gens ex diſcordibus orta.
Gentibus inſtinctas iras odiumq; duorum
Seruabit populorum: & aget non extera ſolum
Et foris: Aſt interna domi/ & ciuilia bella/
Vim lacedæmoniam troiano in pectore voluens.
Sic Agis. Oranti ſimul applauſere Lacones.
Iſta recenſentes italis in fluctibus ibant
Cum procul incipiunt cœlo apparere ſereno
A dextra Tyrrhenæ vrbes: Pyrgi/ atq; Grauiſcæ:
Mœniaq; a priſcis Alſij fundata pelaſgis.
Ecce vetus Cæræ veſtalibus hoſpita ſacris
Cum Iouis obſedit victor Capitolia gallus.
En Telamon: fluit en pelago iam proximus Vmbro?
Montanoſq; ferens iam proſpicit æquora fontes.
Ilua metallificis ſemper fumoſa caminis
Raditur. oſtentatq; nouos Populonia muros.
Quarta dies contra Piſas in fluctibus orta
Humenti nimboſa auſtro ſubducere naues
Suaſit/ & aduerſis Tyrrheni in faucibus Arni

S iſtere iter:cereremꝗ & dulces quærere lymphas.
D ux/& Erichthonius/Crates/Menelaus/& Alcon
C onſcendere leuem modico cum remige lembum
A rgolicam petituri vrbem placidumꝗ per amnem
A lphei memores tuſcos adiere penates.
M œniaꝗ intrantes excelſo in limine portæ
G ræca vident elementa cauis inciſa figuris
Q uæ memorent pelopem tyrrhena ad littora vectum
I llic prima nouæ poſuiſſe exordia Piſæ:
F it mora/& in viuo ſpectant certamina ſaxo:
T otaꝗ per poſtes legitur pelopeia ſuperbos.
C oncubitus primos fraudis pro munere pactus
V irgineos Auriga ſalax plumbo impedit axes.
H ippodamia rotis vehitur pernicibus.aura
O buia fert crines/agitatꝗ per aera amictus.
T antalides irritat equos:& verbere crebro
S ollicitans prono fugientibus ingruit ore.
A rdor ineſt oculis:animumꝗ oſtendit imago
A nxia feruentem.volucres deſiderat alas.
I am Iuuenis tergo incũbens quadriga parentis
H ippodames ſequitur Pelopem/iaculumꝗ lacerto
E lleuat in vulnus ſenior.Iuga ſegnius vrget
M yrtilus/& curſum neptunia terminat ara
L ittus ad Iſthmiacum celſæ ſubiecta Corintho.
P ellitur in fluctus clamans Auriga:puellam
T antalides curru rapit in ſua regna citato.
D emum vrbem ingreſſi vicos/fora/templa peragrant:
G raiorum inueniunt paſſim veſtigia morum:
I nceſſumꝗ habitumꝗ grauem vultuſꝗ ſeueros.
M enta intonſa virum/demiſſam in pectora barbam.
S ermo erat Arcadicus linguæ confuſus etruſcæ.
F eſta dies tum forte fuit ſacrata Lycæo:

Nam deus Arcbadiæ deus bic.turbæq́ frequentes
Ibant ad ſolenne ſacrum.Lux omnibus illa
Relligioſa fuit.Grai quoq́ numen adorant
Poſcentes mare tranquillum/curſuſq́ ſecundos.
Mox dape libata redituri ad littora/Limen
Vrbanum exierant: Illic Piſana Iuuentus
Præmia tum caſu tria ſuſpendebat ab alta
Arbore lucentem galeam/leuibuſq́ pbaretram
Horrentem iaculis.ductamq́ in cornua taxum.
Signaq́ certantum leuibus ferienda ſagittis
Fixerat excelſæ rugoſo in cortice Pbagi.
Cunta notant Grai: generoſaq́ pectora pulſat
Laudis amor.certare arcu ſi copia detur
Ingenio Iuuenili ardent Menelaus & Alcon.
O Alcon Menelaus ait certamine in iſto
Si fortuna locum dederit,ſunt premia nobis
Debita/ni virtus tua te/mea meq́ reliquit:
Sic Iuuenes.Caſus fecit felicia vota.
Talia dum ſecum fantur/vir gnoſius aurem
Arguto ſermoni adbibens compellat amico
Vultu ambos/cauſamq́ viæ patriamq́ requirit.
Miles erat cinctus longo latus enſe/ſenectæ
Proximus/armorum ferrugine tinctus & æſtu/
Quem pilata cobors circū ſtipabat euntem.
Ad patrias voces Alcon conuerſus aueto
Miles ait preclare: Sumus lacedæmone nati
Eudamidum de ſtirpe ſati. Tum vertice aperto
Gnoſius, & prono fatur reuerentius ore.
Heu quænam Iuuenes tantis genitoribus ortos
Ad nos cauſa tulit? Tyrrbenæq́ appulit oræ?
Tum Iuuenis fato patrijs de finibus acti
Venimus/& ſorte extremas annamus ad vrbes

Heſperiæ: ſic ſancta monent oracula Diuum
Nos etenim longis poſtq̃ vexauimus vrbes
Finitimas bellis aſſueti vincere/tandem
Regna/potentatus/& martia vidimus arma
Caſu/non virtute regi. & fato omnia vinci
Si magnis me hercle animis/ſi viribus atq;
Conſilio niti ſatis/ & victoria in ipſa
Sola eſſet virtute/Lacon ſua regna teneret.
Nec foret errandum/nec tot freta voluere remis
Eſſet opus. Regem atq; Ephoros ſpartanus haberet
Sed fortuna hominum vani aduerſante labores.
Cum prolapſa foret Lacedæmone ſancta Lycurgi
Relligio/& tetricas iam longa incuria leges
Ablegaſſet: erat probitas infamia/honeſtas
Sordida viuebãt vt erat ſua cuiq; libido.
Viſum igitur nobis noſtros accẽdere rurſum
Ad decus antiquũ Ciues/Sybarimq; ſubortam
E noſtris turbare adytis/ac more parentum
Degere/& exlegem primorum extinguere luxum.
Principio res viſa qdem factu aſperat. Verum
Venit vt in morem/facilis fuit: orta repente
Diſciplinas vetus. gymnaſmata aperta paleſtræ
In populum miſſæ. priſcis pulſa ocia ludis.
Caſtigata venus/diuiſa æqualiter arua.
Hoc Agis. hoc Agidis fecit poſt fata Cleomnes
Rex armis/Rex pace ingens. confeſſa Deorum
Progenies/vſq; a magno genus Hercule ductum
Tantum igitur facinus ſanctum atq; imitabile traxit
Vicinas ad ſpartam vrbes/& legibus hiſdem
Submiſere Caput: regnũq; auxere laconum.
Proſperitas tãta hæc fuit inuidioſa/ſuperbum
Hoc decus immiſit quorũdã in corda venenum

A crius: ac ſtimulis liuorem incendit amaris
P eſtis ea in primis crudelem inuaſit Aratum
Q ui ſenio grauis/ & princeps erat inter Achæos.
H unc malus obiecit Dæmon ſapientibus orſis.
N ec potis ipſe tamen ſpartanam extinguere laudem.
V t pote cui virtus aderat generoſa Cleomnis/
E t Leonicenæ vigilans prudentia curæ
A emathios igitur Reges quos egerat ipſe
I ampridem ex Pelopis regno perteſus auaram
A tq; ſuperbam hominum rabiem/ ſibi fœdere iungit
A ntigonumq; ciet qui nū c pellæa per arua
I mperat/ & veteri macedum dominatur in aula:
I pſe prius Galatas quorum pars maxima noſtris
N auigat auſpicijs/ patrios aditura penates
F uderat infeſtos illis regionibus/ auſos
M ygdonios fines crudeli inuadere bello
H ic igitur gallis magno certamine fractis
I n nos vertit iter/ bimariſq; ingreſſa Corinthi
O ra anguſta ingens peditumq; equitūq; caterua
O ccupat omne ſolū/ totiſq; infundit agris.
R ex macedum numero maior/ virtute Cleomnes
C ertauere diu bellis vtrinq; cruentis
C oniunctæ titubare vrbes/ magnaſq; vereri
R egis opes Macedum cœpere/ & ſegnibus armis
R em gerere/ ac ſumptu impenſas reſtringere auaro
A t quid opus multis? tādem malefida Cleomnē
I n præceps fortuna tulit Lacedæmone pulſus
C um ſocijs quos non potuit fortuna tenere
A equore trāſmiſſo Lagidarum in regna receſſit.
N os vero qui tum procul a lacedæmone noſtro
C um duce Cenchreum verſus mare & ellada verſus
C aſtra tenebamus quibus expugnare Phliuntem

M ens erat/audita Regis patriæq́ʒ ruina
D ilapſi extemplo ad littus/naueſq́ʒ repertas
Q uotquot erant clauſæ portus in fauce Lecbæi
C æpimus & captis iniecimus arma viroſq́ʒ:
E t procul in latum claſſem ſubduximus æquor.
N ec mora/ſuſpenſas dum ſuſtinet ancbora puppes
C ymba volans paribus remis de littore graium
S oluit: & oratum venit/vt tellure vagantes
G allos relliquias macedum regiſq́ʒ ſuperbi
P er freta nobiſcum diuerſa in regna feramus.
A nnuimus miſeris. & tempeſtatibus biſdem
I actatos vebimus pelago/ventiſq́ʒ ſecundis
A equora ſulcantes bis tandem allabimur oris.
S tant ſale vicino claſſes in faucibus Arni
N os Lembo arcadicam viſuri aſcendimus vrbem:
T alia Spartanus. Contra ſic Gnoſius orſus.
O Iuuenes genere inſignes regum atq́ʒ Deorum
C onditio vetus beroum eſt contendere contra
F ortunæ inſidias: & vincere cunta ferendo.
P rogenies id tota Iouis teſtata/ſed ipſe
A nte alios veſtri generis Tirintbius Autor.
N am fama eſt illum ſemper ſudore madentem
P uluere conſperſum domuiſſe īmania monſtra
O mnibus in terris: & tum finiſſe labores
C um ſubijt cœlum/& mortales exuit artus.
Q uid Laertiadem memorem? Quid theſea? Quid te
D iuorum Saturne pater? per multa vagari
N il opus/ad ſuperos iter boc beroibus vnum eſt.
S ic Diui/ſic fata ferunt. Q ui ignaua ſequuntur
O cia/degeneres: & nil cœleſte nec altum
M ente volutantes curas & tempora perdunt.
E t tandem obſcuri quaſi bruta in fata ferūtur.

F ortunam bene ferte igitur. Cum viderit alto
V os animo duros caſus contemnere/ſiet
P roſpera/& euentus faciet mutata ſecundos
A ntigoni pugnas & ſpartæ immania fata
S cimus/& inuiti dura illa audiuimus arma.
O Iuuenes ego iam ſenio veniente fatiſco:
S ed cum ſanguis erat melior/ſpartana ſequutus
O lim caſtra fui: veſter Xantippus babebat
M e Comitem iunctus patriaq́ꝫ & ſanguine vobis
X antippus: cum pro obſeſſa Cartbagine/miſſus
I n Libyam veſtra vicit Lacedæmone Romam:
I lle nibil ſine me bello attentare ſolebat.
N octes atq́ꝫ dies aderam. Cum Regulus aſtu
C aptus in boſtiles laqueos ruit/ipſe tetendi
I nſidias/vinctumq́ꝫ ducem ſub mœnia duxi.
H eu quantos illis gemitus/quot funera campis
V idimus: bæc tantos poſſunt meminiſſe tumultus
L ittora: & boc illis infectum cædibus æquor.
R omanos etenim melior fortuna ſequuta eſt
P oſt ducis interitum: bellis nanalibus orta eſt
H orrida tempeſtas. victrix romana Iuuentus
I mpoſuit iuga Ceruici Cartbaginis altæ.
C onfractis ſtratum tabulis mare. Gaza per vndas
P unica ad extremas Gades ad noſtra natauit
L ittora: & eois furor iſte auditus ab indis:
D ij pelagi tantum armorum expauere fragorem:
E t procul a ſtrepitu cœco latuere profundo:
F inibus a ſiculis vſq́ꝫ ad ſardoa cruentum
S axa/mare in ſpūmas ibat fluctuſq́ꝫ rubentes.
N unc quoq́ꝫ peruenit nouus a Cartbagine rumor
M oliri Hannibalem bellum graue/& aſpera contra
C ogere Romanos odijs flagrantibus arma.

Propterea recto fatalia tramite regna
Quærite/ne tanto deprehenſi turbine rerum
Imploretis opem fruſtra diuumq́ꝫ hominumq́ꝫ.
Vidi illum pene infantem:memini illius ora.
Frons/oculi/labra/ingenium verſatile/ & atrox
Acrem animum gaudentem armis/ac bellipotentem
Significant:corpus ſolidum/patienſq́ꝫ laborum.
Sed tandem orbatæ paſſurum incõmoda frontis
Atq́ꝫ procul patrijs moriturum a finibus olim.
Vidi alium Romæ Iuuenem/cui vincere Byrſam
Fas fuerit/tantam aſtrorum/tantam ore Deorum
Vim gerit:hic Romæ mucro eſt/Carthaginis ille.
Sic Diui inter ſe certant/ſic ſidera contra
Sidera:terrigeniſq́ꝫ gerunt hæc bella miniſtris.
Si rurſum hæ gentes ineant certamina/mauors
Aſper ad interitum alterius deſæuiet vrbis.
Quæ victrix bello euadet/ceruicibus altis
Ibit:& omnem animis terræ amplexabitur orbem.
Romanos ego prætulerim:quia publica Romæ
Quæritur vtilitas atq́ꝫ obſeruantia legum
Maxima.Relligio & Diuum reuerentia nuſq̃
Maior/in aduerſis animus ſublimis & audax
Non præceps tamen/aut vano temerarius auſu.
Aphris nulla fides/nulla eſt Clementia/nulla
Relligio.immanes mactant ſua pignora ad aras:
Infandum/rituq́ꝫ fero gens barbara cenſet
Oblectare deos:quem morem ſuſtulit olim
Eudamidum pater Alcides a gente latina:
Iuſſit enim pro corporibus ſub Thybridis vndam
Demergi humanis ſimulachra carentia vita.
Vtq́ꝫ feris tergus varium/ſic gentibus Aphris
Subdola mens/vafrum ingenium/& mutabile i horas.

Propterea quocūq; feret vos aura latinum
Obſeruate genus/quod Dij quoq; & omnia ſeruant
Sidera: quod genti probitas alte inſita poſcit.
His (fateor) cum bella olim me in punica miſi
His infenſus eram. Sed poſtq̄ cognita virtus
Romulidum/viſa eſt terra mihi gnoſide Roma
Dulcior: & vino addictus latialibus armis
Non ſecus ac natus Gabijs mediaue Sabura.
Hactenus hæc. Verum quia mens certare ſagittis
Idq; opus ingenuum/Ludis accedite noſtris.
Sic ait. Ac Iuuenes ore alto atq; indole magna
Conſpicuos trahit in medios: accōmodat arcum
Læuæ habilem/& roſtris dat tela/Cydonia ahenis.
Illi arcus tracto pertentat robora neruo:
Et paribus criſtata legunt haſtilia pinnis.
In loca decretis pugiles diſtantia iuſſi
Ire ſimul ſpacijs: & ſors ſuper ordine miſſa.
Tum Pelopis fortuna videns audere nepotes
Fauit/& in venerem fecit decurrere talos/
In quibus eſt felix ſignum Venus. Ergo Lacones
Macti animis/Alcon primus quia grandior æuo/
Prima petunt loca: ſtant circum Piſana Iuuentus
Seq; premunt digitis innixi/& lumina contra
Signa intenta tenent. flexis iam cornibus Alcon
Preſſa acie/fronte admota/leuat & premit arcum/
Nunc telum/nunc ſigna notans/atq; omnia caute
Metitus mente atq; oculis/dat lora ſagittæ.
Fallit iens oculos/volat aura; abſcondita arundo
Necdum viſa ſtetit: ſcopuloq; affixa pependit
Vndiq; ab extremo fugiens æqualiter orbe.
Continuo in populis ortus clamorq;/fauorq;:
Et Iuuenem vulgi voces ad ſidera tollunt.

Subridens Menelao Alcon dū porrigit arcum
Te Menelae inquit ſimilis fortuna ſequatur.
Ille ſui compos totū ſe colligit: ictum
Librat/& o dixit fueris mihi dexter Apollo
Arcitenens/Tuqꝫ alma ſoror/cui Cynthia curæ
Littora/cui Dryades & Oreades arma miniſtrant:
Tela regas. Vix finierat cū viſa repente
Altera ſic primæ ſe coniunxiſſe ſagittæ/
Vt neqꝫ ſi plures ſit fas/aut vna videri.
Certa ratæ talem euentum miracula turbæ
Certatim danda Argolicis ea premia iurant.
Tum miles. Quid opus longo certamine clamat
Gnoſius: hi diui duo ſunt. duo pignora Lædæ
Credite/qui ſub noſtra hodie ſe lumina mittunt.
Ite ſagittandi melius cum nulla ſuperſit
Spes cuiquā/date amyclæis/date premia Diuis.
Voce fauent turbæ: pugiles quoqꝫ cædere ſeſe
Confeſſi Argolicis. galeam Menelaus/& alcon
Cum iaculis arcum & pharetram quernaſqꝫ coronas
Accipiunt/plauſu turbam reſonante per omnem.
Continuo allata in medium ſpūmantia baccho
Cymbia/& adducti veniunt ad pocula Grai
Inde iter ad tuſcum populis comitantibus amnem
Vertitur/inſiliunt proram: fluuioqꝫ ſecundo
Ad ſocios inter vernantes gramine ripas
Cymba volat rapido radens vada cærula curſu.
Dum redeunt/rediere Euri/mare lenibus vndis
Ludit & in lygures iter expedit. Ocius omnes
Annixi erecto tendunt caua carbaſa malo
Aequor arant læti ſocijs victoribus omnes
Arrident: ſuper hoc illi certamine iactant
Plurima ſignantes vrbem/popopuliqꝫ docentes.

Ingenia & mores/graiæq́ ſimillima Piſæ
Mœnia:iucũdũq́ canunt pæana volantes.
Conſita myrtetis redolent lunenſia dextra
Littora:vernantes oleis ac palmite multo
Mirantur colles/mirãtur & æmula olimpo/
Aemula rypheis iuga molibus Apennini
Et per ſaxoſas errantia nubila rupes.
Vt venit a gallis italas vt diuidit oras
Hic tam vaſtus apex/vt ſeſe porrigit vſq́
Ad Calabros ſiculis tandem finitus in vndis
Commemorãs rector docet & candentia lunæ
Saxa Cariſtæos lapides æquantia/ regũ
Ornatura domos/decus allatura theatris:
Inſigneſq́ deum templis factura columnas.
Vrbem in ſeceſſu genuam ſpeculant̃ ab alto
Egregiam portu/populis ac mœnibus vrbem.
A/Zephyro vada Porciferæ/quæ ex alpibus altis
Neptunũ ingreditur reſonans.Feritoris ab Euro
Alueus alterius fluxu torrentis adauctus
Qui fert vere niues/æſtu in freta proxima nubes
Idcirco indigenæ vallem dixere biſamnem
Quod gremio accipiat binos ex montibus amnes.
Tunc aduerſa graui proſpectãs littora vultu
Democrates ſic ora iterum facunda reſoluit.
Hanc in littoribus Comites quam cernitis vrbem
Monte ſub aereo poſitam non vbere glebæ
Credite non pecorum fœtu pinguem atq́ opulentam.
Arret enim ſaxoſus ager/neq́ ſentit aratrum.
Terra inculta feras paſcit:ſub vallibus altis
Syluicolæ degunt homines venabula docti
Acre genus/belloq́ bonum/durata iuuentus
Fert longas ſub diuo hyemes.fert vertice nudo

Aeſtatis flagrantem æſtum/pluuiaſq; niueſq;:
Brachia ſettoſi/ſettoſi pectora/& omne
Corpus:eunt venatum omnes:per ſumma ſequuntur
Saxa feras/gelidaſq; cubant in marmore noctes.
Ante caſas ſibi quiſq; ſuas ſuſpendit ab alta
Arbore relliquias predæ.truculenta luporum
Ora vides/capita Aprorum cum dentibus vncis:
Vrſorum obſcuros vultus/ramoſaq; multis
Cornua Ceruorum mucronibus.atria tali
Nobilitant cultu:montanæ hæc gloria genti.
Sed neq; littoreis deſunt vineta Colonis
Quæ noſtris certare queant/quæ leſbia vina
Gnoſia quæ ſuperent,fruticans in cotibus aſpris
Vinea palmitibus modicis breuibuſq; lacertis
Nectareas fruges parit,ambroſioſq; racemos.
At Capiti Lygurum Genuæ ſolertia tantas
Fecit opes,parcæq; ſagax induſtria vitæ.
Nam mare ſollicitant remis:atq; æquora tranant
Grandibus inuecti proris ac pupibus altis.
Multaq; per libycos & circum littora ponti
Vndiq; non tenui tractant cōmertia lucro.
Huc veniunt libycæ merces/Europica gaza
Hic habet emporium.Tantæ quis conditor vrbis
Ambigitur,longum abſcondit primordia tempus.
Rectius a Genuo poſitam ſentire videntur
Qui priſcos legere dies.Fuit ille gigantum
Progenies,ſatus antiquo de ſanguine Noe:
Cui Iano cognomen erat:Nam repperit vſum
Vitis.ab inuento traxit cognomina vino.
Nanq; quod Hebrei Iain dixere,Latini.
Appellare ſolent vinum:de nomine Iain
Formauere Syri Iainum,viciata parumper

Vox ea ab Auſonijs eſt facta biſyllaba/ſicq́
Pro Iaino manſit Romana per oppida Ianus.
Hic fuit humani generis pater ille refuſo
Aequore diluuium paſſus/qui fugit in altos
Armeniæ montes/& in ipſa cacumina Tauri.
Ipſe homines defunctus aquis tranſmiſit ad vrbes
Quas mare & immodico cœlum deleuerat imbre.
Mallotages Tuſcos/alemanica regna Tuiſcon/
Atq́ alij ſedes alias tenuere per orbem
Tunc vacuum/leges Noe imperiumq́ ſequuti.
At quia dum bellum terris inferret olympus
Ac maris illuuies/cunctis animantibus arcam
Præbuit hoſpitium/foribuſq́ recepit apertis
Vna hominum pecudumq́ genus/cum bella gerebat
Roma foris/Iani valuas aperire ſolebat:
Sicq́ Dei poſcebat opem/memorabile tantæ
Significans pietatis opus:ſed tempora cauſam
Abſcondere ſacri ritus.ignota remanſit
Gentibus Auſonijs priſci obſeruantia facti.
Forma biceps ideo quoniam duo ſæcula vidit.
Ante maris fluctus vnum/dum conderet arcam:
Poſt pelagi fluctus aliud:mare littora poſtq́
In ſua ſe cohibens altam remeauit in alueum.
Ianua ſacra Deo:fuerit q Ianua ſæcli
Alterius:dederitq́ nouæ primordia genti.
Saturno pater ipſe fuit:deſcendit ab illo
Et Phaeton noſtris factus vaga fabula grais.
Hic regnum penes Inſubres Venetoſq́ tenebat:
Et quædam Italiæ loca conflagraſſe ſub illo
Fama antiqua refert.Ideo finxere volantes
Natum Solis equos terram incendiſſe poetæ.
Diſcedens(diſceſſit enim/quia naue per amnem

E ridanum vectus nunq̃ in ſua regna rediuit/
I ndigenæ dixere hominem ſub flumine merſum.
E t quia quicquid ineſt iſtis annalibus ortum
T raxit ab Armenijs/qui poſt veterem Cataclyſmum
P rimi hominum ſeſe vacuum effudere per orbem/
P auca ſuper prima fruticantis origine mundi
A dijciens quos nam primos Europa Colonos
N acta ſit/& quæ ſint regnorum exordia pandam.
A rcadus Emathio Comes in noſtratia primum
L ittora deſcendens pelopenſia rura/ſolumq̃
O mne quod a grais colitur(genitura duobus
T am bona)natorum impleuit fruge atq̃ nepotum.
T hracia regna Tyras Tyriam qui condidit vrbem
P annonas.Illyriam/Mœſos/& pontica circum
L ittora diſperſas gentes babylonius Iſter
P rotulit/& Mœſe/Iapeti generoſa propago.
H ic eſt ille Tyras rapido qui vortice raptus
I carus vt quondam necnon Tiberinus/ & Helle/
T raddidit æternum nomen fatalibus vndis
A c fluuio/qui Dacorum confinia Lambit.
P rimus in Italiam ventis auibuſq̃ ſecundis
V enit & auſonijs Comarus conſedit in oris.
S armaticos primus campos habuiſſe Tuiſcon
F ertur/& a Tanai longe vſq̃ ad flumina Rheni
B elgarumq̃ domos gelidas regnaſſe per oras.
T ranſijt ad Celtas & gallica regna Samotes
S crutator naturæ ingens diuumq̃ Samotes.
V nde volunt Dryidas ortos/& ſacra Deorum.
H eſperiam vero magnus Iubal armiger omnem
E ſt ſortitus iens q̃ntum veſtigia tellus
F erre poteſt/ipſo duce ad vltima littora Phœbo.
S aturnum veteres Nemrod dixere gigantem

Extructorem vrbis primæ. Babylona vocarunt
Armenij/Medi/Aſſyrij/Perſæ/atq; Sabæi/
Quem Dia nos/Italiq; Iouem/Babylonia bellum.
Dixit/ab Aſſyrijs omnes venere Colonis.
Tum Genuus cum prole ſua peregrinus ad iſtos
Naue locos veniens poſuit ſub montibus vrbem.
Et q̄q̄ cōmenti aliter grai atq; Latini
Omnia mutantes primæua vocabula rerum/
Hi veri tamen annales/quos Perſia & omnes
Aſſyrij/Mediq; tenent ab origine prima.
Plurima verſato iam ſæcula neuerat orbe
Sol noctes vigil atq; dies ac cætera mundi
Sidera. Cum phrygios poſt diruta mœnia Troiæ
Huc annaſſe viros fama eſt/gentemq; Phrygoſam
Hic feciſſe/genus belli molimine & armis
Ac pietate/procul noſtra vſq; ad littora notum.
Has igitur petiere oras ductore Bagæo.
Hic Troiæ auxilio miſſus cum Mennone duxit
Vxorem. at phrygijs poſtq̄ de regibus actum eſt
Quicquid nocturno potuit ſubducere ab igne
Tranſtulit in naues proprias rediturus ad oras:
Sed mutata Viri mens eſt a Coniuge Procri:
Quæ magis Auſonias/poſtq̄ diſcedere in orbem
Sors dabat externum/migrare optabat ad oras.
Cum ſoceris igitur teneriſq; infantibus illum huc
Coniugis egit amor: tanti eſt mortalibus ardor
Fœmineus: ſobolis pietas ita pectora cogit.
Omne ſuum genus & patrios oriente penates
Linquit in extremo/profuguſq; per æquora tranſit
Solis ad occaſum/Sic Dij/ſic ſidera volunt.
Hic tandem excelſo paruam ſibi condidit vrbem
His in colle locis. & ab ipſo Autore Bagæam

P oſteritas dixit. claris genus inde phrygoſis
Q ui ſe primates Lygurum fecere merendo.
D umq́ ea Democrates recitans tenet ora virorum
P lurima prætereunt fama loca cognita: Cyrnum
C oralio inſignem Cyrnum/ ſardoaq́ ſaxa/
I chnuſæq́ domos/ & ſandaliotica rura:
Q uæ quondam incoluit magno ſatus Hercule ſardus/
T eſpiadumq́ genus: quod progenuere ſorores
Q uinquaginta vno factæ de ſemine matres
L uce vna: Luce vna omnes ſua pignora nixæ.
A lbicat ad dextram muris Albinga ſuperbis:
H erculeuſq́ ſinus: portum dixere monæci.
I am Nicæa patent procul arua ſub alpibus vltra.
N ubila porrectis: quæ gallica regna domoſq́
T heutonicas amplexæ abeunt in Thracia longe
L ittora viſuræ Euxini vada frigida Ponti
I am ſua regna vident Galatæ. Nicæa ſalutant
M œnia. mox fractum pelagus fluuialibus vndis
V t videre/ rati Rhodanum/ conuertite Clamant
(S ic amor eſt preceps) proras conuertite ab alto
O cyus ad terras/ & littora prendite noſtra.
T um gnarus terræ atq́ maris/ quiſnam furor inquit
R ector agit mentes? Non ſunt Rhodanenſia non ſunt
H oſtia: Sed Varri fauces. confinia iungit
I pſe Itali/ galliq́ ſoli: duriſſima paſſus
S axa venit Pelagi ventos paſſurus in vndis.
V enerat in ſummum cœlorum altiſſimus orbem
S ol Caua littorei currens per brachia Cancri
C um phocenſe ſolum poſitamq́ in littore prendunt
M aſſiliam: vela Antemnæ poſuere cadentes.
O ptatiſq́ diu portu potiuntur & vrbe.
T um Galatæ in patrios certi remeare penates

T ectoſagumq́ lares terreſtri inquirere greſſu
C um grais ſuprema parant conuiuia ritu
S olenni celebrare. Alij mantilia longis
E xpediunt menſis/pateras/aurumq́ repoſtum
Q uod Diuum ex adytis varias rapuere per oras/
O ſtentare parant. abacis argentea in altis
V aſa nitent: & tota patet precioſa ſupellex.
F ulcra leuant alij/cœſiſq́ vmbracula texunt
F rondibus/important alacres ſpūmantia baccho
C ymbia. Læticiamq́ cient crateribus hauſtis,
F umantes vocat hora epulas. pincerna cubandi
T empus ait: iam ſtricto meunt conuiuia ferro.
P roſilit in medium penori prefectus Aceſtes
N eſcio quid portans patinis regaliter altis.
A tq́ ait: ecce tuæ partem Dux maxime predæ
Q uam ſale condieram Campanæ in littore ſyluæ.
S ic memorans infert Apri femur/atq́ morantem
I ſta ſitim dixit reuocare abſonia poſſunt.
H is mihi nil opus eſt/cui fumo arrentia ſemper
G uttura: & hæc referens magnum cratera rubenti
S pūmantem bromio leuat/& ſe ingurgitat auro.
L audauere hominem/meritumq́ ea premia menſæ
D ux quoq́ teſtatæ. rediens veſtigia viſus
F erre incerta: pedes & crura labantia caſum
S ignificare: ruit præceps in puluere figens
L umina/& extenta tellurem verberat aluo:
A c iacet exanimo ſimilis. ciet icta repente
N ubem humus/abſconditq́ volatilis vmbra iacentem.
C aſu obliti epulas/dulci exultantia paſcunt
C orda ioco: atq́ alacri reſonant conuiuia plauſu.
A ccurrunt famuli, & tentantem ſurgere tollunt
A d tormenta grauem ſomno/vinoq́ Calentem.

V t ſedata fames, Galatæ Argolicíq́ per ampla
L ittora ſe exercent ludis. hi brachia lato
D iſco onerant: illi nudæ dant membra paleſtræ.
P ars leuibus plantis curſuq́ fatigat harenam:
P ars operam impartit iaculis/pars littore factis
C arceribus longo ſe tollit in aera ſaltu.
P ars natat in pectus/pars palpitat ore ſupino.
S unt qui præcipites ſummi de vertice mali
I n freta ſe mittant/cedit mare/& vnda reclamans
S pũmat: eunt imo quæſitum Nerea fundo.
M ox procul egreſſi ductis vada ſumma lacertis
N ando equitant/madidoſq́ abigunt in terga capillos:
E t ſale membra lauant tepido. Iam pulſa tenebris
L æta dies/reſident clauſis maria omnia ventis.
I nducuntq́ graues nocturna ſilentia ſomnos.
L ucifer exoriens tremulis radiabat in vndis
T otaq́ iam pleno lucebat Cynthia vultu
H eſperio vicina freto: dare vela Lacones/
I re parant Galatæ: faciunt lacbrymabile gentes
D iſſidium geminæ. felix concordia/longæ
P ax tranquilla viæ/ſimilis fortuna virorum
V nierant animos: & erant præcordia nexu
I uncta pari/& morem iam conſentanea in vnum.
O ſcula dant igitur flentes: dant mutua dona.
A ccipe dicebant noſtrum teſtantia amorem
Q ualiacunq́ ſinit tempus/teſtantia caſus
D ona pares/longamq́ viæ teſtantia pacem
A eternamq́ fidem. monumenta exilia certe/
V erum quanta ſinit preſens fortuna/locuſq́.
H æc noſtri agnoſcant poſt funera noſtra nepotes
Q uæ loca cunq́ dabunt illis ſors numina & aſtra
C onſpirentq́ animis/& amore ferantur eodem.

T alia magnanimæ celebrant diuortia gentes.
A rua ſecant Galatæ: Grai æquora: Gallia noſtris
L ittoribus prætenta (fides ſi annalibus vlla eſt)
D icta olim braccata fuit: noua nomina Narbo
M artius induxit genti/quam longa Gebennæ
A/reliquis dirimunt iuga/& alta cacumina gallis.
V t patrios tandem Galatæ tetigere penates
H eu grauis ærumnam morbi tabemq́ veneno
P eſtiferam graſſante virum per corpora paſſi.
S anguifluas febris venas carnem oſſa medullas
I gnibus inflãmans ſtygijs torquebat atroci
S upplicio miſeros. Liparea incendia/& Aetnæ
A rdorem leuius/leuius phlegethonta tuliſſent.
P ectora pulmonem vix eluctata meatus
A ura per anguſtos tuſſi laniabat anhella:
S ternebatur humi ægrotans membra omnia & ipſam
M ordicus inuadens linguam/crudelia clamans
N umina præ rabie atq́ doloribus inteſtinis.
R elligio caſu funebri excita per vrbem
C ontinuo: pauidæ matres altaria circum
S eſe in vota ferunt: prece ſollicitata frequenti
N umina reſpondent cauſam ſcelus eſſe malorum.
P lacari nec poſſe Iouem/niſi noxia turba
S acrilegum/raptas templis in gurgite vaſto
M ergat opes/baratroq́ nefas abſcondat opaco.
N on procul obſcuris lymphas ſtagnare Lacuſtres
A equoribus memores/atq́ inſcrutabilis vndæ'
S acrum erebo Ditiq́ lacum facto agmine Ciues
Q uicquid erat prædæ externæ/vaſa aurea/gemmas/
S igna/ebur/argentum/tripodes/opobalſama/veſtes
E xpediunt/& ſubter aquas ſimul omnia mittunt
M anibus/& Diti/ſacrum ſolenne ferentes.

H as tantas Romanus opes (Nam fama per orbem
V ndiq; peruolitans omnes impleuerat oras)
N on ſecus ac Boreas quotiens emiſſus ab arcto
T urbine precipiti terras atq; æquora perflat/
C epio cum patriæ ingenti diſcrimine iuſſit
E xpiſcari omnes: fundoq; retraxit ab imo
I ndignata ferunt hac improbitate Deorum
N umina romanis diro incubuiſſe flagello.
N am veluti Vates facti atq; oracula paſſim
A tteſtata/huius noxæ execrabilis ergo
M otus ab extremo terrarum cardine Cimber
C eu turbo agrorum demoliturus honorem,
P rotinus Italiæ in foribus tentoria fixit.
C ontinuo vt ſubiti peruaſit fama tumultus
T rans alpes/trans Euganeos/trans Eridanumq;/
T innivere aures Italis/Ligur/Vmbria, Etruſci
P icenteſq; fremunt, & gens mauortia Samnis,
A c Campanus ager titubant: volat vſq; Tarentum
R umor: & audito queſta eſt Trinacria bello.
Q uod niſi tam vaſtis vndarum molibus ingens
O bijceret vallum Arpinas, capitolia forſan
S eruaſſet, neq; tempeſtas nimboſa, nec Anſer.
I nterea Argolici caua vela ferentibus euris
A lta ſecant maria, atq; oculis ad littora verſis
P roſpiciunt magni claros bello Herculis agros.
H æc etenim penetrans olim Tyrinthius arua
I ncidit in geminos neptunia ſemina fratres
I ngenio immani ſolitos armenta, gregeſq;
P rædari, iugulare homines, ac viuere rapto.
H os contra Alcides veniens conſumpſerat arma
O mnia, nec telum quod mittere poſſet in hoſtem
C onſpiciens, dextra in pugnam tendebat inermi:

Vis ea diuino demiſſæ a ſanguine Proli.
Iupiter extemplo Natum miſeratus ab aura
Saxa pluit quibus armatus fera monſtra peremit.
Herculeæ in campis ſignum memorabile pugnæ
Reſtat adhuc.ſaxis late loca grandibus horrent.
Sexta rubeſcentes radios aurora per vndas
Sparſerat & vento mare vela vocabat eoo
Cum procul a dextra/quædam contermina Cœlo
Alonge iuga proſpiciunt/& in æquore terras
Fluctibus ambitas verſus mauruſia regna.
Ecce Pyrenæi clamat Nauarchus ab alta
Puppe apices.hic extremos hiſpania campos
Inchoat/& longe in fines fugit vſq; Britannos.
Terra armis/opibuſq; potens/terra inclyta toto
Orbe.duæ(frontem contra lyba vertitæ)terræ
Ecce velut maculæ duplices/balearica regna
Argolici dicunt/populis habitantur iberis.
Finierat.Cum Democrates ſermonibus ora
Sic iterum ſoluit.Genus hoc Leonice vagatum eſt:
Et varios caſus ipſum quoq; & aſpera ſenſit
Sidera.mortales eadem complectitur omnis
Conditio.aduerſis fiunt regna inclyta rebus.
Gens hiſpana igitur caſus longe ante Sicanos
Et prius Hippotades q̃ ſceptra teneret in vndis
Aeolus æolijs,nondum Cyclopibus ætna
Nota erat,Antiphate nondum mala venerat ætas,
Seditione graui rixiſq; agitata Colonos
Finibus eiecit patrijs,& in æquora miſit
Illi autem longis inuecti nauibus omne
Ionium ægæumq; fretum ſulcare coacti
Trans phrygas & Thraces per mille pericula tandem
Littora venerunt ad pontica:regnaq; Colchos

Inter & Armenios pulſis cepere Colonis.
Et fecere ſuo terris cognomen ab amne.
Subdidit Endymion Rhodius Cleobulica proles.
Herculeam qui ſe ſobolem iactare ſolebat.
Sunt & qui memorent poſt diruta mœnia Troiæ
Laomedontiadem Teucrum genitoris ob iram
E patria pulſum veniſſe ad littora tandem
Heſperiæ/dictamq́ ſuo de nomine Teucram
Hoc vrbem ſtatuiſſe ſolo: gentiſq́ relicta
Parte ſuæ procul ad Cyprios annaſſe penates.
Ac poſuiſſe nouam Salamina in finibus illis.
Continuo Eudoxus magni ſcrutator olympi
Qualis auis quondam/cauſas qui ſcripſit & annum.
Legimus heſperio poſitas in littore gades
Phœnicum genus eſſe/ſuis quod ſedibus olim
Fugit/& extremo poſuit ſibi mœnia mundo.
Verum a finitimis cum vexarentur Iberis
Conduxiſſe ferunt miſſos ab origine eadem
Ac ſibi congeneres vſq́ a Carthagine pœnos:
Quorum ope rixoſos agerent de finibus hoſtes.
Hæc via prima fuit pœnis in iberica regna:
Quæ illecti meliore ſolo dum ſubdere tentant
Exciuere Italos romanaq́ protinus arma
Iam ſemel/ac rurſum/ſi veri nuncia fama eſt/
Nunc excire parant arſuræ incendia Byrſæ:

F I N I S.

E r varios caſus ſic alternantibus ibant
P C olloquijs : cum mox aliũ videre ſuperbo
Vertice porrectũ pene vſq; ad ſidera mõtẽ:
Tũ maria,et terras,ſcopulos,et littora do-
R ector ait tantã hãc molemquæ nubila trãſit (ctus
I ndigenæ Iouis appellant/quia ſacra Tonanti
T empla gerit/montem/quo relligioſa quotannis
D ona ferunt vrbes/& qui maris æquora verrunt.
R ex pius audito raptim Ioue ſurgit/& ora
V erſus ad aereas rupes Bone Iupiter inquit
A uſpicijs cuius legimus freta/quærimus arua/
A c fatale ſolum/Scis quid promiſeris ante
Chaonio in ſaltu/tua Numina ſancta precamur
H ic quoq; ſumme Deum profugam ne deſere gentem.
T alia Dux.ſubito Celſi de vertice montis
N aſci ignem videre omnes/ſiduſq; coruſcum
C reſcere in ingentem flãmam:cœloq; volare
I nſtar auis/ferriq; procul per nubila:demum
S tare Valentine ſuper arua virentia terræ.
O mnibus hoc ſigno ſupplex immiſſa repente
R elligio/ſe ſubmittunt/ac Numen adorant.
I ſta terapnæus mirans oſtenta leuatis
E uridamas oculis nam ſomnia doctus & omnes
D iuinandi artes erat a Iuuenilibus annis/
T aliter horrendæ narrat miracula flammæ.
O Comites nobis bona Iupiter omina monſtrat/
I upiter omnipotens qui æqualiter omnibus oris
R egnat/& eſt miſeris Numen mortalibus æquum:
F lamma ſitu terras vbi ſurgant mœnia ſignat.
Q uod vero minor orta ignem ſe effudit in amplum/
A ugendam late gentem ꝙ ſplendida lucem
C reuit in immenſam/noſtra de ſtirpe Nepotes

S ignificat fore præclaros/in nomen ituros
P erpetuum.Dum ſic fatur/res mira/ tetendit
I gnis ad Oceani fines duo brachia contra
L ittora Cimbrorum:caudam mox tendere viſus
Q ua via per gallos venit altæ ad mœnia Romæ
T rans iuga/& excelſam radijs tranſire Pyrenem:
V iderunt hucuſq; iubar/ ſi forſitan iuit
L ongius/infirmo mortalia lumina viſu
N on valuere ſequi/tandemq; euanuit ardor.
T um rurſum Eurydamas.o fortunate Laconum
D ux Leonice nepos magni Herculis aſpice ſacræ
Q uod tibi in Epiro dudum cecinere Columbæ/
I upiter hic rurſum cœleſti enunciat igne
I bit ad extremas noſtrum pars maxima terras/
I bit & ad gallos/italas migrabit ad oras.
T alibus Eurydamas in ſpem certam erigit omnes.
L ætior augurijs Diuum leonicus & omnes
Q uotquot erant in claſſe viri deſcendere in agros
H eſperiæ/explorare locos/& diſcere gentem
C onſtituūt.Duo Democrates ſeniorq; Lycophron
A rgolicus miſſi vicina per oppida pacem
Q uærere & hoſpitium. Tum regem hiſpania nullū
F orte habuit:gentes in libertate trahebant
T ranquillos ſine marte dies/res gentibus illis
R ara/ quibus ſemper ferrum & certamina in vſu
L ecti oratores multa cum pube ſuorum
R e ſuſcepta abeunt:circumpoſitaſq; per vrbes
H æc mandata ferunt:ſeſe genus eſſe Laconum
V i armorum patrijs depulſum ſedibus / iſta
A uſpicijs Diuum veniſſe ad littora tandem.
P acificos ſeſe non vi/non fraude penates
Q uærere/telluris tantum ſe poſcere/ q̄tū

V rbs velit/vrbs leges obſeruatura/deoſq;
P ræterea eſſe ſibi regem quo iuſtior alter
N on fuerit/poſtq̃ fratres Rhadamantus & ingens
I uſticiæ cultor Minos iuere ſub vmbras.
A ntiquo regem demiſſum a ſanguine magni
H erculis in toto qui monſtra peremerit orbe:
N ec ſibi ſed populis ſolitum regnare/Deorum
C ultorem/belli inſignem/paciſq; magiſtrum:
V t pote qui ſpartæ genitus/qui ſancta Lycurgi
I ura puer tulerit: cui ſit placabile: & æquum
I ngenium/patribus ſocium/plæbiq; parentem.
T alia narrantes caſu venere Saguntum.
C ontinuo Ciues poſtq̃ didicere Laconum
E ſſe genus/regemq; ſatum de ſemine Diui
H erculis/aſſurgunt omnes/& in oſcula tendunt:
E t fletum elicuit pietas/mox talia fantur.
S i fortuna fuit vobis aduerſa Lacones
G ens Auguſta/ſolo dum vos eiecit auito
P roſpera in aduentu tali (deponite curas)
E ſſe parat: vobis factum ſatis. omnia nanq;
Q uæ tunc ſurripuit vobis bona/reddidit vrbis
H uius in ingreſſu. vobis hæc mœnia/vobis
A ccipite has animas: & nos a ſedibus illis
V enimus Alcides nobis hanc condidit vrbem.
N oſtri Ataui Comites eius/quos legerat ipſe
S parte Argis/fidens tales excellere bello.
V iuimus auſpicijs eius. Sub Numine tanto
C reuimus his agris. rerumq; opulentia nobis
M axima. per noſtros fruges vberrima campos
V os etiam ditare poteſt. Communia iure
A rua/quibus cõmune genus: ſuccedite veſtris
M œnibus audenter. veſtris ſuccedite rebus.

S unt & in his pleræq; aliæ regionibus vrbes
Q uas poſuere olim grai: cum rumor ad illas
Venerit aduentaſſe nouam Lacedæmone gentem
O ccurrent læti hoſpitibus dona ampla ferentes.
X antippi auſpicijs veſtri ſpartaria quondam
C ondita in his agris. At mox ab Amilcare Pœno
Q ui vobis infenſus erat deleta receſſit
I n nihilum: & noua Carthago ſurrexit eodem
Q uo ſtetit illa loco: ſed mox deletus Amilcar
V indice Xantippo ſoluit pro crimine pœnam.
H ic a gente Numæ veniſſe Nummantia fertur:
V nde deum memorant ſortes poſt plurima quendam
S æcula venturum/Romam qui vendicet vrbem.
E t premat imperio terras/ac iudicet orbem.
S unt Abdera labor thracum: cernetis Iacchum
B acchi opus antiquum. veſtras veniſtis in oras.
S ic fati inuoluunt plauſtris ampliſſima Regi
D ona cados Bromij grandes/cereremq; quadrigis
I mpoſitam/tauroſq; decem/pernaſq; Suillas
G rande onus/ac modo deductos a matribus agnos,
M iſſi etiam qui certa ferant mandata ſenatus.
D umq; ea tractantur, profert de claſſe Iuuentus
C um Duce & annoſis patribus veſtigia longa
T arda mora: & plantis vadunt titubantibus omnes:
V iſaq; ſub pedibus tellus nutare. ſubintrant
I ugera: pretentoſq; marinis fluctibus agros.
N aturam Geniumq; loci, florentia rura
C ollibus ex altis riuos potare cadentes,
E t iuga proſpectant baccho vernantia, oliuis
C onſita paulatim molli ſe attolere cliuo.
C unta probant, mirantur/amant: ſua regna videntur
S ortiti, & poſitas alio ſub ſidere Amyclas.

Montibus arcetur Boreas: exponitur Auſtro
Tota vligneis tellus vberrima glebis.
Etiam cum Xenijs aderant ex vrbe ſagunto
Ordine legati longo pompaq; frequenti,
Dux redit ad naues reptans, veſtigia longo
Lenta mouet paſſu, meditans. Et vt agmina ſenſit
Continet extemplo greſſus: ac munera & ipſos
Ore ſaguntinos alacri, & regaliter alto
Suſcipit affatu laudans, pauciſq; ſubinfert.
Veſtra Saguntini pietas nos omnium egenos
Errantes, toto orbe vagos ad littora veſtra
Augurijs Diuum appulſos, tam comiter, atq;
Magnifice accipiens caſus ita frangit acerbos,
Vt videar ſpartam, non aduentaſſe ſaguntum:
Vt fatear nulli æque hominum debere Lacones.
Quod ſi promiſſa dederit conſiſtere terra
Iupiter/& noſtri generis Tirintbius Autor/
Omnes officij memores in ſæcula tanti
Longa erimus/quantum noſtros durare nepotes.
Fata ſinent/factoq; magis perſoluere grates
Quam ſermone animus. Sic Dux. Tum protinus illi
Dimiſſi patriam vertunt veſtigia ad vrbem.
Grata reportantes adſunt reſponſa Lycophron
Democrateſq; ſimul. populis miſerantibus orbam
Hoſpitio gentem tellus concorditer Vrbi
Eſt data condendæ: populum qui paſcere poſſit
Eſt conceſſus ager. rebus feliciter actis
Illa dies merito patrijs eſt addita faſtis.
Mœnia iam ſacris ſolenni more peractis
Et Ioue placato ſulcis metantur/& vrbant.
Rex operi incumbens capit Eurydamante magiſtro
Auguria. & munita magis loca deſtinat Arci.

C uria/templa/viæ fixis ſignata per agrum
E t fora ſtipitibus/curuo loca facta Theatro
P orticibus ſcriptis: ſignant & in æquore portum.
O mnia quæ veterem norant docuiſſe Lycurgum
O bſeruare parant/ſacros ante omnia ritus/
A tq́ꝫ deos immortales/componere mores
O cia ſegnitiemq́ꝫ procul depellere/legi
V t ſuperis (etenim leges a Numine Diuum
P roueniunt) parere. nefas reſtringere duris
S upplicijs. partiri omnes æqualiter agros
L imitibus poſitis/& opes augere colendo
N on furto non inſidijs/non viuere rapto:
E t ſi viſus erat concædere furta Lycurgus.
N il ſomni cauſa Iuuenes ſubſternere. cultus
O mnibus æqualis. toto ſatis omnibus anno
V na chlamys. cœnare palam. pulmenta iuuentæ
I nterdicta: nefas aurum ſignare/nomiſma
C udere. Connubium fieri ſine dotibus vllis.
C aſtigare nouam ætatem: ſeniumq́ꝫ docere
N on fulgentem auro colere: obſeruare parentes
I eiunare: ſitim ad gelidos reſtringere fontes:
F ronte pati brūmam nuda/pede frigora nudo:
E t ſub ſole dies ſudando abſcondere longos:
R uri inter ſulcos pubeſcere: magna natatu
F lumina/precipites aditus tranſmittere ꝑ ſaltu:
F ulgentes capiti galeas/haſtilia dextre
I nſerere, & thoraca humeris: celeremq́ꝫ ſagittam
M ittere/declinare ictus/hoſtemq́ꝫ ferire
C autius: hiſpanæ certamina diſcere fundæ:
E t loro dare vim ſaxis: frenare ſuperbum
Q uadrupedem/venari apros/haſtilibus vrſos
F igere: veloci Dammam preuertere curſu:

Mortem ignominiæ preponere/vulnera tergo
Nulla pati/hoſtilem non formidare tumultum.
Non bellis inflare tubas/neq; cornua,tanq̃
Præcipites factura animos/tibicine martem
Incipere,ac leni & modulato prelia ſenſu:
Et per bella ſagis velare rubentibus armos:
Non legere Ephoros:patrijs de legibus vnum
Hoc eſt poſtbabitum:Quoniam lacedæmone rixas
Sæpius excierat:bellumq; accenderat intra
Mœnia:& ingreſſum dederat ciuilibus armis.
Indigenæ ſanctos mores generoſaq; corda
Intuiti graios adeunt,& fœdera iungunt.
Mutuaq; allatis ineunt cõmertia rebus.
Euadunt gens vna breui:connubia tractant:
Vna omnes celebrant ludos:conuiuia ponunt
Aedificantq; ſimul,gaudetq; exurgere muros
Tectaq; non minus hiſpanus q̃ doricus hoſpes.
Igne coquunt lapides:voluunt ad mœnia ſaxa,
Importantq; trabes:fodiunt ſola,marmora quadrant,
Vt membris formica animal breue,viribus amplum
Præualidumq; animis ſubter caua tecta vehendæ
Dant operam annonæ,duriſq; laboribus omne
Dum varias fruges terit area,dum fauet æſtas
Tempus in hyberno pergunt conſumere victu.
Sic noua concordes ſudant ad mœnia turbæ.
Talibus auſpicijs vrbs eſt fundata:breuiq;
Creuit,& a populis cœpit Leonica vocari.
Mox vbi creſcenti data ſunt primordia regno
Rex memori voluens animo quæ templa Tonanti
Vouerat in ſacro ſaltu,trans æquora claſſem
In Libyam properare iubet,Latomoſq; repertum
Marmora per Numidum rupes,& per iuga Maurũ.

Ex Atlante vehunt Citros/regalia quondam
Ligna/Cypreſſorum præſe ferme ora ferentes.
Palma venit/montana abies deſcendit in æquor
Et Tiliæ nemora/& ſyluas populantur aceruas:
Materiam templo clariſq; penatibus omnem
Accumulant: magnaſq; rates ad littora vectant.
Sculptores quos fama probat/quos gloria maior
Prædicat/ex libia/ex gallis/ex vrbe ſagunto
Rex vocat ac preclaro operi prefecit Amyntam
Oebalium/qui templa Epheſi/qui Mauſolæum
Qui Pharon & turres monſtrantem Cyzicon altas
Viderat: ac ſtructuræ oīs perceperat artem.
Hic ergo inuigilans operi procera columnas
Fulcra parat/quaſdam æquali cute dedala tornat
Cælatura/cauat quaſdam: ducitq; canales
A pede productos ad ſumma cacumina recto
Limite/diffundunt ederæ veſtigia circum
Ima Corymbiferas ſpargentia brachia frondes.
Subiectæq; baſes latum elabuntur in orbem.
Sunt quibus inſculptæ vites pendentibus vuis
Mille ferant volucres/prono hæc petit ore racemos:
Elleuat illa caput protento ad pabula collo.
Altera ſe roſtro ſcalpens ſoli obijcit alam:
Nec Picus/nec pica deeſt/non Pſitacus ore
Garrulus incuruo/non crure Ciconia longo.
Hic auis eſt quæ ſi totos inſpexeris artus
Ifterus eſt/croceo ſolum fraudatur amictu.
Sculptor enim rerum formas de marmore ducit
Sed nequit innatum rebus prebere colorem.
Hic ſedet & modulos ſecum meditatur Achantis.
Cui comes eſt prognæ necnon celeberrima dulci
Voce ſoror: guttur plumis ſurgentibus inflat

O'ſq; aperit. dicas ſtudio geſtire canendi.
I nnumeræq; aliæ volucres/quæ ſtagna frequentant:
Quæ per rura volant: Sed cur ego tempora perdo?
S ingula connumerans? doctus facit emula veris
E uentu felici opifex/per marmora ludit
O mnia quæ fertur Phradmon finxiſſe Myronq;
Mentor/& Alcamenes/aliiq; illuſtria quorum
N omina non audet veniens abſcondere tempus.
S ub pedibus faciunt Abacos/Pantheres/Hyene/
I ndica bos/Elephas prono ſola pectore calcans:
Lynces/Apri/Taruſq; iacens in pectus & aluum/
E t proſtratus humi Primos Leo porrigit vngues
O ſq; leuans oneri latos accomomdat armos.
S pe laudis faber accenſus molimine magno
I am leuat & ſolido grandes iugat ære colūnas
A c ſuper immani(fallunt ſublimia viſum
Culmina)cōuexa incuruat teſtudine cœlum/
Sideribus'cœlum inſculptis/& imagine multa
P icturatum. Illic Aries & cætera mundi
A ſtra vagi/quæ ſol vertenti circuit anno.
P ræſertimq; Iouis genus inter ſidera miſſum.
B acchus & Alcides/& amatæ pignora Lædæ.
T otaq; progenies Cœlum ſortita Tonantis
C ircūfuſa thronum. ſolio ſtat iupiter alto
F ulmen habens dextra/maieſtateq; tremēdam
T errigenum populis totiq; oſtentat olympo.
I llic aſtra poli contraria. Circulus illic
L acteus/& quicquid Memphis/Babilonia quicquid
N octe ſerenato potuit deprehendere Cœlo.
S acra quoq; in templi Cilio exteriore locauit
V eſtibulum ſupra/procul apparentia/rerum
S igna futurarum/quæ in Relligione minari

Multiplices caſus memorant cœleſtia docti.
Finxit enim cum Saturno, cum ſidere Martis
Cum Titane Iouem, cum Lucifero Cythereo/
Cum puero Maiæ, noctis cum principe Luna,
Quæ modo plena meat, mō cornibus ambulat hauſtis
Et ſuper aerei ſtatuit pinnacula templi
Pana Deum Naturæ olim per achæa vocatum
Regna figurantem difformibus omnia formis:
Signaq; ſubuaſro taxantem myſtica nutu.
Et ſaxum prope Pana expers ſculptoris & artis
Collocat ad dextram: noſtro cui terminus ore
Nomen ineſt: magnum venturi temporis omen.
Sacra, ſacerdotes, aras de more Laconum
Inſtituit: bobuſq; dicat noua templa litatis.
Vt tellure ſeges pingui ſata ceſpite multo
Luxuriat votis bene reſponſura Coloni
Semen Ageſilei paucis ita fronduit annis.
Et iam Spartanis non ſunt ſatis omnibus vna
Mœnia propterea Regis duo pignora miſſis
Sortibus (antiquo mos hic inoleuit ab æuo)
Tranſmigrare, nouaſq; alio ſubſole coacta
Veſtigare domos. Sic miſſa Colonia duplex.
Vna per Herculeas Euro aſpirante columnas
Qua leuat in cœlum Caput hinc tarteſſia calpe,
Inde Abilæ vertex, libycis vbi terminus oris.
Dux primæ bellator atrox Eluacus, ad annos
Iam veniens fortes, & pro lanugine barbam
Nigrantem incipiens mento proferre. Secundæ
Nomen habens a gente Lacon: & ſi minor æuo,
Non tamen ingenio, nec ſtrenuitate, nec armis.
Qui conuertit iter verſus Cantabrica regna:
Hos de quinq; duos iuſſit diſcedere natos

V t mandaſſe deos ſuperos & fata videbat/
I am ſenio pater incuruus/Iam ſegnior annis.
C um geminos igitur fratres iam ſciret ituros
H unc pelago hunc terris/ſic eſt affatus vtrunq;
I nnitens ſolio aurato: Mea dulcia fratres
P ignora/non ego vos genui terreſtribus agris
S ed Dijs atq; Ioui. fruges vt arata Colono
D ebet terra ſuo/Sic nos quaſi viua Deorum
P rædia nos ipſos debemus & omnia Diuis.
V os igitur Nati ſuperis deuota propago
E ſte deum memores. ipſi dominantur olympo/
I pſi Erebo: nobis etiam cum gignimur/adſunt.
Q uicquid ineſt homini certum eſt opus eſſe Deorum.
S aturni lachrymæ: Iouis eſt genitiua facultas.
M ars animum. Phœbus viſum facit. Illa libido
Q uæ trahit incohitum, Veneris. facundia linguæ
M ercurij. Somnus Lunæ. Et quæcunq; putantur
S orte dari/diuorum opus eſt. Dat Iupiter aurum
R egna/magiſtratus. Sed quid per ſingula Curro?
O mnia diſpenſant. Igitur ſuper omnia Diuum
C onciliandus amor. Nitendum inſontibus actis.
P lacat enim ſuperos (melior nulla hoſtia) virtus.
A ſt odere virum ſine relligione cruentum
E latum/delatorem/vaſrum/atq; rapacem
L iuidum/& Aſphalti redolentem infame bitumen.
D iui etiam pelagus/ventos/elementa gubernant
O mnia/nec ſine dijs locus eſt. hic Iupiter æque
A c Pylij Orchomeni/Thebis/Lacedæmone/ & Argis.
P ropterea ſeruare hominem tutela Deorum
S iue colat terras/liquidum ſeu nauiget æquor/
S ola potis/nec per noctem gradientibus aſtris
F idite nec ſorti. ſolis ſed fidite Diuis.

V os tamen eſt neſcire nefas/quæ ſeminis Author
T raddiderit noſtri nobis Tirinthius olim.
S cilicet in primis a poſteritate colendum
E ſſe ſua ſuperum quendam/qui terminus ore
D icitur auſonio. Deus hic in ſæcula fertur
V ltima venturus/renouaturuſq́ Deorum
O rgia/& inſolitum iubar eliciturus olympo.
N eu taceam quæ nos ſancti docuere parentes/
P ars homini duplex. Vna ex tellure caducam
C orporis in molem veniens/diffuſa per artus
M ortales. hæc ingenium ſortita ferarum
N il ambit niſi terrenum/turpe/atq́ nefandum.
H inc ſcelus/hinc ſcelerum mater famoſa voluptas:
C ui neq́ de Diuis/neq́ de virtutibus vlla
M entio: more ſuum ſemper cœno humida ſordet.
A ltera cœleſtis ſublimi in vertice ſedem/
E t ſacram ſortita domum. ſubiecta gubernat
C orpora/terreſtremq́ animam/quaſi rector in alta
P uppe ratem/quaſi ſeſſor equum: Cum venit olympo
I upiter hanc docuit quo ſint cœleſtia cultu
N umina digna/quibus celebranda altaria ſacris
M ortales quæ iura pati/quas pendere pœnas
S acrilegos opus eſt/quæ ducere debeat inſons
P ræmia: & hæc diuis ſimilis contraria lentos
A d ſtudia inflectit ſenſus/vt inutile quoddam
V ulgus agens/primum violenter: at aſpera poſtq̃
P aulatim abraſa eſt feritas/mandata ſequuntur
S ponte ſua. tantum valet ars: & iuſta colendo
C onſuetudo animis hominum/natura miniſtrat
P rincipia. ac media ac fines oriuntur ab arte.
H anc moneo Nati (ſic veſtra monebitis olim
C um Deus & grauior patres vos fecerit ætas

Pignora vos etiam) Venerari addiſcite patrem
Atq; ſalutares monitus audite Deorum.
Nanq; deos habet authores: Dijs omnia ab ipſis
Traxit: & vtuntur magni hac interprete Diui.
Regia progenies eſtis de ſanguine Diuum
Proueniens: quem Dij cupiant regem eſſe docebo.
Inter aues præſunt Aquilæ: inter bruta Leones
Quod membris valeant/animiſq; ferocibus auſint.
Inter mortales autem Prudentia regnat
Et pietas, & quæ partit rite omnia Virtus
Cuiq; ſuum tribuens/& quæ ſcit dura ferendo
Vincere/& hoſtilem bello infrenare tumultum.
Nec ſatis hæ/niſi quæ ventrem/Veneremq; ſubacto
Temperat affectu/ſimul & quæ temperat iram/
Quæ contemnit opes/& quæ inter verbera dextram
Contrahit humanos miſerans Clementia caſus/
Aſſideat: Diuiſq; hominem cœleſtibus æquet,
Adde fidem, quæ dicta facit, quæ fœdera ſeruat
Adde ilares vultus, animiq; affabilis ora
Rem populis gratam/& momenti in principe magni.
Rex eſt/iudicium cuius cõmuniter omnes
Ferre velint/q; ſit cunctis mortalibus æquum.
Fucus apum non Rex/qui non ante omnia fertur
In cõmune bonum. Cordi quibus eſt ſua tantum
Vtilitas/inuiſi Erebo cœloq; Tyranni.
Rex opibus/Rex vitæ hominum, Rex parcit honori.
Ipſe in fata feror curis confectus & annis.
Vos quibus eſt ætas melior, curate nepotes
Et ſeruate genus. ❡ Grandi eſt ſine crimine nomen
Præſidio inter mortales. innoxia, nulli
Tam crudum os, quod non faciat placabile fama:
Mens hominum meritis emitur. benefacta ferarum

E mollire valent animos: ſic ducite vitam
N e cum fata volent/pudeat ferre ora. Deorum.
Q uando erimus ſimul ante Iouem: Nā vos quoq; nati
S tare opus eſt olim ante Iouem/morū improba ſi vos
A rguet impietas/ego vos genuiſſe negabo/
S ed fore ſuppoſitos/alioq; ex ſemine partus/
N on de ſtirpe Deum/magno nec ab Hercule ductos
C auſabor/generi virtus innata Laconum eſt.
I te bonis igitur quos vos reſponſa Tonantis
I re iubent Nati ite auibus/fortuna/Deuſq;
F auerit inceptis: & qua conſiſtere terra
D ij dederint/Dij nāq; dabūt/nec Iupiter ipſe
V ſq; aberit/quo ſint etiam communia nobis
G audia de rerum euentu mihi nuncius adſit.
A nxius interea digitis labentia mecum
T empora dinumerans nocteſq; dieſq; manebo.
T alia cum natis Senior mandata dediſſet
N omine quemq; vocans proprio procedite Nati
D ixit: & extendens vlnas complectitur ore
C ernuus incano: lacbrymiſq; dat vltima obortis
O ſcula. diſcedunt Iuuenes: ſua quęq; ſequuta
A gmina: per campos iter his. Illi æquora ſulcant
R ex pius & teneris ſemper Leonicus ab annis
O bſeruare deos ſolitus/iam grandior æuo
E t poſitus longæ ſupremo in margine vitæ
C um nocturna quies aliquando aggreſſa iacentem
I ſſet in auroram/viſus ſublimia templa
C ernere (quæ vaſto æquarent curuamine cœlū
I ngreſſuſq; fores magnū ſpectabat inane
V ndiq; parietibus multo fulgentibus auro
C æruleaq; ſuper clauſum teſtudine/ & alto
C ulmine/quod varijs luſtrent ſplendoribus aſtra.

Pendentemq́ꝫ virum vacua miratur in aura
Cui niue candidior mento/cui vertice pendet
Concolor argento latos coma fuſa per armos/
Cui toga gemmarum radijs ſcintillet ad imos
Fuſa pedes. os quale iubar Titanis ab vnda
Oceani cum mane leuat vultum igne rubentem.
Os procul apparens vnum/quia lumina grandi
Luce repercutiens viſum impedit: vt prope fixis
Cernere fas oculis/triplex ſe oſtendit imago
Indiuiſa: volant tenues per inania formæ:
Et Capita ac genua ante ſenis veſtigia curuant
Audet: & accædens animis conſiderat altis
Singula. ſpirituum videt agmina magna volatu
Aereo ferri ante ſenem/fieriq́ꝫ theatrum
Grande ſinu immenſo: cui mille ſedilia circum
Aurea/& in medio ſpacium vitrei maris inſtar.
Talia miranti ſpecies occurrere viſa
Stareq́ꝫ/& aſpectu ſic regem affata benigno.
Rex ſpartane tuis forſan regionibus vnq̃ꝫ
Tale aliquid vidiſti oculis mortalibus? Ille
Nec vidi/nec poſſe inquit toto orbe videri
Crediderint. ſed fare precor. Num Iupiter hic eſt
Quem video tanta cum maieſtate leuatum
Nec ſolio inniti/ſed inani incumbere vento?
Hic Deus hic rerum eſt opifex/hæc intima magno
Mens operi/reſpondit. Vti mortalia membra
Viuificant animæ/ſic & Deus omnia quæ ſunt
Suſtinet ac ſeruat. tolle hunc/quæcunq́ꝫ Videntur
Suſtuleris. ſicut cum mens e corpore fugit
Corpus it in cineres. hic eſt quem Pana vocari
Forſitan audiſti graias aliquando per vrbes.
Terminus hic idem: ſigno quem Roma triformi

Fingit &.ω.magnum quondam dicetur & Alpha.
Mira tibi efabor:tuus eſt cum manibus orci
Iupiter: & veſtri quot habent altaria Diui
Tum viſus meminiſſe horum quæ dixerat olim
Prouidus Eurydamas Latiæ prope littora Romæ
Heu grauis ex alto ducens ſuſpiria corde
Rex ait:impietas nobis mortalibus ergo
Ingruit/ & turpis tam longi temporis error.
Quo nam igitur pacto ſcelus hoc inoleſcere tantum
Fert Deus? eſſe rati diuos ſimulachra litamus
Sacra illis libanda Deo. ſi fallimur ipſi
Vos ſuperi illuſo cur non ſuccurritis orbi?
Spiritus/hanc vobis cauſam mortalibus inquit
Scire nefas: vt enim tellus habitacula vobis
Impartitur/ita ſatis eſt cognoſcere terras.
Verum tempus erit/quo cum Ioue tota Deorum
Progenies aras/ & templa/ & nomina perdet.
Hanc deus etatem Cœlo dimittere dudum
Cogitat: hos ordiri annos feſtinat olympus.
Huc ideo ex toto diuos pater euocat orbe:
Conciliumq; hominum pro libertate frequentant.
Veni ego pro Heſperijs: teq; & tua pignora noui.
Nos omnis regimus terras/ & iuſſa Tonantis
Exequimur: diuis etiam q̄ plurima veſtris
Aſſentimur/vti nobis deus annuit. Ille
Ille vides? magno ſedes cui proxima Patri?
Rex ſolyme/ſub quo legem Philadelphus hebream
Tranſtulit/indicium nequaq̄ exile futuri
Temporis: atq; noui ſignum memorabile ſæcli.
Nam deus ingenijs hominum innoteſcere ſenſim
Incipit: & ſinit in gentes ſua dogmata ferri.
Qui ſequitur/Syrie princeps. Memphiticus alter

A lter Arabs, Quintus qui perſica regna gubernat:
Sextus habet Medos. Tiriæ Carthaginis arua
S eptimus Aeoliam/Cares/Aſiamq́ minorem
P roximus: Achæos & achaica littora, nonus:
R oma ſubeſt decimo/numeri ſub limite primo
R oma ſedet. Viden vt vigor eſt in principe romæ
V iuidus. Aſt alijs triſti confecta veterno
O ra cadant? Itali ſurgent: regnoq́ ſub illo
D ij veteres ibunt peſſum: noua ſæcula ſurgent:
I upiter imperium perdet: neq́ iupiter ipſe
S ed vulgata hominum mentiti nomina manes
P roximus heſperiam gentem regit/atq́ britannos.
A ethiopes. alius Pontum armenioſq́ Colonos
V ltimus. Expectant & qui germanica regna
E t qui ſarmaticas procul vſq́ ad littora gentes
T emperat: atq́ alios quibus inſulæ & æquora ſubſunt
O rdo alius regnis imponitur. omnia in vnum
S unt redigenda. cadent Reges orientis & Auſtri.
S e deus ad Tyberim tranſfert. Romæq́ triumphos
D eſtinat/inſtituit rerum caput eſſe latinos.
T uq́ faueto Italis. faueat genus omne tuorum.
E merſura breui flagrantia bella per orbem.
C oncurrent italis Libici/& delebitur ingens
S idoniæ Didonis opus. delebitur omne
S emen Alexandri: nec erit niſi Roma per orbem.
I pſa quoq́ in ſenium vergens patietur ab hoſte
M ultiplici varias clades/ſed maxima ſurget
A tellure Lues Arabum. Cum vana ſuperbum
R elligio caput attollens dominabitur Aphris
A tq́ Aſiæ populis/quot ſunt Euphratis ab amne
V ſq́ ad phaſiaci glacialia littora ponti.
I ſta quoq́ heſperiæ clades populabitur oras

Sed tamen Aſturiam ſeruare licebit/& omnem
Cantabriam/pelagi quam verberat vnda Britāni/
Progeniemq́ tuam/quæ tempeſtatibus illis
Haud minimam preſtabit opem: Nam magna nepotes
Bella gerent veſtri pro relligione Tonantis,
Et pro relliquijs regum patriæq́: nec vlli
In genus illud atrox ibunt melioribus armis.
Sors tamen illorum multis erit inuida, magnum
Ablatura decus terris: Nam ſæcula ſurgent
Bruta, oblita bonas artis, & neſcia laudem
Reddere virtuti, & famam celebrare virorum
Nam bene de patria de relligione merendo
Nomina nulla ferent. generans obliuia tempus
Inijciet claris illorum laudibus vmbram.
Nec tamen idcirco minus ad preclara laborum
Geſta ferant: ſtudeantue minus ſublimibus auſis:
Nam licet in terris & apud mortalia regna
Langueat interdum: tamen hic ſua premia virtus
Semper habet nulli fato nulli obuia ſorti.
Vltima ſæcla dabunt veſtro de ſanguine quēdam,
Qui velit ex longa maiorum nomina nocte
Aſſerere, æternamq́ atauis inducere lucem.
Felix, ſi poterit votorum euadere compos.
Talia ſopito cernebat ſomnia ſenſu,
Cum ſubito euigilans quaſi quædam oracula Diuum
Viſa recenſebat ſecū: nec tempore ab illo
Ad ſimulachra Deum voluit libare: Nepotes
Cuncta docens. Senio tandem conceſſit & annis.
Et iam tranſierat fauces Eluacus apertas
Aequoris Herculei, qua ſe via ſolis in altum
Cum cadit Oceanum, ſublimi inclinat ab axe.
Tunc Athamas patria Argiuus, regumq́ ducumq́

Geſta tenens animo memori/ſic protinus orſus/
Dux Eluace nepos magni Herculis ab Ioue Diuum
Principe demiſſi nomen tenet Herculis iſtud
Aequor adhuc/quod in has fauces victricia ſigna
Tranſtulerit quondam ſubigens duro omnia marte.
At ſunt qui noſtro cognomen ab Hercule ductum
Eſſe negent: aliumque velint hoc nomine dictum
A/Pharaoniacis veniſſe per æquora terris
Littora ad hæc: ſimilique errorem a nomine natum.
Vtque fidem faciant/templum eſſe in gadibus aiunt
Herculis in quo ſint ſimulachra ægyptia/Oſiris
Iſis/& Arpocrates/ac cætera Numina gentis
Eius: vt interpres Diuum latrator/& Apis.
O Athamas Eluacus ait Tirinthia proles
Poſſidet hoc dudum decus: hæc in ſanguine noſtro
Gloria conſenuit: ſine re celeberrima fama hæc
Nec potuit naſci/nec tanta in ſæcula duci.
Quod ſi forte huius fuit vnquam nominis heros
Alter ad has vectus terras/cui templa dicarit
Angulus hic/alijs certe nondum agnitus oris
Exulat ex toto tanquam procul orbe fugatus.
At noſtrum ſonat omne hominum genus: Ipſe gigantes
Ipſe domat Lapithas/atque agmina Centaurorum.
Ipſi tura cremant aræ Libycas per harenas/
Atque per Europam/per littora Gangis/& Indi.
Nilus & Egyptus placeant ſibi. Græcia certe
Clarior ingenijs/opibus/facundia/& armis.
Quod ſi quem decus hoc noſtrum qui polluat vſque
Repperero/dextra hac faciam me intelligat ortum
Ducere ab Alcidæ/non ſordido ab Hercule quodam.
Talia Dux. Cuncti Comites Athamaſque fatentur
Herculis Argiui miſſam vltra ſidera famam.

E t quæcūq; alio memorentur ab Hercule facta
E ſſe leues nugas: quas vaniloquentia turbæ
N iliacæ noſtræ confinxerit æmula laudi.
D umq; ea ſermonum multa vice fantur: Ab Auſtro
A ura recens leni veniens ad garbaſa flatu
P roram agit in Chaurum. ducto pede nauita flectit
C ornua, & Antemnas: alioq; arat æquora ſulco,
A/Libe doctus iter. tria promontoria longe
P roſpiciunt dextra, Cuneum ſic nomine dicunt
H eſperij, ſacrum, & magnum, qua ſurgit Olyſpon.
Q ua Tagus immenſi diſiungit littora ponti:
E t qua Nereidum viridis chorus æquore lato
R egnat & includit grauis arua feracia plumbi.
M ox vt conuerſis procul ora britannica proris
E ſt conſpecta, nigris ſubtexi nubibus æther
I ncipit, & flare obſcuro grauis Eurus ab ortu.
N ant magno grege Delphines: dorſoq; repando
A equor arant ſimo captantes aera rictu.
C rudeſcit ſenſim Nereus, & proijcit iram
C um fremitu in maria: & cœlum nigreſcit in vndis.
H eu quidnam Nauarchus ait, parat Aeolus ore
F luctifico? Subita quid tempeſtate minantur
D ij maris & Cœli? Nunq̃ ne iter ire quietum
S ors ſinet? & ſic ſemper erit cito mobile cœlum?
S ancta precor Tethys, Nymphæ oceantides omnes
T uq; pater cui dant veteres primordia rerum
O ceane, ab profugos terra pelagoq; Lacones
A b ſeruate, mariſq; minas auertite, & auræ.
S ic ait: atq; animi compos totam excitat artem.
S æuit hyems magis atq; magis, neq; prehendere terras
F as aliquas rapiente ſalo, qua littora pontum
N ulla tenent, ſed abit ſaliens ſine fine ſub ima

F undamenta orbis/rurſumq́ recurrit ad ortum.
S æpius annixi deponere vela:rudentes
A ura onerat:pugnatq́ manus & fortia contra
B racbia:pendenteſq́ agitat tunicaſq́ comaſq́/
O btunditq́ aures: & verba retorquet in ora.
P ontus & aura ſonant altum:nec Nauta magiſtrum
A udit: & in vultus ſaliens mare lumina vexat.
F luctibus icta gemunt latera inſultantibus:inſtat
P ontus: & aſſurgens puppim leuat,atq́ debiſcens
P ræcipitat.ferri dicas in tartara proram.
T ranſilit vnda rates,& diſſipat æquora ventus
I n pluuiam/quæ aſperſa cadit per tranſtra/foroſq́.
S olliciti ſatagunt omnes:nibil omnia agendo
P roficiunt:vix ſtant pedibus,vix cruribus bærent.
I am nimbi grauis æſtus adeſt.tonat vndiq́ mundus
T errifico mugitu:ardens ſecat aera fulgur
I gniferum:ſtridentq́ illiſi fulmine fluctus.
A ttoniti incipiunt vitæ diffidere: & ægra
M ente bærent/Nimbus,venti,mare/fulmina mortem
S ubijciunt oculis:lucemq́ exterminat vmbra
N ubis/& effundens omnem cœli impetus iram.
N ec ſatis bæc,nebulis erumpere ſaxea grando
I ncipit.& magnos imber duratus in orbes
V erberat exanimos.madidas ad tempora veſtes
C orripiunt miſeri:Clauo proreta relicto
P ellitur in preceps/& agit frons icta cruorem.
I n ventos nimbumq́ putes ruere aſtra/polumq́:
N eptunumq́ deos ſuperos ſe attollere contra.
T unc inſtare videns extrema pericula Ductor
E lleuat os/piceumq́ tuens Eluacus olympum.
I upiter altitonans ſemper mortalibus æquum
N umen ait/tua quæ neſcit clementia finem

E ruat ex tanto Cœliq́ʒ mariſq́ʒ periclo
H as animas: neq́ʒ nos iratum abſorbeat æquor.
N os neq́ʒ Neptuno nati certare/nec ipſis
D ijs ſuperis. ſi fata vocant mittamur in enſes:
P ugnemuſq́ʒ viris/vbi fas & robore & armis
N iti aliquid. ſub marte viros occũbere pulchrum.
S anguine non lymphis madidum decet ire ſub vmbras
B ellatorem hominem/rigidoq́ʒ occũbere ferro
N on pelago nihil audentem/lentum/atq́ʒ iacentem.
O duo Amyclæi Lędæ & Iouis inclyta fratres
P ignora/dij patrij indigetes/ſanctiq́ʒ Penates
E t tu Bacche pater qui fers Minoida ab alto
A d ſuperos. Tuq́ʒ o domitor telluris & vndæ
V nde genus noſtrum Alcide: date fluctibus iſtis
D efungi, atq́ʒ aliquo ſortiri in littore portum.
S ic ait. Extemplo Antennis inſiſtere viſæ
(C aſtores appellant) flammæ felicia Nautis
O mina iactatis pelago: & rareſcere Cœlum
A tq́ʒ ſerenari/pontus miteſcere/venti
C oncidere/& Zephyrus fieri contrarius Euro.
L æti omnes imbrem excutiunt: frontemq́ʒ cruentam
T um demum aduertunt Rectoris & ora tuentur
S aucia: ſtant circum/tepidoq́ʒ medentur oliuo
Q uod bonus Eurytion medicis infecerat herbis
P æonia Eurytion Lydus nulli arte ſecundus.
A ffuit & Bitias/magico qui vulnera cantu
P ellere doctus erat maneſq́ʒ excire ſepulchris.
G eſtit ouans pubes/diſcrimine functa Lyæo
A c Cerere & dulci ſolantur pectora riſu:
V elaq́ʒ ſoluentes conuulſa atq́ʒ humida nimbis
S edulo in antennas Nautæ noua lintea tendunt:
A tq́ʒ leuant tractim nauale celeuſma canentes.

Incuruata ſinu mox vela Fauonius amplo
Porrigit/& celeres adiungit nauibus alas.
Iamq́ꝫ Calidonios ſaltus fineſq́ꝫ Britannos
Tranſgreſſis/aperit pineta virentia magno
Inſula in oceano gallos & celtica contra
Littora/fatidicis olim ſacrata puellis
Quæ nautis ventura canant.huc Eurymedontis
Conſilio appulſi demittunt vela/parantes
Prandia,& ignotæ menſas in margine terræ.
Murmur vt auditum/viſæq́ꝫ ad littora puppes
Inſolitæ/vultuſq́ꝫ noui numeroſaq́ꝫ turba/
Virginei Cœtus cuſtos Phœbiq́ꝫ ſacerdos
Affuit extemplo Dryidum comitante caterua:
Et quo annare velint tranquillo interrogat ore.
Altius intuitus ſenis os venerabile Cani
Eurymedon/genus hiſpanum Sumus inquit/ad oras
Labimur incertas profugi/nihil inſidiarum
Molituri vſq́ꝫ.fatalia quærimus arua
Sortibus admoniti nobis hæc littora circum
Deberi patriam/& condendis mœnibus agrum.
Tum ſenior barbam mulcens in pectora lapſam
Heſperij genus armipotens,Dij veſtra ſecundent
Cœpta inquit:delubra colunt ea Phœbades alta.
Quæ procul apparent:illis ſe infundit Apollo:
Et ventura docet.ſcitari oracula fas eſt.
Vos ideo ad noſtras aliquis Deus appulit oras.
Hæc ait/vt templum maieſtatemq́ꝫ Deorum
Gens verita abſtineat furto/violentia/& armis.
Tum Eurymedon paucis altam comitantibus ædem
Mox adit/& Numen Phœbi inclinatus adorat.
Nec mora Nympharum Antiſtes quæ preſcia caſus
Illabente Deo linguamq́ꝫ in verba mouente

P hœbas adeſt, adytiſq; hominem compellat Achæum
S ic memorans. Lacedæmoniæ non gentis Iberæ
E urymedon ſoboles, tecum eſt Eluacus ab alto
H ercule deſcendens, Ioue quæritis auſpice terras.
C haonio in ſaltu vobis reſponſa dedere
F atidicæ volucres: celſa vidiſtis ab arce
I gnem, & multifidis preſaga incendia flammis.
I bitis ad Cimbros: ſed non ea debita vobis
R egna: reuertentes amnis vada lata ſicābri
I nuadetis. apud Belgas loca debita vobis:
D ixit, & in tecti redijt penetralia Virgo.
T um Senior mirari homines oracula cernens
V eraq; prodentem vultu Eurymedonta loquutam,
S ubiecit. Viden Eurymedon q̄ certa puellæ
D ent reſponſa? priuſq̄ quid quæſiueris, vltro
F ata genus, cauſamq; viæ. manifeſtus in iſta
V oce deus, nec adhuc deſint qui credere nolint
E ſſe deos: dicantq; regi mortalia caſu.
T um Eurymedon, Venerande ſenex nil ſortibus iſtis
C ertius, audiui Lycias: ad delphica veni
L imina. Conſului Delon, nil certius iſtis
S ortibus: ipſa vias, ipſa eſt ſemel omnia fata.
O decus, o cœli lux immortalis Apollo,
D exter ades nobis, & noſtra incœpta ſecunda.
S ed tu ſancte Senex mecum dignabere fari
P luribus. Auditum nobis & fama per orbem
M iſſa diu, dryidas quoſdam regionibus iſtis
D egere, qui Diuos, qui ſint cœleſtia docti
O mnia. de Dryidis ſi quæ tibi cognita, fare.
I pſe inter graios quorum prudentia magnum
N omen habet, genitus Dryidas audiſſe recordor
V iuere apud gallos, & ſcire arcana Deorum.

Eurymedon Senior dixit, cognoſcere poſtq̃
Tantus amor Dryidæ quid ſint, abſoluere paucis
Rem aggrediar. Dryidæ quoddam mortale Deorum
Sunt genus in terris cœleſtia numina agentes,
Semoti a turbis hominum, nemora alta colentes
Vnde & nomen habent, æterna ſilentia ſeruant:
Et meditabundi reptant: incuria victus
Summa viris. poma eſuries abſumit, & herbas.
Abſtemi ſemper, fontes & flumina potant.
Delicias & opes, venerem & conuiuia damnant
Mirifice, vt laqueos animi, & fomenta malorum
Maxima. Iuſticiæ memores, mortalia parui
Omnia pendentes, in relligione ſeneſcunt.
In pietate obeunt: humiles minimumq; moleſti:
Inculti, impexi cum dijs cõmertia habentes.
Noticiæ rerum incumbunt, & ruſticitatem
Ingenio exturbant vigili: Quid numina, quid ſint
Sidera/quid Cœlum, qua lege feratur olympus
Quidue elementa ſciunt: q̃tum aere rarior ignis
Quam lenior tellure liquor: Quis fluctibus ordo,
Quæ natura ſoli, Quantuſue ſit ambitus orbis
Terrarum: quanta ad manes via, quantus ad aſtra
Curſus/aquis quæ forma. fretum ſi tartara ſubter
Ambulet, & ſi ſit tellus habitata ſub orco,
Vnde niues, & qua veniant ab origine venti
Nubila, fulgetræ, pluuiæ, quæ, fulmina cauſæ
Sic acuant, nihil ignorant, prudentia rerum
Summa gerendarum, & venturi preſcia ſæcli.
Hos populi, regeſq; adeunt, ceu numina quædam
Conſilium dubijs preſtare ſcientia rebus.
His ego me addicens vixi ab iuuenilibus annis
Inter eos: poſtq̃ ſenui, templa iſta guberno

V irginibus ſacrata nouem/quibus altus Apollo
P ræſidet: vt totidem muſis. huc munera mittunt
Q ui preſunt opibus Reges: in fluctibus iſtis
C laudimur/ vt quodam orbe alio conſortia vulgi
N ulla admittentes noſtros hic viuimus annos
P oſt obitus loca cum diuis meliora habituri:
N anq̃ animas/ſecum quæ nulla piacula vectant
M orte obita/cum Dijs ſuperis regnare putamus.
S ic Senior: tandem ad naues ſocioſq̃ reuerſus
E urymedon regem & Comites affatur/& inter
P randia Phœbeæ recitat reſponſa Sibyllæ.
L ittore ſoluentes igitur dant garbaſa ventis.
E t ſcopulos vitans fugit in maria alta magiſter
O ebalus: ipſe etenim cœli ſcrutator & vndæ
M aximus/atq̃ vias doctus quot in æquore toto.
L ittoraq̃ & portus omnes deſcripſerat ipſe
I n talibus/& quæ loca ſunt imperuia nautis
P rincipium ſumens ab Ioppe & flumine Nilo
A d Tanaim/a Tanai ad Gades/a gadibus vſq̃
A d Cimbros: rurſum a Cimbris ad Gorgonas vſq̃/
H eſperioſq̃ hortos magno ſub Atlante iacentes
P erueniens: nondum noſtris erat agnita Tethys
A ethiopum/non Indorum/nec Hyperboreorum/
V t modo/Gallaici poſtq̃ maria omnia reges
S crutati inuenere nouum/ſi credere fas eſt
R umori/& Nautis famam facientibus/ orbem/
Q ua Libys aura inter Zephyros aperitur & Auſtrũ.
O rcades egreſſis recto contendere curſu
M ens erat ad Cimbros. Verum veſtigia puppes
N unc libe/nunc Zephyro/nunc Euro/nunc Aquilone
P erturbante viam/varias traxere per vndas.
M onna procul viſa eſt nigro ſubſidere tergo

A equoris in campis: pertranſiuere Siambinæ
V idere Axantim/gyroq́ per æquora tracto
S candia ſe oſtendit. Venere ad littora vectis.
E x Nerigo lati in Bergon/gelidamq́ ſounnon/
F rigida ſulcarunt Cronij confinia ponti.
H æ ſunt ſub geminæ radijs algentibus Vrſæ
I nſulæ in oceano, quas clauſa ſub æquore tellus
P orrigit ad Cœli aſpectum ſenſura per illas
S olis & aſtrorum vires/almuūq́ teporem.
M eta fuit Thulæ: nihil hanc habet amplius vltra
T errarum oceanus: Sed poſſidet omnia Tethys/
C oncretumq́ gelu. glacies/imperuia ventis
N on ſinit in tumidos Neptunum exurgere fluctus.
D onec ab Arcturo fugiens ſubſternitur aſtris
M itibus æſtiuum Phœbi reuocatus ad ortum.

F I N I S.

LIBER QVARTVS.

V lius ardebat: ſubiecta trionibus ora
F rigidior tū hybernos poſcebat amictus.
I D ū ſpſas pelago terras, dūq́ īuia luſtrant
Aequora/mobilibus facti ludibria ventis
P lurima mirati/ſed nil magis æquore in oī
Q uam totos durare diem ſine nocte per æſtus.
S ex menſes habet vna dies (mirabile dictu)
S ex menſes nox vna: cadunt ſemel atq́ reſurgunt
L uciferi toto currus Hyperionis anno.
H as quoq́ mortales quoſdam videre per oras
D eformes: pote quis corpus totum auribus amplis
T ectum erat/vt quodam longæ velamine pallæ.

V iſa etiam memorant crudi miracula monſtri
P er maris huius aquas/quo tota exterrita cœpit
C ontinuo vires animumq́ʒ ammittere claſſis.
P iſcis enim pelago emergens ſe corpore tanto
E xtulit/vt cauda ſubiens freta ſurgeret alto
V ertice in antemnas/malis procerior ipſis.
P hyſetrem Grai appellant/& ſpargeret ore
N imbifero in naues tantum ſalis atq́ʒ procellæ
Q uantum nulla poteſt nubes/cum faucibus amplis
S ubuertit maria & terras garamanticus Auſter.
V iſa quoq́ʒ extemplo turris ſe rorida in auras
T ollere:& elatum caput vſq́ʒ ad ſidera ferre.
C ontremuere omnes/verſiq́ʒ in vota/Deorum
A equoris & cœli precibus dum numina pulſant
B ellua ſubducto diſceſſit in æquora collo.
E rgo maris poſtq̃ longis ambagibus acti
A duenere locos/vbi fracto cortice flauas
S ylua parit gemmas.Gleſſum dixere Coloni.
D orica gens electra vocant.hinc lenibus auris
C imbrorum in patriam glacialia regna/geluq́ʒ
A ſpera perpetuo/gentiq́ʒ inimica Laconum
I tur.& exhauſtæ tandem dant littora claſſi.
C imbrorum genus acre/ferox/immane/remotum
A reliquis longe mortalibus/vltima mundi
L ittora ſub ſtellis habitans Erymanthidos Viſæ.
I ncubuit quondam Italiæ/magno agmine Romam
D epopulaturum:ſumptis ſed protinus armis
I mpiger hoſtilem Marius compeſcuit iram.
P iſce/feris/gregibus viuunt.pars maxima victus
L aniciu̅.ſpoliis ouium varioq́ʒ ferarum
T ergore vix hyemem cohibent/Boreæq́ʒ reſiſtunt.
I t Pelopis terræ ſimilis peninſula longos

O ceani in fluctus/tellus abſcondita nigris
N ubibus: incompos lucis/ſubiecta tenebris
A ſſiduis/quando æmonium ſol languidus arcum
C ircuit/& reduci torquet veſtigia curru.
C imber vt appulſam videt ad ſua littora claſſem
I nfremuit/quaſi multiſono cum ſylua latratu
I ntonat/irritatus aper/qui lumina toruo
I gne rubet/ſpumamq́ ruens in vulnera mandit.
H iſpida per rupes tinnitu impulſa citato
T ympana cerbereis frangunt latratibus auras.
E t mugire procul ferali ruſtica bombo
C ornua ſunt audita. Iugis decurrit ab altis
P læbs armata/velut riui per ſaxa cadentes
C um grauis æſtiuos aer deſcendit in imbres.
I lle Lycaonio defendit pectora tergo/
H ic caput obnubit corio bouis/altaq́ tollit
C ornua. ſunt quibus eſt Vituli cute cincta marini
T ibia: Sunt tecti viuacibus ilia ceruis:
F ert Macblis/fert arma Biſon/fert pluribus Alce/
V rus: & Albentes Vrſi: Nam frigidus aer
P arturit albentes iſtis in ſaltibus Vrſos.
E ſt qui fronte gerat vulpes/& ſubrigat aures.
S unt quibus amphibium pecus eſt pro caſſide Fiber.
P iſcoſoq́ vorax habitans in gurgite Lucra.
H is ſetto ſus Apri vertex cum dentibus albis
C aſſis erat miſſo ſuper ora minatia rictu.
A ſt aliis Gryphes late bipatentibus alis.
E t ingulo ſeſe in roſtrum tollente recuruum.
N am Gryps eſt animal duplex: aquilamq́ figurat
P ars prior: in libycum tranſit poſtrema leonem.
P roterea a tergo pellis demiſſa trahebat
P ræuia verrentem domini veſtigia caudam:

B rachiaq; in nodum pectus complexa coibant.
V iuere venatu ſoliti dant viſcera menſis/
E xuuias in bella ferunt/& frigora contra.
T urmatim haſtati coheunt/& lata repente
B arbaricum frendens vulgus rude littora complet.
A rma Lacon Dux/arma vocat. Spartana Iuuentus
V ultibus inſuetis, & agreſti territa forma
P rincipio/in ſe mox rediens bruta agmina riſit.
L æti omnes veniſſe aliquem poſt ocia tanti
T emporis vſum armis tandem de more volucrum
E xultant/cum poſt hyemem noua panditur æſtas.
I ſte ſubit thoracem humeris/ac porrigit vlnas
I n manicas/& ſe tunicis loricat ahenis.
E xpediunt alij fundas: alij latus armant
E nſibus: incuruant arcus/cinctiq; pharetris
D ant capiti galeas/& longa haſtilia vibrant.
M ox vallum factura ſuis pro puppibus altis
S tat ſcutata phalanx/ac primos excipit ictus.
P oſt clypeos veniunt longis mucronibus haſtæ/
A gmine in extremo fundæ ſtatuuntur/& arcus.
P ugna fit/hos virtus/illos agit impetus ardens.
D e tellure volant haſtæ: de claſſe ſagittæ
S axaq;. Spartani capiunt volitantia in auris
S picula Cimbrorum: tanta eſt induſtria genti/
T anta eſt dexteritas/correptaq; tela remittunt
I n dominos. Cimberq; ſuis configitur armis.
B arbarus vt vires pugna ſe effundere inani
C onſpicit in furias agitur/frenditq;/fremitq;
D entibus: accingunt ſummas conſcendere puppes.
N ec mora/nec penſi quicq̃/toto impete tendunt:
I llatiſq; ruunt ſcalis/& in alta feroci
R oſtra animo ſe proripiunt: neq; vulnera curat

Irritata odio rabies. Spartana Iuuentus
Ingruit/& contis turbam atq́ ſecuribus vrget
Ictibus aſſiduis pulſans/& vulnere fœdans
Tempora/terga/humeros/ſetoſaq́ pectora & ora.
Hic aliquid ſaltem vires induſtria & arma
Profuerint nobis: hic ſaltem agnoſcitur hoſtis
Rex Eluacus ait: iam non contra æquora bellum eſt.
Hic eſt dulce mori/cum vinci & vincere fas eſt.
Dixit. & elata Cimbri petit ora bipenni
Euertitq́ gradus retrorſum: in terga ruentes
Per freta ſemineces magnis cumulantur aceruis.
Nec minus inſtantem telis pro littore turbam
Sollicitant. cotes tortis iaculantur habenis.
Mille fugant tractis calamos vno impete neruis:
Mille rotant ſilices: torquent haſtilia mille:
Telorumq́ graui fodiunt caua tergora nimbo.
Vt furor intepuit Cimbris/& laſſa parumper
Membra videt ceſſare Lacon/nam barbara norat
Corpora poſt primos ſolita elangueſcere nixus:
Emicat & toto aggreditur lentum agmine vulgus.
Conſternati animis Cimbri dant terga: Lacones
Terga premunt iaculis. Pauci quibus ira pepercit
Martia/per ſyluas fuſi euaſere ſilentes.
Dux erat Alciden referens & imagine patrum
Grandanimis/vix dum prima lanugine maior
Sed virtute annos ſuperans/dijs omnia magnis
Perſimilis/vegetos ſenſus/faciemq́ animumq́.
Ipſe igitur quot erant captiui ex hoſtibus/vltro
Liberat accumulans donis ac laudibus amplis
Magnifice de gente loquens. doctuſq́ locorum
Ingenium atq́ vias eius regionis & vrbes
Eurymedonta virum inſignem/qui Neſtora totum

Aequiperet/mittens populos in fœdera traxit:
Atq̃ locum pactus deſcendit ab æquore in agros:
Nec dum multa dies ierat/cum nata repente
Indigenis bella aduerſus contermina regna/
Bella cruenta/animis vtrinq̃ in fata paratis
Concilium de more vocant: iam facta Laconum
Inclita per populos Virtus & gloria paſſim
Iam vulgata: ducem tanti certaminis ergo
Gentis Agellariæ Dominum legere/ Iuuentam
Nil veriti/ſed mirantes ſublimia corda
Atq̃ ſagacem animum/moderariq̃ arma ſcientem.
At neq̃ lectores ſpes aut fortuna fefellit:
Dux et enim(ſic fama volans perterruit hoſtem)
Quam primum in campos poſitis certo ordine caſtris
Exijt aduerſas acies diffidere torpor
Compulit & trepidare animis labentibus hoſtes.
Non aliter q̃ cum viſa Iouis alite languet
Plæbs auium/volucreſq̃ fugæ dare cogitat alas.
Adde ꝙ Alcides cupiens ſine cæde nepotem
Ne quē forte abiens comitum deſideret olim/
Reddere victorem/ſatyros nymphaſq̃ locorum
Ac genios omnis iuſſit priſca ora gigantum
Illaq̃ Titanum fœda atq̃ immania membra
Sumere/& ante aciem informes oſtendere vultus
Hoſtibus/ac centum manibus pretendere phagos
Aut piceas/ſolidaſue ſuis cum frondibus ornos.
Extemplo audiuere Deum/ miracula docti
Fingere/& humanos conſueti eludere ſenſus.
Palladios init hic habitus: deſcendit ad imos
Pala pedes/teretēq̃ manu complectitur haſtam:
Pectora gorgoneis extant armata colubris.
Et tellure iacens ſcutum veſtigia tangunt.

Hic Libycum gerit Atlantem.ſubit ille Mimantem
Ionium/quem vix iaculantem ſaxa Gradiuus
Reppullit.hic Zanclum:ſiculis quem mœnia terris
Extruxiſſe ferunt alto vicina peloro.
Iſte manu tantam porgebat in aera falcem
Quanta foret ſatis Atlanti in duo fruſta ſecando.
Iapetus Coeuſq; humeros attollit in altum.
Et caput in nubes mittens procerus Ophion.
Apparet grauis Enceladus/ferus Alcyoneuſq;.
Porphyrionq; trahens plantis maculoſa draconum
Tergora:& ora ferens cœlo ſettoſa Damaſtor:
Et truculentus Athos/a quo data noĩa monti
Thricio:ꝙ eas rupes inuoluit olympo
Cum violare Deos attentauere gigantes.
Cinnus adeſt/prodit Celadum/Siculuſq; Pelorus.
Et cui Pallene fecit cognomina:& Almops
Qui coluit macetum campos:mouet arma Typheus:
Tortaq; in anguinos ducit veſtigia greſſus.
Et quem Plutonis cõiunx Proſerpina lœto
Vix potuit dare beſhicos/Antæus/& Aſcus
Et quem Neptunus ſaxo alliſit Polybutes.
Saxo inq̃/quod adhuc medijs apparet in vndis:
Titanum & genus omne deos phlegræa per arua
Annixum patrio quondam detrudere Cœlo.
Leſtrigo & Cyclops fratres:Polyphemus & ingens
Antiphates nati/ſyluis quoq; dura ferentes
Ora/feras toruis ſolita abſterrere figuris.
Iſta cohors ſtetit ante alias fulgentibus armis
Splēdidā/cum trabibus pene ipſa adeuntibus aſtra.
Hanc vbi barbaries aciem mirata/reliquit
Corda calor:pleriq; animas fudere tuendo
Dij quoq; contractis horrorem frõtibus augent

T errificum:toruoq; intentant lumine mortem.
Tali ope dilectis ſuperi mortalibus adſunt:
E t taciti inter ſe rident commenta dolumq;.
S ic turbati hoſtes ſubito(mora nulla)tumultu
P roiectis dilabi armis/ac caſtra reſolui
N on ſecus incipiunt/q̃ cum libycas per harenas
V enantem pauidi Lepores videre leenam.
H is meritis populorum animos Eluacus adeptum
Se recolens/cum ſedem illis regionibus aptam
C onſpiceret nuſq̃/ſterilesq; aduerteret agros/
A tq; hominum genus infrenum/diſcedere certus
P oſcit opem/qua poſſit iter conuertere ad oras
L onginquas a ſole minus/ pelagoq; reuerti.
I pſe etiam memorans habitas ab Apolline ſortes
E urymedon populos ſic voluere fata monebat:
S ic mandare deos: & hyems vicina minari
C œperat vrentem brũmæ intolerabilis æſtum.
E t glacie horrentem ponti irremeabilis vndam.
B arbara gens omni poſita feritate dolorem
(M ortales benefacta ligant)concepit acerbum
C onatiq; animos blandis inflectere verbis
O rauere diu. Quin et pulcherrima quædam
P rincipis illius gentis ſata ſemine Virgo
C ompulſura Iouem Cygni veſtire figuram
E ſt promiſſa Duci coniunx. ſpes reddere mentem
C œperat hæc dubiam/ teneroſq; illudere ſenſus.
N am iuuenili animo vis nulla cupidine maior
S ed iuueni in ſomnis vultum turbatus Apollo
A ſtitit/agnouit Cytharam/Laurũq; virentem
A d Crines/apicẽq; arcus/ſummamq; pharetram.
E t grauæ ſupplicium minitans diſcedere iuſſit
P rotinus. Ille animũ magnis conatibus ægre

Traxit ab his curis: ſic eſt violenta libido:
Inſidioſus amor primis ita peſtifer annis.
Virus ægens tabem occultam precordia torquens
Vſq; ad ſingultus abigens ſomnumq; dapeſq;
Alte erat immerſum/torno iam ſquallidus ore
Palluerat.totos macies affecerat artus.
Verum fata deos ſancti documenta Parentis
Mente putans memori curam impugnabat inanẽ
Ac veluti quotiens ſe miſſum in retia Ceruus
Perſpicit/eluctans certat ſe abſoluere vinclis/
Et nodoſa premit toto retinacula nixu/
Sic Iuuenis voto ipſe ſuo contrarius obſtat
Inſano ardori.genio crudelis & aſper
Vſq; ſuo denum eliſum ſepeliuit amorem.
Vt videre Ducem nulla prece poſſe teneri
Eximias omnes predamq; ex hoſte petitam
Largiti hoſpitibus Cimbri ſtuduere benignam
In lacedæmonios magnis oſtendere mentem
Muneribus:dignaſq; viris perſoluere grates
Claſſe inſtaurata ſpolijs opulentus opimis
Rex abit/& velis dat Nauta patentibus Euros.
Sæpe tamen ſecum fugiens defleuit amatam
Fleuit &/ipſa diu Iuuenem ſine ſanguine Virgo
Pallida:nec potuit niſi ſero extinguere curam
Læti opibus/mactiq; animis in aperta feruntur
Aequora.Quinta dies Rheni monſtrauit ab alto
Hoſtia:viſæ etiam magno grege nare volucres
Aera per vacuum:pelagoq; intrare relicto
Tellurem/ac prætenta vadis rhenenſibus arua.
Auſpicium Nicander ait (Conuertite proras)
Dant ſuperi fauſtum.fœlix dat Iupiter omen
O Comites/podijs in læuam adducite tractis

Garbaſa/nanque viam volucres docuere marinæ.
Acta igitur gelidi ſpacioſa per æquora Rheni
Claſſis iter ſiſtit/qua ſe Cameratia rura
Obijciunt. illic fluuium deſcendere ab oris
Audiuere italis/naſcique in montibus hiſdem
Danubij fontes/Rhodanique fluentis in æquor
Maſſilienſe/ſuos viſi inueniſſe penates.
Continuo gauiſſi omnes ſermone vocari
Argolico flumen. tellus hæc debita nobis
Vociferant. patriæ ſic blanda vocabula linguæ
Depulſis lare natali/& peragrantibus orbem.
Adde quod appoſitos ripæ audiuere Sicambros/
Et ſibi per ſortes amnem meminere Sicambrum
Promitti. Quid Nicander/quid quærimus inquit
Eurymedon tellurem aliam? Quod Numina vbique
Promiſere datum: fatalem agnoſcite terram.
His igitur melius cœlum/ălioraque nacti
Corda hominum campis finem fecere vagandi.
Cōmiſerans vero profugos tum Iupiter vrbes
Finitimas tacito illapſu vatumque per ora
Concilians grais/ſimul & Ioue natus Apollo
Ac generis pater Alcides fecere benignos
Hoſpitibus Belgas/& coniunxere pelaſgis.
Rura colunt: noua tecta locant: vrbemque ſuperbam
Aedificant: Eluaca Ducis de nomine dicta
Mœnia: vulgatum hoc & longa in ſæcula nomen
Manſit apud Belgas/nam gens his belgica in agris.
Sed rude Belgarum genus illa in tempora nullis
Artibus excultum bellis erat vtile tantum.
Erudiere homines grai: docuere Deorum
Orgia: telluris cultum/ſerere ordea/vitem
Pangere: nauigijs fluuios trannare/fretumque:

Obſeruare graues annos: pubemq́ colendo
Fingere: & vtilibus ſtudijs formare Iuuentam:
Diſcere cœleſtes curſus/auiumq́ volatum.
Extaq́: Dijs illis fuit hæc induſtria/gentes
Vt male perſuaſas/ſimulataq́ numina doctas
Exilijs agerent longe/quo falſa per orbem
Sacra/malos ritus/documentaq́ noxia ferrent.
Hic igitur longos manſit fortuna Laconum
Firma dies/donec Cæſar per gallica regna
Iulius irrumpens/Belgas iuga ferre coegit.
Ipſe bonas artes/graiæq́ idiomata linguæ
A teneris doctus claram Lacedæmona/& Argos
Nouerat/& genus Eudamidum/fortemq́ Cleomnem:
Magnanimoſq́ Agidas totamq́ ex ordine gentem.
Propterea veneratus auos in ſtirpe nepotum:
Regem/vrbem/Ciues eluacenſeſq́ Colonos
Relliquias magni Alcidæ ſeruauit ab omni
Excidio: quin & Latio donauit & vrbe
Cæretis ad tabulas referens eluacida gentem.
Tanta poteſt fama antiquæ probitatis/Auorum
Nobilitas tanti: Virtus heroica tanti/
Vt valeat feris placare nepotibus hoſtes.
Pars tamen illorum migrans ad iberica regna
Et grauios quos Tydeis Aetolia ab agris
Miſit ad occiduo pontum ſub ſole rubentem
Auſpicibus diuis aliam melioribus vrbem
Conſtituit terris/Eluacæ nomine primæ
Appellatam olim. Caucam dixere minores.
Altera quæ terris breuiore Colonia greſſu
Functa ſuis fatis/per iberica littora venit
Ad loca quæ Bethys fuſo late vndiq́ inundat
Amne lacum faciens: & delectata virentis

Vbere agri voluit veſtigia ſiſtere advndam.
Sed bonus augurio Poltys bizantius 'auram
Suſpiciens vidit volucres ex gurgite magno
Agmine ſublatas nare ad vicina cadenti
Arua magis phœbo: & monuit iam fixa refigi
Eſſe opus/inq; alios ferri tentoria campos.
Tranſmiſere amnē latum: volucreſq; ſecundum
Inuaſere viam. Decimum reuocarat ad indos
Vix aurora diem/cum mane rapacibus vndis
Seſe obiecit Anas. multis conſiſtere rurſum
Mens fuit his campis. Verum conſultus Apollo
Cui ſacra pro fluuij ripis erat ardua moles
Magnanimo fertur ſic reſpondiſſe Laconi/
Emeritæ locus hic. hic claram Vetones Vrbem
Conſtituent. Tranſite vadum. fatalia regna
Proxima iam/ veſtris quæ ſunt cōtermina grais.
Sorte igitur profugos tali dignatus Apollo.
Flumine tranſmiſſo ſpartana Colonia tandem
In loca peruenit/quæ cum tenuiſſet Olyſſes
Fecit olyſponicas arces/monumenta laborum
Dux erat ore Lacon nitido/longe inclytus armis
Tum quoq;. Martis amor puero inſpiratus ab aſtris
Arſit & imberbi placuit bellona iuuētæ
Nec morum integritas cuiq;/nec copia linguæ
Nec ſuperum cultus/nec munificentia maior.
Ipſe igitur ſortes diuorum/& fata ſequutus
Vidit vt agrorum ingenium/vimq; vberis arui
Ac Cereris fruges/bromijq; in ſumma vagantes
Vlmorum tabulata comas ſiluamq; mineruæ
Baccatam radijs/& oliuiferum nemus omnes
Surgere per campos/colleſq; vmbrare ſupinos
Hic locus eſt vrbis: dabit hæc ait oppida tellus

Mirabatur aquis humecta ſalubribus arua:
Vtq́ ſerenati facies blandiſſima cœli
Afflaret Zephyris omnem clementibus oram.
Non morboſa palus illic/non nubibus ægræ
Mortiferis auræ/ſed aperti ſolibus agri
Semper & expulſa ridens calligine cœlum.
Mirabatur equos/ Aſturconesq́ voluto
Ire gradu celeres.& quos antiqua ferebat
Fama ſatos Zephyro/plantis pernicibus euros
Vincere/& ocypeten volucri ſuperare volatu.
Quales nunc Franciſcus alit gonzaga/ferentes
Præmia/& ex omni curſus certamine palmam
Ex quibus inuectus/potuit qui a principe vendi
Argenti totidem pondo/quot reddere poſſet
Ad lancem libratus equus:ſed vendere longe
Turpe putans dedit Anglorum pro munere regi
Nec fuit hic multis opus oratoribus.vltro
Nomen vt auditum Lacedæmonis/ Eudamidumq́/
Euigilauit amor/pietas antiqua reuixit/
Leniuitq́ animos.ita conciliata Colonis
Hoſpitibus clementer agros conceſſit olyſpo.
Nec conceſſit agros tantum/ſed contulit ingens
Pluribus auxilium donis/ferro/arbore/plumbo/
Marmore/Cæmentis /operis fabrilibus /auro.
Fundamenta locant/vrbiq́ exordia ſurgunt
Tam facili euentu.Qui condidit omnia/fecit
Fata Deus/fatiſq́ viam.noua mœnia clarum
Gentis & Authoris tenuere.Lacobryca nomen.
Huius amor traxit profugos a flumine Rheno:
Quando Eluacææ ſub Cæſare mœnia Caucæ
Linquere perſuaſi patrios fugere penates:
Sunt & in heſperiæ campis/quos alluit vnda

Bethyca(teſtantur veteres quibus omnia mundi
Cura fuit loca rimandi tabuliſq; notandi
Luſtratum terrarum orbem)monumenta laconum
Plura:ſed hæc raptim ſatis eſt memoraſſe volentem
Currere ad ætatis grauia infortunia noſtræ:
Iamq; nouos inter libyam gentemq; latinam
Cœperat ambitio liuorq; excire tumultus.
Inde Numantini ſtrepitus/longiq; labores:
Hinc fragor Herculeæ flammæ excidiumq; ſagunti.
Quippe duo ingentes populi duo grandia regna
Vt quondam Phriges & grai dum viribus æquis
De imperio certare parant/hiſpania campum
Præbuit ad pugnam longum viſura duellum.
Sic gentis diuiſi animi/dum punica malunt
Hi/romana illi/mos vt mortalibus/arma.
Stirpis Agellariæ/dum res hiſpana ſub iſta
Mole labat/fortuna fuit pro tempore acerbo
Firma ſatis. Nam ſigna magis romana ſequuta eſt/
Strenuus hiſpanis poſtq; Viriatus ab armis
Deſtitit:illi etenim quoad eſt fortuna fauorem
Impartita/magis viſum eſt hærere/volenti
Aſſerere heſperias leges patriamq; tueri.
Gerionæ populos illo Sertorius æuo
Dum regnare cupit/demenſq; aſiatica quærit
Auxilia/& nimium infidis ſe credit amicis
Egit in errorem: Quos Roma coegerat vnum
In conſenſum animos/aliis a Ciuibus ipſe
Diſſidium faciens plura in diuortia traxit.
Ergo per errorem tunc illius arma lacones
Dum pergunt augere/ſenem domuere Metellum
Sæpius: & Romæ recitata Laconica virtus
Fecit vt in magnum tanti molimina belli

Prouida tranſtulerint ſacri conſulta Senatus.
Et q̄q̄ toto iam formidabilis orbe
Ille foret/totiens victor/totienſq; triumphis
Vectus ad alta Iouis ſacro capitolia curru.
Sæpe tamen viſa eſt illi victoria longe
Difficilis:timuit fabri de more ſecantem
Frangere tam duro bellorum in robore ſerram.
Interea creſcens romana potentia totum
Perdomuit terrarum orbem.ventura Tonantis
Proxima iam terris proles noua ſæcula fecit:
Atq; ſuæ ſtatuens genti caput eſſe latinum
Imperium/Romæ Europam Libyemq; Aſiamq;
Subiecit.Regina ſuper regna omnia Roma
Sola dabat leges/atq; omnia ſola tenebat.
Vtq; ſolet ſtellarum ignes abſcondere Titan
Exoriens/ſoluſq; ſuo ſplendore per auras
Apparere/fugans hyades/& cætera mundi
Sidera/ſic gentes alias monumentaq; laudum
Extera deleuit dominæ excellentia Romæ.
Iſtud Agellarios fatum cōmune redegit
Ad minus illuſtris vitæ genus:omnia nanq;
Martia Roma ſuis Ducibus romana gerebat
Bella viris pollens/reliqui nihil indiga mundi.
Tum longos in pace dies egere ferendo
Aegre annos ſegnes/& deſidioſa peroſi
Tempora.Non aliter q̄ ſi dum fulmina portat
Ignibus arrentes lædat Iouis armiger alas/
Et cogatur humi plūmam expectare/quietis
Impatiens lentæ vix fert faſtidia vitæ.
Vtq; ſub ardenti latitantia ſidera Phœbo
Lucida ſunt/noſtro q̄uis incognita viſu/
Sic generoſa virum Virtus ſub rege potenti

Et ſi lenta cubat/nec ſeſe illuſtrat agendo/
Stat tmen/vt ſonipes præſepia ad alta capiſtro
Vinctus/& expectãs accenſo claſſica corde.
Strenuus ad ſtrepitus omnes leuat ora/ſolumq́;
Vngue cauat/micat aure/hinnit/tremit igneus arctus.
Regnauere tamen poſitis ciuiliter armis/
Sacra/Lycurgæas leges/moremq́; ſequuti/
Quem tenuit primis antiqua Laconia ab annis.
Vt noua ſurrexit pietas/& ſæcula terris
Altera luxerunt/ſanctum duxere Iacobum
In ſua tecta/ſuis voluere accũbere menſis:
Miratiq́; virum tanto verba enthea corde
Spargere per populos/& nil mortale ſonantem
Abiecere Iouem/ſaturnigenumq́; Deorum
Sacra & templa:pio caput immerſere lauacro.
Cognitus hic genti poſt plurima ſæcula tandem
Terminus ille Deum princeps/qui tartara vicit:
Quiq́; triumphato remeauit ad æthera limbo.
At veluti natura potens flagrante Iuuenta
Exuperat morbos/vitæq́; adiuta recentis
Robore/langorum potis eſt excludere cauſas/
Sed cum iam ſenio labat/ac laxata fatiſcit
Omnibus obruitur iam decoctura procellis/
Sic Iuuenis Romæ imperium florentibus annis
Creuit/& hoſtiles toto orbe cohercuit iras.
Tunc gallos,tunc Hannibalem,Numidamq́; Iugurthã
Tum domuit Perſas,& pontica regna, Scythaſq́;:
Sub iuga tunc Rhenus:tunc ſub iuga barbarus Iſter
Miſſus:& irrumpens extremo a littore Cimber.
Tum romana ferox audiuit claſſica Dacus,
Sarmataq́;,& nomen Sartæ tremuere latinum.
Tunc infame malum ciuilia ſuſtulit arma

Seruileſq; minas/quaſi quædam tormina duro
Inteſtina ægræ matris torquentia morſu.
Tum potuit parthos/& Araxem/altumq; Niphatem
Infrenare.Gothos æuo luxata caduco
Non valuit.genus hoc atrox ab origine miſit
Scandia in extremo latitans peninſula ponto.
Hinc velut in libycos Auſtro ſpirante locuſtæ
Infunduntur agros longe/lateq; per orbem
Effuſi deuaſtarunt europica regna.
Tranſiuere alpes/Rhodani vada/& arua Garūnæ.
Iſta per Italiæ campos diffuſa cucurrit
Peſtis in hiſpanos/vbi terra eſt vltima/fines.
Herculeæ infelix caſus imitata Sagunti
Dum vult Cauca fidem romanaq; iura tueri
Paſſa eſt excidium radicibus eruta ab imis.
Incolumes aliæ manſere Laconibus vrbes.
Relliquiæ gentis quas poſt incendia Caucæ
Eruit ex grauibus Diuum cuſtodia bellis
Mutauere locos/& tradduxere penates
Ad ſenecæ campos:de tempeſtatibus illis
Heroum domus illa ferax tibi bethyca grandes
Corduba de Mauris venit latura triumphos.
Scilicet hæc domus eſt/quæ poſt tot ſæcula noſtro
Tempore Conſaluum genuit/qui tantus in armis
Quantus in æthereis ſplendor Titanius aſtris.
Latius hunc alibi memorabimus:ante per annos
Curſus erit veteres/& per præconia patrum.
Hæc ea tempeſtas tam dira/hæc tempora tantis
Perturbata malis/cum gens ignota repente
Ebulliuit agens totum phlegethonta per orbem.
Inſula ſarmaticis recubans in fluctibus Hunnos
Oona produxit quæ ꝙ ſit meſſibus orba

C ogit vt ad victum legat oua paluſtria vulgus
B arbaricum fœtas ſpolians per ſtagna volucres.
S unt quoq; qui a Scythicis veniſſe penatibus Hunnos
C ommemorant/vbi trans Tanaim borealibus auris
E xpoſiti nullis vernant prouentibus agri.
A edidit immanes quondam Franconibus ora
P roxima tunc ſitiens atq; infœcunda Sueuos .
B arbarus eſuriem patiens exire coactus
S edibus e patrijs/alias migrauit ad vrbes.
E t conuertit iter/frugum qua copia maior
P erniciem fatumq; ferens acherontica turba.
V andalus extremis Scythiæ de finibus vltra
Q uos habitant Gryphes/pecus attingentibus aurum
I nfeſtum indigenis/fugiens glacialia regna
E t Gothus eſuriens ſecum duxere Arimaſpos/
S auromatas/& Hamaxobios/pictos Agathirſos/
E ſſedones/& qui mæotica rura Satarchas
D ura colunt:necnon gentem ſine Numine Taphram
T auricumq; genus minus a Titane remotum
S ed crudele tamen. Dianæ humana litantur
M embra.neci deuoti homines ad ſacra trahuntur
M ore boum:veniens illuc vix fertur Oreſtes
E ffugiſſe iſtos ritus/araſq; cruentas.
N ecnon Maſſagetæ genus implacabile Alani
V nde habet hiſpanæ nomen Gothalonia terræ.
A gmine in Europam magno erupere trahentes
C urribus inualidas paruo cum pignore matres.
C olluuies hæc tanta hominum ſaturanda per omnem
I rruit Europam:longis graſſata diebus
P annonas/Auſonios/Celtas populata/& Iberos.
E lmeones gelidis miſit germania ab oris
V ltima/Sarmaticos vbi Viſtula terminat agros.

Et quia ſettoſo pendebat plurima mento
Cæſaries/Macropogones cognomine graio
Longobardi italo dicti.mutata parumper
A vulgo Auſoniam fraudauit littera vocem.
Sunt tamen a longis etiam qui nomina barbis
Hæc exorta negent:ſed cum promiſcua plæbes
Lingones & Bardi colerent ea regna/putantur
Talia nominibus feciſſe vocabula mixtis.
Sed genus id ſeſe Italiam non protulit vltra/
Extinctum a magno Francorum principe tandem
Ad vada Ticini/ſedes vbi regia quondam.
Prætereo ſcythici miſſos a littore ponti
Torcos progeniem ſtygiam & Cocytida gentem:
Nanq; per Europam non eſt effuſa diebus
Hæc primis tam dira lues:ſed caſpia linquens
Littora caucaſeas rupes conſcendit:& auſtrum
Verſus iens ſeſe effudit per perſica regna/
Per Chaldæa/Syros/Arabes ſubuertit & oram
Vnde per æquoreas Europam Iupiter vndas
Tranſtulit in Cretam/totoq; oriente vagata eſt.
Sed tandem Plutone viam faciente pelaſgos
Intrauere lares:& nunc confinia mittunt
Littus ad hadriacum:ſpeculiſq; tuuntur ab altis
Italiam:noſtræ tantum diſcordia gentis
Fauit eis:tanto affecta eſt eccleſia damno.
Illud Agellarios fatum graue rumpere fecit
Ocia:& armatis prodire in bella cateruis
Et certare diu varijs euentibus/Vt ſors
Nunq̄ fida tulit.Verum tam ſæua fuerunt
Tempora tunc/tam dira ægris mortalibus aſtra
Vt fugiſſe necem poſſet victoria dici.
Non ſecus ac quando crudelibus æſtuat vndis

Pontus/& intẽtant nautis maria ardua mortem,
Mercibus ammiſſis lucrum euaſiſſe putandum eſt
Sat locuplex/vitamq; tuliſſe ad littora Solam
Irritati iſtis/& ad aſpera bella redacti
Cladibus ad priſcum decus emerſere Lacones.
¶ Quo rapitis feſſum Libetbrides? iſte iuuentæ
Eſt labor. iſtud onus quod erat melioribus annis
Cum cecini Alfonſum/mantoaq; bella/ferendum
Ante ſenectutem/labenti imponitis æuo.
Nil tamen inceptum minus exequar. adijce vires
Chriſte hominum Diuumq; pater. pelagoq; volantem
Remige iam feſſo duc ad tua littora cymbam.
Conſtantinus apud gallos dum caſtra teneret
Vidit Agellario geminos de ſanguine fratres
Romanos anteire duces/& ſurgere in horas
Altius. Ardiburem/celeri qui vincere planta
Poſſet aues/ſolitum curſu tranſmittere latos
(Tanta pedum leuitas) intacto puluere campos.
Inſignemq; armis belliq; labore ſiſulfum.
Hos voluit Comites. aderant cum nomen adeptus
Cæſaris aſcendit magnæ capitolia Romæ.
Cum Crucis explicuit diuinum inſigne per auras.
Et ſubijt moriens tuſcum Maxentius amnem.
Et cum atteſtatus toti ſolenniter orbi
Aequoris ac terræ Chriſtum dominumq; Deumq;
Alta ſacerdoti ceſſit Capitolia magno.
Hos quoq; cum peteret graios & thracia regna
Rettulit antiquam in patriam: donauit & vrbem
Vt genus agnouit Iuuenum/Lacedæmona priſcam.
Sic poſt multa ſuos iterum tenuere penates
Sæcla. pias mater lachrymas ſuper ora Nepotum
Dulcibus irrorans votis ſibi viſa videre.

S e iuuenem: regumq́ genus mirata reuixit.
S unt tamen hæc antiqua minus qui geſta putarit:
E t tua Conſtanti reuocēt in ſæcula: ſed nos
C ædimus hanc aliis/modo quæ recitauimus acta
D igna fide annuerint/numerandi tempora curam.
A editus hinc magni domitor Beliſarius orbis:
Q ui nouus Alcides immania monſtra tyrannos
E terris pontoq́ tulit: genus ipſe Gothorum
I taliæ longo incumbens ceruicibus æuo
C ontudit/vt quondam volucres ſtymphalidas ingens
A mphitrioniades: harpyiarumq́ voracem
I ngluuiem Zetus rapta ſatus Orithyia.
V andalus hoc Libycis duce profligatus in oris
Q uo quaſi diluuio maris vltra littora miſſo
O bruta ſorduerat longo tota Aphrica luctu.
P oſteritas horum longos poſſedit in annos
Q uicquid ad ætatem venit Lacedæmonis iſtam.
N ec ſpartam noſtro ſed nec lacedæmona ſæclo
A ppellant grai: fortuna vocabula cum re
P riſca tulit: fecitq́ nouum Miſiſtrata nomen.
T aigeti vt perhibent ſedet alto in culmine montis
A rx noua/ſubiecto vicus protenditur agro:
V icus inops/modo turcorum ditione ſuperba
S quallidus: & vulgi immanis feritate ſepultus.
H ic paucos Virgo ante dies ꝙ regna ſupremis
C orruerent fatis (dixerunt Phyllida grai)
S e confeſſa genus magno magni Herculis auſu
C laruit: & Venetis patriam ſeruauit ab armis:
N am veneti longis aduecti nauibus arcem
A ſſidue magno bellandi ardore premebant
H æc dum feruet opus martis/pro mœnibus altis
A rmigeros inter pugnans duo tela pharetra

P rompſit: & attracto curuatis cornibus arcu
B is iaculans telis Veneti ducis ora duobus
P erculit: ille gemens ammiſſo robore in auras
S pirauit languentē animā/ & prona hæſit humi frons.
S ic vrbem aſſeruit/ ſic eſt genus vlta Virago
O ritbya tibi ſimilis/ tibi Panteſilea
C ompar: & Harpalicen referens volſcamq́ꝫ Camillā.
H uic atauus Bernardus erat Caprarius olim
A ppellatus: ab hoc fluxit Ramirus: ab ipſo
R amiro Baptiſta pater tibi bellica virgo
N aſceris Eridani propter vada: nubis Achiuo
P arua viro: qui ſpartanis regnabat in oris.
I mperium poſtq̄ Cæſar tradduxit ad oras
T hraicias Parthi infrenes cepere latinum
D etrectare iugum: magnoſq́ꝫ excire tumultus.
B arbariem Cæſar cupiens frenare Siſulfum
M iſit & Ardiburem fratres/ qui parthica magnis
A rma repreſſerunt animis: poſt bella triumphi
P articipes fecit: Crines innexuit auro/
M urice donauit/ curruq́ꝫ inuexit eburno.
D icitur Ardiburi poſuiſſe Lacobrica ſeptem.
V ictori totiens ſtatuas/ totienſq́ꝫ per illum
E ruta Vandalicis bello incumbente procelis:
V nde fit vt fratres iſtos de gente Laconis
C rediderim/ duce quo poſitam memorauimus vrbem
P ropter olyſponicas arces/ qua tortus in anguem
A d mare proripitur Tagus auricoloribus vndis:
A t defenſa ſemel cum vexaretur ab Hunnis
B arcino ad æternum decus alta in mole locauit
I nſignes illi titulos & Ahenea ſigna.
N imirum Alcidæ ſimilis/ cum fama ferebat
M onſtrum aliquod graue/ peſtiferū mortalibus/ vltro

S uppetias populis non expoſcentibus ibat.
E t mercedis inops (erat illi gloria merces
M axima) nunc aciem ducens/nunc ſolus in hoſtem
M artius herculeis certabat viribus heros.
V t vero nunꝙ̄ occumbunt duo pignora Ledæ
E merguntꝙ; ſimul/ſed cum cadit iſte/Reſurgit
A lter/& alternis redimunt ſe mortibus ambo/
S ic genus hoc tam longa manens in ſecula nunꝙ̄
T otum obijt: plures vno moriente renati
S emper: & æternum durat rediuiua propago
I am ſenior firma ſed adhuc virtute Siſulfus
H eſperios fines auſos vaſtare Suenos
P ræcipites egit: prædamꝙ; recepit/& omnes
E xuuias/onus argenti memorabile & auri.
H ic aderat pugnæꝙ; fuit pars maxima/quando
A etius auſonias acies romanaꝙ; ſigna
D uxit ad Aluernos contra cōmune flagellum
T artareas Attilam flammas toruo ore vomentem.
T ectoſagum meminiſſe poteſt/Toloſa/Nemauſus.
H i certe elatis animis & viribus vltra
M ortales alios freti ſuppoſta fuerunt
F ulcra orbi: mundumꝙ; humeris tenuere cadentem.
E t quia fortunæ leuitas offendere nunꝙ̄
C eſſat in his bellis animoſa Lacobryca duris
C aſibus attrita eſt/nam vi concuſſa Gothorum
V ix potuit tam longa pati tormenta/tyrannis
V na tribus ter præda fuit: dum ſancta Lycurgi
I ura cupit/regumꝙ; decus ſeruare Laconum.
F ractus in his tandem rex Termodonius armis
P ro regno pro gente ſua/pro ciuibus inter
M illia telorum fato conceſſit acerbo.
H unc poſtꝙ̄ Cædis grandes Gothus inter aceruos.

Repperit/eductum ſolenni funere in vrbem
Tranſtulit/& lugens tumulo ſepeliuit auito.
Hæc probitas audita procul per iberica regna
Illexit populorum animos:nec barbara tanto
Gens fuit horrori poſthac:truculenta Gothorum
Frons prius humanum viſa eſt pretendere morem
Talibus officijs/& ſignificare quietem
Gente ſub hac olim populis poſt bella futuram.
Nec fuit indicium mendax.Hiſpania nanq;
Gente ſub hac vixit longos regnata per annos:
Et regnatur adhuc pulſo iam libera Mauro.
At nec Agellario cum regnatore ſepultum eſt
Omne genus:supereſt Calitro/ſupereſt Aginolfon/
Qui ſimul e patrijs elapſi cladibus omnes
Aſturiæ populos totidem quaſi fulmina contra
Oſtrogothos rurſum in pugnam duxere furentem.
Sicq; ſuos iterum fines/iterumq; penates
Ingreſſi patrios tenuere laconica regna.
Poſt tot bella pie genti ſudata/quietos
Fas erat euentus populis ſperare laconum.
Sed poſtq̃ Scythici poſuerunt arma tumultus
Noluit heſperias fortuna quieſcere gentes.
Alter Agellarios ingenti turbine nimbus
Percuſſurus adeſt:noua fert ardentia grando
Fulmina:& iraſcens alijs tonat aura procellis:
Ite/canes adſunt erebi/crinita colubris
Tiſiphone/ſpiranſq; venenum ignemq; Megæra
Et ſoror/atq; mali manes/& Cerberus ipſe
Totaq; tartarei gens coniurata profundi
Mille trahens ſecum magno volat agmine monſtra.
Ite Animæ inſignes.domino ſquallentis Auerni
Et furijs veſtra hæc graſſandi in regna poteſtas

A/ſuperis iam facta. Cano de Carcere Pluto
Exit: & infidis genus omne coegit ab oris.
Aſſur adeſt: auditur Arabs/naſamonia clamant
Tympana/qui Nili ſtagnata paludibus arua
Qui Cirenem habitant. Pſilli/Garamantes/ & omnis
Aphrica/Getullos/Nomadeſq; in caſtra redactos
Vna vehit. grande excidium reſeratur ab Auſtro:
Tempeſtaſq; dies longos ac plurima ſæcla
Duratura: venit crucianda doloribus ætas.
Cauſa mali ſtuprum/quod dum per flumina Lethes
Ducimus Alfonſi manes/memorauimus olim.
Tanta hæc illuuies igitur peſſundedit omnem
Heſperiam: vix Cantabriam/vix aſturis oram
Seruauere duces profugi/ſanctæq; Laconum
Relliquiæ: fera barbaries tenet vſq; pyrenem
Vſq; mare herculeum late omnia & omnia longe.
Sacra ſilent/ſquallere ſitu ſacraria paſſim
Incipiunt/ſtabulantur equi per templa per aras.
Heu ſcelus infandum. velut ægrum Hiſpania corpus
Tota iacet. vita in ſolo vix pectore pulſu
Palpitat exiguo. reliquos mors occupat artus.
Cantaber immunis ſupereſt/immunis & Aſtur.
Huc velut in ſummos nebuloſa cacumina montes
Pelion aut Othrym fugiens neptunia bella
Deucalion/venere omnes/quibus illa pepercit
Prima lues: ipſi reges a ſtirpe Gothorum
Progeniti ſceptro ammiſſo quaſi naufraga turba
Aſturiæ poſitis latuere in ſaltibus armis.
Huc & Agellarij tota cum gente Laconum
Conuenere duces cõmunia fata ſequuti.
Omnibus hoſpitium ſancti tutela ſepulchri
Præbuit/ & recubans illis Iacobus in oris.

Heu quantas hominum ſtrages/quot funera paſſim
Diri illi videre dies.fortuna reliquit
Præſidium:totoſq; aditus patefecit Erinny.
His noua moliti rurſum ſibi tecta Lacones
Mœnibus ambitam poſuere in collibus vrbem/
Aſtures effecti:Deus hæc plantaria genti
Fecit Agellariæ/nolens abolere piorum
Progeniem.genus hinc alias vt barbara ſenſim
Compreſſa eſt maurum impietas/deſcendit in vrbes.
Ignis vt in ſtipulis crepitans Aquilone vel Auſtro
Flante volat fumum agglomerans atq; aera lambens.
Nec ſatis eſt agros abſumere:ſi nemus adſit
Porrigit audaces flammas.rapidoq; fragore
Corripiens frondes ſumma in tabulata volatu
It volucri:totaſq; ſonans complectitur ornos.
Sic maurum Ingluuies(mauros ſaracena vocabant
Caſtra/ꝙ a mauris venere per æquora campis)
Amplius excurrens/nec dum ſaturata cruore
Heſperio/ſitit & gallos:& hiantia pandens
Guttura pernici volat ad noua pabula curſu:
Carolus id metuens/nam gallica regna tenebat
Carolus armatur:regnis ex omnibus vna
Concurrunt in caſtra equitum peditumq; manipli:
Quos duce Tancredo raptim conuertit ad oras
Vaſconiæ/qua rumor erat deſcendere mauros.
Hic autem Tancredus erat genus Herculis olim
Oſtrogothos contra longis exercitus armis.
Maurum ductor erat niger Abbidiramus/opaca
Fronte gigas/ſatus Antei de ſemine/longo
Enſe bouem ſolitus ſemel in duo fruſta ſecare/
Atq; vna ſolus ſemiaſſium abſumere cœna:
Sic ſatur & membris fidens īmanibus ibat

S olus in aduerſas acies/ferriq́ꝫ vetabat
A uxilium monſtri ſibi mens elata ſuperbi.
S æpius ergo ſuis hoſtilia caſtra relictis
I ngrediens vires vultu oſtentabat acerbo.
N on ſecus ac cum dente Elephas armatus eburno
P er nemora Indorum/vel per getullica vectus
M agna mole feras fugat/inſequiturq́ꝫ minores.
T ancredo gemini fratres Agelarius æuo
G randior/& Syluanus erant/paucoſq́ꝫ ſepulto
A nte dies ex fratre nepos pulcherrima Thomas
P rogenies:iſtis nullos horrentia caſus,
P ectora nil preter veram affectantia laudem.
Q uattuor hi ſtructas acies educere contra
M illia tot maurum/quot aues vix aera trãnant
Q uot freta peruolitant piſces,ingentibus auſis
N il veriti vallem inuadunt cognomine Corbam:
D ifficili poſitos grauis in diſcrimine pugnæ
S pes incerta diu tenuit.Victoria nutans
H os modo ſuſpecto vultu modo reſpicit illos.
C æde manus/cæde arma rubent/cæde arua luteſcunt:
E t ſola ſternuntur peditumq́ꝫ/equitumq́ꝫ ruinis.
H orrendum.volitat fragor vſq́ꝫ ad ſidera mixtus
M ille ſonis:& confuſo mars murmure mugit.
A rma impulſa/virum voces/tuba/tympana/equorum
H innitus/litui obtundunt & cornua olympum:
E t meditans neſcit quid ad hæc reſpondeat Echo.
A gmina retrorſum ferus Abbidiramus agebat
N unc trabe ferrata incurrens/& millia ſolus
M ulta fugans:nunc enſe/nouem qui ductus in vlnas
A/Capulo pugnans/& ab alto vertice ad vngues
C orpora concidens caſtris toto altior ibat
I nguine.& excelſum radiabat gorgone pectus.

Non errat immani poſſet qui obſiſtere monſtro
Vt pote quod dextra armatos potuiſſet inermi
Fundere: quadrupedeſq; feros auertere fronte
Terrifica/& vultus flammantis imagine dira:

F I N I S.

Oc aīaduertens fratres Tācredus in vnum
Cōtrabit o mēorās fidiſſima pectora nūq̄
H Territa bellorū ſtrepitu/dependet ab vno
Hoc tā grādi ac terrifico victoria mōſtro.
Hoc mihi ſi mecum vobis in bella venire
Eſt animus Cyclopem orco dimittere mens eſt.
Sic ait. Illi operam ſpondent: & fœdere facto
Tela manu ſtringunt/oculiſq; ferocibus hoſtem
Mirantes vlciſci optant tot fata ſuorum.
Irrumpens igitur medios Tancredus in hoſtes
Fulminat: inſequitur fratrem Syluanus/& haſtam
Vibrat iens/nutantq; agitatæ in caſſide pennæ.
Ipſe etiam toruo bellax Agelarius ore
Significans iram ſe tollit in aera ſaltu
Armiſono/leuior Pardo. poteratq; videri
Non pede ſed pennis/ceu cum mandata ferebat
Patris Atlantiades niti: tres Hectoras vno
Impete dixiſſes Agarena per agmina ferri.
Vi fecere viam: ſtratis tandem vndiq; mauris
Ductorem inceſſunt iaculis. Ille arduus enſem
Elleuat: aſt illi viſo elabuntur ab ictu
Ocyus: ipſe velut moles immobilis hæret:
Et quaſi cum pueris ſibi ſint certamina ridet.
Illi inſtant: dicas totidem certare Leones
In libyco ſaltu: pulſis fragor intonat armis:
Ergo videns iam non ſibi rem cum imbellibus/ira
Concitus ardeſcit: cilijs abſcondita longis
Lumina ſcintillant: grandiq; ſimillimus apro
Grunit: & in gyrum gladians diuerberat auras:
In fratreſq; ruens ſublato effulgurat enſe.
Illi in terga volant/repetuntq; animoſius hoſtem:
Et prius adductum q̄ rurſum aſſurgat in enſem

(Nancꝫ cadens in ſtirpem ierat tellure ſepultum)
V erberat haſtili iugulum Tancredus/ & ictum
C rebrius inculcat repetens. Agelarius haſta
O s petit: ipſe haſtas ducto diuerberat enſe:
A ſſiliunt. rurſum/ & protectum gorgone pectus
I mpete Syluanus magno ferit/ille retrorſum
P ulſus it. impulſo incumbunt/crebriſcꝫ fatigant
I ctibus. ille gradu cædens in terga labanti
C aſuro aſſimilis/ſumpto mox robore ſeſe
E rigit/ac longo redit in certamina ferro
N ec mora/contorquens iaculum Tancredus in alta
O ra viri/toruam felici vulnere frontem
S trinxit: & haſta alte infixo mucrone pependit:
I nclinatcꝫ caput telum graue ſtipite longo.
I lle indignatus fœtæ de more Leenæ
Q uando inuaſorem contra pro pignore certat
R ugit/& admotis manibus dum educere contum
N ititur inſultu ſubito/nam tempora caſus
O pportuna dabat/rabidum Tancredus in hoſtem
F ertur & apprehenſo quod adhuc infronte cruēta
F ixum erat haſtili premit/atcꝫ in terga gigantem
I nclinat ſubeunt fratres/hoſtemcꝫ labantem/
A ttonitum/nec longo vti mucrone ſcientem/
N am dolor vmbrabat ſenſus/& lumina ſanguis/
S ternere conantur/miſſis in pectora contis.
N ec mora Ceu duris exciſſa ſecuribus ilex
C orruit: arma ſonant: membris immanibus icta
T erra tremit/puluiſcꝫ leuem glomeratur in vmbram
C ontinuo dextram aggrediēs Agelarius enſem
V iribus extorquet magnis: at barbarus hoſtem
M ordicus apprehenſum retinens/durocꝫ reluctans
R obore/vix tandem euicto dedit arma lacerto.

Interea iugulo incumbens Tancredus acerbum
Os ferit/& ſtrato inſultans Saracene ſub orcum
Ad macbometigenas alios triſti omine dixit
Mergere: & bæc memorans caput a ceruice reuulſum
Terribiles dum ducit adbuc oculoſq́ꝫ genaſq́ꝫ
Labraq́ꝫ configit conto: ac ſuſtollit in altum.
Truncum autē iacuit per ſanguinolenta cadauer
Saxa/tegens grandem membris immanibus agrum
Terrifica par mole tibi Neptunie orion.
Par tibi cui ſtigius paſcit precordia Vultur.
Quotquot ad iſtius tanti ſpectacula monſtri
Conuenere/omnes autem venere Lacones
Hiſpani & Celtæ/vix auſi accædere ad vlnas
Quattuor/berebant primum/mox lumine fixo
Quæ precor aiebant quæ vis proſternere molē
Dijs metuendam ipſis potuit? Pbytona fatemur
Rem minus borrendam: fuit boc vel Appollinis arcu
Vel Iouis ardenti tollendum fulmine monſtrum.
Quis facinus neget boc maius mortalibus armis.
Signabant alij porrecta baſtilia ad vlnas
Ad femora ad plantas metiri immenſa volentes
Membra modum noſtræ longe excedentia formeæ:
Continuo volitans agarena per agmina rumor
Spargitur: Aſt vbi mox proceræ apparuit baſtæ
In mucrone caput/monſtriq́ꝫ immanis imago eſt
Viſa procul/tanq̄ꝫ volucres cum vulture viſo
Diffugiunt/magno mauri dant terga tumultu
Præcipites. noſtri ſpolijs onerantur opimis.
Dum luſtrare locos omnis/dum ſingula certo
Eruere ex tenebris/& in aera mittere apertum/
Rerum mole labant vires: numeroq́ꝫ virorum
Obruta non meminit tot facta ingentia Clyo.

Rex erat Aſturibus veterum de ſanguine Regum
Aldefonſus/opum quia bella aſperrima paſſus,
Indigus: Aſt ætate virens & robore præſtans.
Huic erat Alcidæ ſimilis Bocaredus in armis
Clarus. & ipſe Lacon demiſſus ab Hercule/Ductor.
Eius apud regem/poſtꝗ̃ tot millia maurum
Sunt euerſa/fides licet inuiolata/nec vlla
Labe madens/ſuſpecta fuit. Regalia corda
Suſpicio ſtimulis ſolet infeſtare malignis:
Vtq; ingreſſa ſemel/nulla eſt reuocabilis arte.
Poſt igitur tanto partos ex hoſte triumphos
Hæc data Victori decora/& redimita coronis
Talibus eſt perpeſſa omnes patientia caſus/
Quos vehit indomiti furioſa licentia martis.
Scilicet his techuis paci aduerſantia fata
Adiuuere Arabes/& concuſſere iacentem
Heſperiam: necnon fatis hoc obijce concors
In longum fortuna grauis rem traxit Iberam
Propterea ad Gallos fugiens a principe gentis
Cui magno cognomen erat/regalia dona
A/profugis olim poſitam phocenſibus vrbem
Accipit Emporias/ad Iberi littora ponti
Ad iuga Pyrenes/propter vada fluminis Albæ.
Sæpius in patria minus obſeruata/ſuiſq;
Villis ab externis recipit ſua præmia virtus.
Vrbem a patre habitam puer Hermengarius auxit.
Atq; ſuæ genti fecit caput. Hic ſua magnis
Sumptibus arma locans poſuit monumenta parentum
Grandia. ſculpſit auos: Leonicenoſq; nepotes:
Et loca graiorum celeberrima/pinxit Athenas:
Callirhoemq; vagis ructantem fontibus vndam:
Et muſis helicona ſacrum: Bæotia Thebas

Mœnia & Orcomenum: Delphos adiungit/Eleuſin.
Rhamnuntēꝗ ſacrā Nemeſi/Lacedæmona/& Argos:
Iungit Amyclæas arces: Rhodiumꝗ Coloſſum,
Elidaꝗ, & Piſam/Hermionen/vetereſꝗ Mycænas.
Leuctra/& Thermopylas/ſpartanorumꝗ trophæa
Aerijs impoſta iugis. medicamꝗ Epidaurum:
Et pellam/& tumulis claram regalibus Eglen.
Additur & Calydon: necnon & Clade Philippi
Inclyta Methone: Pſophis: Pylos: & tua Troezen
Mœnia/cui Pelopis tribuit ſua nomina proles.
Ac Marathon tot perſarum memoranda ſepulchris.
Cæteraꝗ antiquæ titulis inſignia famæ/
Quæ Iuuenis patriæ veteris compulſus amore
Nec dum oblitus auos/vt ſingula mente gerebat
Aedidit: atꝗ oculis voluit ſubiecta videri.
Nunc opus æternos iam tum memorabile in annos
Dum pubeſcit adhuc, referunt more Herculis auſum.
Nanꝗ animis vt erat magnis ex tempore pontum
Inſiliens ſardos adijt: Numidaſꝗ per illa
Littora bacchantes ſubito dare terga coegit.
Ad mare turmatim pulſos claſſemꝗ volentes
Scandere/& æquoreis ſaluari in fluctibus igne
Inſequitur/flammiſꝗ dedit claſſemꝗ/Viroſꝗ
Quos igni ſupereſſe videt/demergit in vndam/
Enſe necat/prohibetꝗ genus ſupereſſe nefandum:
Et veluti euerſa fecit Carthagine nomen
Aphrica victori/paribuſꝗ Numantia fatis/
Inſula ſic aſſerta Duci. Cœpitꝗ vocari
Sardinius. ſic fama frequens cum laude per omnes
Dum volitat terras facta eſt manſura diebus
Gloria perpetuis/fortunæ obnoxia nulli.
Altera progenies nam tris Bocaredus ab aruis

Duxerat heſperijs natos ad gallica regna/
Mittitur a Magno gelidas Siſmundus ad oras
Saxoniæ/imperio gentem preſſurus acerbam
Et populos ſola notos feritate ſeueris
(Sic ſua ſors egit Iuuenem) recturus habenis.
Hic fuit ille potens animis Siſmundus & armis
Qui bolioneum fertur iugulaſſe Leontem
Et traxiſſe nouum victo cognomen ab hoſte/
Quod dedit & natis: nam gens Bolionica ab illo
Venit: & vbertim fruticans genus iuit in amplum.
Hac celebri de ſtirpe tuis cum fratribus ortum
Te Gotfrede ferunt: in quem deſcendit olympo
Spiritus ille ingens/qui te ad phœnicia miſit
Littora: qui victa fecit regnare Damaſco.
Tertia progenies profugum comitata parentem
Inclytus Archeleos dux ingenioſus & acer
Pipino ſub rege diu regnauit in armis:
Hunc velut ante patrem/caput omnia caſtra vocabant.
Atq; erat in bellis illi hoc quaſi teſſera/ſignum.
Hinc noua mutatis ſubiere vocabula primis:
Nam quod Agellarium dici genus ante ſolebat
Nunc apud Auſonios (ſic res & nomina rerum
Mutat longa dies) vulgo Capacia proles.
Dicitur. Iſta virum ſoboles fœcunda feraxq;
In varias it ſecta domos/porrectaq; longe.
Inſuber iſtud habet genus. iſtud aquatica Manto:
Vdaq; per vicos currentibus vndiq; riuis
Brixia/& in noſtris aliæ regionibus vrbes.
Heroum genus & fortes qui grandia voluunt
Facta viros/ita ſors gaudet iactare per orbem/
Vt pelago & ventis auſos ſe credere Nautas
Rhypheus Boreas/aut libs/aut indicus Eurus.

I taliam rerum dominam dum regna manebant
R omulidum quondam/Sed mox cum proxima rugis
I am foret/exanguem ac gelidam pace inclyta & armis
F ranconis magni ſoboles Pippinus habebat.
H ic recolens quanto Archeleos pugnauerat aſtu
R elliquias contra Hunnorum/machometica contra
C aſtra/virum latias ſecum perduxit ad vrbes
P ræſidium pacis validum belliq́; futurum.
N omine Rex Pippinus erat.regna omnia Ductor
I pſe gubernabat:rerumq́; tenebat habenas.
H uic erat illuſtris geminoq́; inſignis honore
P rogenies/qualis Chiron medicamine & armis
C onſtantinus opem magnam mortalibus arte
F erre potens duplici.Non tot bona gramina Pæon
N on tot phillirides/non tot vidiſſe Machaon
D ixerit.hic animas quibus Atropos vltima filum
R uperat/inuito ſuccis retinebat auerno.
S æpe etiam diuos/ſæpe & fata ipſa fefellit.
I ſtius auſpicio regis palatia proles
C hinnea ſub rupe habitans peruenit ad oras
I taliæ:Venit ſoboles generoſa latronum
Q ui iuga Germanis habitant contermina/& axem
V erſus hyperboreum regnant in montibus altis.
N ec minus Heſperiæ pro libertate laborum
P ertulit Henricus/qui bella mouentibus Hunnis
O bſtitit:& Vallum ſeſe tibi fecit Arago.
H ic patrui Bocarede tui de ſanguine cretus
T arraco quicquid habet/quæcunq́; valentia rura
P oſſidet & maria/& terras vbi diuitis agri
D elitias inter recubat pulcherrima rerum
B arcino/florentemq́; nouæ Carthaginis oram
S ic protexit/vti moles obiecta marinis

F luctibus appulſas irata per æquora puppes.
D enique quot geſſit pugnas cum Vandalus/& cum
H unnus/& oſtrogothi/vulguſque immane ſueui.
A c Numidæ indomiti bella inteſtina mouebant
H is veluti neruis pollens hiſpania geſſit.
Q uid memorem te bella mari Bernarde gerentem
C um Venetis Genuam contra? Lygureſque fugatos?
Q ua ſedet in medio tellus ſardonia ponto?
T u Tyrrhena legis victor freta/tu mare ſulcas
I onium/protæa adigens ad littora claſſem
C ypron adis poſitam contra Pamphilyca regna:
A uxilioque venis regi quem barbara Memphis
Q uem ſyrus/& feritas armis nabatæa premebat
R egius Auſonias rediens orator ad vrbes
I n ſubres mauorte leuas/fortemque Carillum
C oncilias: bello aucutum grauiore frementem
A tque Caledonias acies a principe miſſas
A nguigero extremũ cogis diſcedere ad orbem.
M acte Deo preſente Lacon/macte auſibus altis
L aus tua vi noſtra maior/tua gloria cantu
N il eget Aonio. volitans terraſque/fretumque
C ircuit/& nubes/ac ſidera vertice tranſit.
S unt quoque qui memorent iſto te ſanguine Cretum
I talicæ Traiane decus/decus orbis/olympi
I ncola/nanque lacu non ſunt te paſſa teneri
N umina tartareo: quia relligioſa parentum
D iſciplina nouo fidei te aſperſerat imbræ.
Q uid Theodoſiacum referam genus? Vna duorum
G ens fuit/vna fides/pietas fuit vna duorum
Cerne quid ad laudes generis ſuperaddere tanti
I am liceat/quando imperij peruenit ad altum
R omulidarum apicem/& terrarum eſt orbe potitum.

P one lyram precor heroum quæ grandia Clio
G eſta canis: pelago non eſt opus addere lymphas.
P one lyram: fruſtra ſolem qui cætera luſtrat
S idera/qui mare/qui terras/luſtrare quid optas?
N ulla erit/æternis q̄ q̄ ſine fine ferantur
A ſtra polis/tam ſera vnq̄ tam longa nepotum
P oſteritas/quæ tantarum miracula rerum
N eſciat? hæc diuis cura eſt. heroica virtus
T angit eos: heroes enim gens proxima Diuis.
N ymphe quas memorant vſu genitore creatas
M nemoſineq̄ ſatas/quæ mente reconditis alta
F ortia facta ducum/decora immortalia regum
S emideum titulos/ſcriptaſq̄ in marmore laudes
D icite Agelariæ ſi quem meminiſtis auorum
F orte domus dignum tantis quem heroibus addam.
T alia dum memoro mihi vir radiātibus armis
L ucidus & longo ſuccintus ad ilia ferro
C onfeſtim ſiue a ſuperis/ſeu miſſus ab orco
A ſtitit: humana qui viſus imagine maior
O raq̄ flaminijs ſoluit reſonantia verbis.
Q uis furor o Vates tāto mentem impulit igne
G entis vt auderes noſtræ memorare triūphos?
A tq̄ breui tātum pelagus trāſmitere cymba?
F as potius numerare greges quot in æquore Protheus
P aſcit: & aereum quod eunt per inane volucres
Q uam fortes cenſere Agidas Lacedæmone miſſos
P er terrarum orbem primo Titanis ab ortu
A d patris Alcidæ poſitas ſuper alta columnas
S axa/ſubinfuſis Nereus quæ ſeparat vndis.
N ec tamen inceptis ideo deſiſte. ſepultos
D electat nos iſte labor: delectat & ipſos
Q ui ſuperant/grateſq̄ ferent tibi forſitam vllas

H os tibi apud ciues ſuperos quod poſſumus vnum
C onſulimus: dominumq́; tibi placamus olympi:
I ſto ego quem celebras qui venit ab Hercule magno
S anguine deſcendi/ſic me monuere parentes
S ic pater armipotens/& auus memorare ſolebat.
A/veteri noſtre gentis longæua propago
O rtum habet Archeleo/gallis qui primus ab oris
V enit in Italiam pipinia ſigna ſequutus.
H inc quoq́; ſi qua fides noſtris annalibus/orta eſt
Q uæ tenet Inſubres campos Somalia proles.
A lbricio mihi nomen erat. Cunq́; tenebam
I mperium tenue atq́; meis longe auſibus impar.
E rgo minus patrijs opibus contentus ad arma
C onuerti auſpicijs teneros felicibus annos.
D eſidia & torpor grauis exarmauerat omnes
T unc Italos/nec erat quiſq́; de gente latina
Q ui martis curaret opus/diſcordia ſi quos
P ublica vexabat/ſi lis mortalibus vlla
F orte erat arbitrio bellorum & iudice ferro
D iſſoluenda/Italæ gentes externa vocabant
A uxilia. externis miles veniebat ab oris.
D edecus hoc indignatus tantamq́; peroſus
S egniciem gentis noſtræ gymnaſmata martis
I nſtitui/& reſidem, cœpi exercere Iuuentam
E nſe/haſta/iaculis/arcu/leuibuſq́; ſagittis:
E t munire nouis hominum thoracibus armos.
N am rudis illa ætas (ita degenerauerat) artus
P ellibus hirſutis corioq́; armare ſolebat.
N on longos poſt caſtra dies ex gente latina
C ompoſui/Carolum fudi qui miſſus ab oris
P annoniæ in venetos multis cum millibus ibat:
I nſubrium tutela fui. Florentia ſenſit,

Senſit & effuſis Minti quæ cingitur vndis
Mantua Bellantem/mea magna Bononia ſenſit
Claſſica: deprehenſuſq; meis Antonius armis
Bentiuolus/vir marte potens/vir grandibus auſis.
Adde Fauentinam quæ contra geſſimus vrbem
Prælia. Campanos longum eſt narrare tumultus
Cum Carolo primis victo congreſſibus olim
Suppetias iui. Tunc omnis Daunia & omnis
Proxima Trinacrio ſeſe Meſapia ponto
Subdidit imperijs/& noſtra in fœdera venit.
Conſtitui noſtræ, ne quis dare nomina poſſet
Militiæ/niſi qui natus genitoribus eſſet
Auſonijs. ſtudium decoris mihi tale latini.
Deniq; quiſquis erat vitam qui vellet in armis
Ducere/& illuſtrem bellando extendere famam
Ad mea/gymnaſium velut ad cōmune ferebat
Caſtra pedem: ſeſeq; mihi credebat alendum.
Sfortia militiæ me prima elementa magiſtro
Perdidicit: teneris me mirabatur ab annis
Bracius. bis poſt me pubes romana duobus
Eſt innixa, polis velut innituntur olympi
Sidera duplicibus: peregrinaq; reppulit arma:
Non mihi ſignabant picti vexilla Dracones/
Non Aquilæ: noſtris erat ipſe Gæorgius auſpex
Teſſeraq; & ſignum caſtris. cognomina miles
Iſta meus tenuit. Bellona/Gæorgius/& Mars
Tunc euaſit/& hunc ſeruabunt ſæcula morem
Vt ſit in Auſonijs pro marte Gæorgius armis.
Plura ſuperſedeo: tecum data copia fandi
Tranſit. habent functi terris & corpore manes
Edicta/& leges, quarum inuiolabile nomen/
His ſubito dictis liquidas diſceſſit in auras.

Progenies tot clara viris inſignibus, alto
Par domui ſuperum Cœlo: quod nocte ſerena.
Tot micat aſtrorum flammis. & vt omnibus aſtris
Splendorem ac radios dat luminis Author Apollo,
Sic opifex rerum pater atq; habitator olympi
His dedit elatos animos & idonea bello
Corpora quæ martem, quæ pallada, Centimanoſq;
Terrigenas domitent. immanem Agæona, Cottum
Atq; Gygem, ſuperis auſos indicere bellum.
Et velut Aegyptus Cœli ſtudioſa, Deorum
Prodigioſa parens, Babylonq; ardentia mundi
Sidera non valuit labentibus omnia ſæclis
Diſcere, cum longe ac late diſperſa per orbes
Stelliferos habeant proprias tot millia vires,
Sic neq; ſcire viros omnis ab origine prima
Gentis Agellariæ noſtra vſq; ad tempora fas eſt.
Tot claræ periere domus. Gens portia/proles
Aenobarba iacet. Iacet illa potentia gentis
Aeneadum, quæ cum ſuperis diuiſerat orbem.
Fabricij, ac Fabij/qui ſeruauere latinum
Imperium, Gracci/Aemilij/belloq; potentes
Scipiadæ velut in tenues abeunte fauillas
Tandem flamma rogo longis obiere diebus.
Nec minus Arſacidæ Parthorum antiqua poteſtas/
Cæcropidæ & veniens a Laomedonte propago
Et genus a Belo ductum/genus Aeacidarum
Ac Pharaoniadum/ſobolesq; argiua receſſit.
Adijce Amazonidum populos quæ punica regna
Quæ ſcythicas tenuere domos: Nec Agenoris vſq;
Relliquiæ ſuperant. Lagidas abſorbuit omnes
Tempus: & antiqui proles abſcondita Pici eſt.
Nec ſolum antiquis fuit hæc fortuna. recentes

Vicinaſq; domos noſtro complectitur æuo.
Normanum ſtirps tota ruit. ruit Hunnus. Alani
Ac Vinuli ſolo ſuperant cognomine. Victa
Vandalus Europa libycis ſepelitur in oris.
Quid Francos referam reges? tria ſæcula nondum
Finierant/regale decus defecit ad auſtros.
Hos vbi ſublimes fecit fortuna/repente
Tranſtulit ad Belgas regnum. caput extulit Hugo
Gallus. & illius noſtris genus imperat annis.
Regna ruunt: faciem mutat labentibus aſtris
Inferior mundus. naſcuntur in æquore terræ
Littora conſumunt fluctus. mare corripit vrbes.
Conuulſos magno montes deglutit hiatu
Terra tremens. genitrix domus iſta Laconica regum
Regnorum domitrix ſe in tempora tanta propagat.
Neu ſenuiſſe putes animos poſt plurima gentis
Sæcula/& in natis vim degeneraſſe parentum:
Viuit adhuc vetus ille vigor: mauortia viuunt
Corda ſeneſcenti non conſentanea mundo:
Et tota Alcides in poſteritate remanſit.
Quid memorem decus eximium/laudemq; ſuperbam
Sanguinoli? cui ſfortiadum ſub principe quondam
Franciſco indultum primas ductare cohortes?
Ipſe ſequens auſu proauos quæcũq; per agrum
Inſubrem/ac Lygurem quondam ammiſere parentes
Caſibus eluxi varijs/vt fata tulerunt
Ac fortuna viris vix vnq̃ fortibus æqua
Plurima Franciſco ſuper adicijente recepit.
At neq; pace virum celebrem belloq; Facinum
Quem vulgo dixere Canem/teſtata ſagacem
Ante alios/vigilemq; ducem cognomina in armis
Prætereo intactum. Rutilant inſignia tanti

G eſta Ducis/ſpargitq́ immenſam gloria lucem
A c vitale iubar/quali inter ſidera flagrant
I upiter Atq́ Venus/maioraq́ lumina olympi
A bſcondiq́ nequit/quod fama per omnia longe/
O ra volans Boreæ facit illuceſcere & auſtro.
H ic vt fama refert natus genitore Ramiro
P oſtq̃ Vercellis fuit & Dertone potitus
F initimos bello & longis exercuit armis.
P rogenies huius regno Benedictus auito
F raudatus/fatis hominem cogentibus oras
I uit in externas verſus benacida terram:
E t conſedit vbi diffuſa ſub alpibus arua
I rrigat eliciens montanos brixia fontes.
N ec tamē iſtius q̃q̃ fortuna negarit
I mperium meritis/iacuit ſine nomine virtus.
D ant homini facinus dignum Lacedæmone dignum
H ercule.pro Venetis pugnans magno impete primus
M œnia tranſiliit:magno impete primus in alto
V ertice Chinnæi montis vexilla locauit:
D umq́ ſubit portas/ſummā dum ſcandit in arcem
S trenuus/illius cadit ad veſtigia frater
C olliſus grauis ingenti ſub pondere ſaxi.
C umq́ foret cæptis potior via nulla/cadauer
F raternum pede calcauit/ne vinceret hoſtis:
N on fuit inferius tantum viciſſe dolorem
Q uā viciſſe hoſtem:virtus certauit amori:
C eſſit amor:vicit virtus confeſſa Laconem.
N am fuit antiquis mos iſte Laconibus olim.
T um non aſurrexit domus inſignita parentum
T ot titulis animo nuſq̃ maioribus impar.
T u quoq́ progenies atauis digniſſima tantis
C arole Ticinum propter cui predia & arces.

N am tua & in terris & in æquore cognita virtus
T e Alcide teſtata genus. piratica tollis
A rma latrocinijs totum infeſtantia pontum:
E t facis vt quondam magnus/neptunia regna
P eruia nauigijs: merceſq; per omnia tutas
D as ferri maria: & magno benecōſulis orbi.
E cce nouum magnis aliud ſplendoribus aſtrum
S urgit ab occaſu: pendet tua mœnia ſupra
C orduba. tu genitrix. Betby imminet ardor in vnda
F ulgurat/& face flagranti phœbi aſpicit ortum.
A pparet Gallorum oris: ſpectatur ab alta
A rce Iouis/ſub qua latos Padus irrigat agros
I taliæ. videt Illyricum/germania/& vrbes
S icaniæ videt atq; tremit getulia/& Atlas/
E t Pſilli & garamas/& punica littora quondam
S ub iuga Sidoniæ colum incuruantia Byiſæ.
S ed tamē ante ducem quē noſtra in Carmina tantum
A ccipiam patriæ quoſdam percurrere caſus
P aucaq; precipua de relligione parentum
D e pietate loqui/facinuſq; oſtendere diuum
P ar/meritis dignum cuius reſplendeat authoꝛ
I nter honoratos cœli/vltra ſidera Ciues/
F as ſit: & heroi breuibus preludere ſancto.
C orduba muſarum domus hoſpiciumq; virorum
N obile preſtantum poſtq̄ ſaracenus inundans
O bruit heſperiam/mauros eſt paſſa Tyrannos:
S eruiuitq; diu indignans iuga barbara/morem
I ſmaelitæum/ſine manſuetudine vulgus
M eccbigenum: ſine lege feram/ſine Numine gentem
D euotam æternis alti fornacibus orci.
C briſtum igitur ſtatuens rurſum in ſua tēpla vocare
A tq; iterum dignis aras accendere flammis/

In ſecreta pios traxit conclauia Ciues.
Prima domus preclaræ vrbis de gente laconum
Fluxerat aſturicis ducta propagine ab oris.
Horum ergo auſpicijs operi primordia tanto
Traddita/ & in finem curſu perducta ſecundo.
Ipſi etenim regem qui tunc antiqua Gotborum
Regna per Aſturiam legionæoſq; penates
Cantabricoſq; lares Carpetenoſq; tenebat/
Ferrantem eliciunt Regem bello omnipotentem.
Ferranti dux Ciddus erat. Mendocia Ciddus
Vnde genus traxit fortes domus inter Iberos
Inclyta maiorum titulis. bic nocte per vmbram
Caſtra mouens magnam confeſtim accedit ad vrbem.
Sub duce Agellario populi pars maxima in armis
Stabat: & aduentus ſignum expectabat ab arce.
Ecce velut pacti fuerant/ micat ignis in alto
Culmine vicini montis/ nec plura morati
Vociferant: & portarum clauſtra omnia pandunt.
Mox tuba: mox litui/ mox ærea tympana Cœlo
Increpitant piceo: noctiſq; ſilentia rumpunt
Coniuratæ acies: ipſi intra mœnia Ciues
Aſtures ad muros: ſubit alta palatia miles
Cantaber: & mauris cædem atq; incendia portant
Singula nil opus eſt tanti memorare tumultus
Nunc opera: expulſo Ciddus tenet omnia mauro:
Et data Agellarijs patriæ tutela receptæ.
Sic iuga contritis excuſſit Corduba loris.
Scilicet bæc ratio q gens ea dedita regum
Obſequio/ patriæ ſemper meditata ſalutem
Conſilijs armiſq; potens euaſit in altum
Aucta opibus numeroq; virum ferre arma valentum.
Quippe velut magnæ ſi quis tentauerit omnes

Hercyniæ ſaltus vno ſuccidere ferro/
Fallitur/& vano demens eluditur auſu/
Sic preclara huius gentis numerare volentem
Facta labor vincet/nec erit conatibus ætas
Vna ſatis: fuerit ſatius faſtigia quædam
Pauca ſequi/ꝙ fruſtra humeris inuoluere totum
Hoc onus/& tantæ victum ſuccūbere moli:
Bethyca terrarum noſtri prope littora ponti
Optima preruptas tetricis in montibus arces
Tollit/& hanc mauri longos tenuere per annos/
Vt pote quis natura fuit munita locorum
Præſidio/ſed continuo in diſcrimine ſemper
Solliciti. populis etenim capitale duobus
Aſſiduas odium rixas exciuit: & arma
Virus inuſtum animis nunc ſopita reliquit.
Gentis Agellariæ munus fuit auſpice Chriſto
Perpetuis maurum bellis contundere/gentes
Heſperiæ hortari/reges accendere/totis
Viribus anniti/pro relligione periclum
Omne pati/contēnere opes/nil pendere mortem.
Hic fortuna diu varijs euentibus anceps
Luſit: & vt viſum ſuperis/victoria/nunc his
Nunc illis alterna dedit felicia bella.
At pater omnipotens tandem mauruſia fata
Maturare volens ad idonea tempora vertit
Intuitum æternis famulantia legibus aſtra
Cuncta putans magno cauſas molimine iunxit.
Ferrantem in primis regno præfecit ibero:
Ferrantem noſtra qui tempeſtate per omnes
Imperat heſperias/& qui ſardoa gubernat
Aequora/cui ſiculi parent/cui parthenopæa
Terra ſubeſt/vſq; ad ſacræ confinia Romæ.

H eroasq́ nouos/quales pagaſæus Iaſon
A ttulit ad Colcbos/quales Menelaus ad altum
I lion/ad Tbebas proles Talaonis Adraſtus/
E x alijs alios domibus de gente Laconum
E t magni Eudamidæ priſco de ſanguine fortem
P rotulit Alfonſum/proaui mentemq́ animumq́
H erculis/& totum ſpirans in pectora martem.
H unc experta diu poſtq̄ ſua Corduba in omni
M unere mortales vidit præcellere cunctos
E ſt confeſſa patrem patriæ/dominumq́ ducemq́.
R ex quoq́ ab boc vno regni pendere ſalutem
V t pote militiam docto ſtratagemata maurum
O mnia callenti/dum Corde ſagaciter alto
C ogitat/& magno dare vult exordia bello/
I n conclaue vocat ſolum/& quid mente volutet
F ando aperit/rebuſq́ ſuper conſultat agendis:
V t reſponſa viri ceu diuum oracula pondus
V idit babere/tuam dixit ſpartane ſuperbum
H eſperiæ Eudamidumq́ decus preſentia poſcunt
T empora opem/tu bella reges/tu lora tenebis/
T u dictator eris/tu martis in agmine Cenſor.
S ic ait: atq́ Ducem ſtatuens præfecit agendo
P ræſidio. mox explicitis caſtra omnia ſignis
D ucit in antiquum magnis clangoribus boſtem.
C ontinuo Alfonſus veluti cum murmure longo
I n nebulis concreta prius circūq́ per auras
A cta diu tandem iaculante tonitrua nimbo
S oluitur ingenti ſternens ſata turbine grando
H oſtibus incubuit/tempeſtatemq́ fragoſam
I nuebit inuoluens montes mare flumina campos.
H unc vnum trepidant boſtes/bunc omnia maurum
O ra ſonant. Cum nocte ſopor labentibus aſtris

Cuncta premit/vagus explorat iuga/ſaxa viaſq́;
Difficiles/vada rimatur/circũuenit hoſtem/
Inſidiatur/agit predas. Cum creditur abſens
Fulminat ad portas/& circum mœnia clangit.
Deniq́; quicquid erat dictu mirabile/factu
Difficile ac durum/labor, & ſolertia/& ingens
Vis animi/& laudum poterat generoſa Cupido.
Tum furor ille Arabum violentus & illa ſuperbi
Tanta animi feritas/rabieſq́; innata domari
Cœpit: erant vrbes trepidæ: regniq́; labantis
Iam pars magna graui armorum ſub pondere anbellãs
Colla iugo dederat/legeſq́; ferebat iberas.
Tantus opum mauris octo per ſæcula aceruus
Accumulatarum defluxerat: omnia regum
Munimenta ierant peſſum/& ſpes funditus hauſta.
Cum iam omnis quas bella dabant romana coronas
Promeritus/ſtaret ſupremo in culmine honorum
Inuida victori totiens fortuna tetendit
Inſidias certa Alfonſum detrudere vita:
Et fatis ellecta dies infauſta ſiniſtris:
Luna erat in coitu/ſolemq́; amplexa vetabat
Ferre orbi vitale iubar. dea perfida curſu
Trans ſtyga præcipiti fugiens Acherontis in vndam
Labitur/ac furias omnis ſecum euocat orco.
Venerat in campos radiens/vbi fulminis ictum
Cum ſubit/abſtruſum fracta cute detegit aurum
Mons ſacer/heſperij decus atq́; opulentia regni.
Hic ordita dolos. & montem in præmia tanti
Pacta operis: veniunt in fœdus Erinnyes omnes:
Infrenumq́; odio mauris ardente furorem
Incutiunt/ſtimuliſq́; iras acuentibus armant.
Ergo animo maiore fremunt/ſolitoq́; feruntur

A crius in bellum.contra ſoluuntur iberis
C orda gelu.ſenſus moles oneroſa retundit:
D iffidenſq; armis langor.Nam dira Megæra
S parſerat in caſtris bauſtos Acheronte liquores.
P ectoraq; obſcura Cocyti aſperſerat vnda.
N eu quicq̃ quod poſſit eos offendere deſit/
O minis infauſti volucres de ſaltibus actas
T iſiphone in campos ſtrepitu ciet importuno.
V iſus ad ipſa Ducis veniens tentoria Bubo
S ole altam ducente diem/& conſiſtere in alto
C ulmine triſte canens.Stigijs quoq; nubibus atrum
N eſcio quid graue ferre oculis ſpirabile cœlum.
A ugurijs offenſi omnes.& credere q̃q̃
A ugurijs vanum agnoſcant,preſaga malorum
M ens tamen oſtentis offenſa minacibus horret.
N ec minus vt triſti maurorum cornua bombo
I mpleuere auras/& murmure tympana toruo/
I mpiger Alfonſus vocat ocyus arma/viroſq;
Q uadrupedemq; ferum.campoq; infertur aperto/
N on velut ante ſui compos tamen.arma monebat
I nfauſta ſuſpecta die ſine lumine ſolem
M onſtrat/& ecclipſim memorat Feremundus.at illi
F ert ignominiæ timor alta & fortia corda:
E t decori intentus neſcit parere monenti
V tiliter:ſegneſq; animos/in ſe arguit heros.
E t ſecum luctatur iens.longe anxia ſentit
S ollicitum(nec ſcit cauſas)precordia pectus.
I t tamen in pugnam furias & ſidera contra.
E t iam conſertis manibus glomerantur in vnum
H eſperij mauriq; ſimul.gens vtraq; vitæ
P rodiga.certa mori.poſt ſe contenta ſuperbum
N omen/& egregiam poſt fata relinquere laudem.

E t quia turpe pati conuerſo vulnera tergo
P ectora dant telis atq; ora minatia iungunt
C ominus in gladios proni/baccbatur Erinnys
C ircuit Alecto: volitanſq; per agmina Mauors
T empus adeſſe monet/quo vlciſci fata ſuorum
F as ſit/inardeſcunt animis/& more Leonum
C um laniant armenta furunt/nactiq; fauorem
D itis eunt ſupra humanas in vulnera vires.
T um pater Alfonſus/cum iam cecidiſſe ſuorum
M ilia multa videt/fixo ſe colligit ore
O mnia mente putans volucri. deliberat inter
C onfertos/cum terga fugæ dare neſciat/hoſtes
O ppetere/& pulchram facere inter vulnera mortem.
P roxima cura ſubit Petrus chariſſima patri
P rogenies/quem pugnandi procul egerat ardor.
N am mauro incumbens pondus belli omne ferebat.
I llum ergo e triſti ſaltem ſubducere caſu
C ogitat/& ſeruare genus: circum omnia luſtrat
O bſeruans acies/Criſtas vt nouit in alto
V ertice nutantes/magno impete dirigit haſtam:
Q uadrupedemq; premens medios incurrit in hoſtes:
E t raptum ex acie vix tandem educit in agrum:
V nde queat fatis deuotam euadere lucem.
D umq; ea poſtrema patris pietate geruntur
E cce leuis Nomadum legio de colle volantum
V rget equos. ex inſidijs egreſſa repente
I mminet hiſpanis cladem latura ſupremam.
H anc pater Alfonſus tumulo ſpeculatus ab alto
A ctum ait. I. mi Nate viam/tua pluribus annis
D igna recens ætas/quam cum ſplendore memento
D egere preponens vitæ decus/Hercule ab alto
T e veniſſe memor/veteriq; a gente Laconum

P er tot annos factis celebres & nomine claros.
V ade moram mi Nate omnem tolle/omnia nobis
T empora longæuis iam ſunt decurſa:periclis
O buia nil trepidat mortis ſecura ſenectus.
I ſta dies(ſi vita Comes mihi forte ſuperſit)
A uferet omne decus.ſi forte occumbere læto
F as fuerit/nobis decus immortale relinquet.
S ic extrema dabat verbis mandata ſupremis
M agnanimus Genitor/ducens ſuſpiria ab alto
P ectore/Tum dulci lacbrymans nato oſcula iungit
C aſſide depoſita/preſſoq; amplectitur ore.
S upremumq; vale curis ſingultit amaris.
I lle patrem paribus lacbrymis hortatur,& vrget
I re magis/ſe quem melior magis adiuuet ætas,
F ortiter acturum.Pietas certamine in iſto
A ltercata diu.vicit pater.atq; reuertens
I nter denſa virum ſeſe ingerit agmina/conto
H ac illacq; premens mauros/ſtragemq; cruentam
A ccumulans:qualem caulas ingreſſus apertas
A edere nocte Lupus rabido ſolet improbus ore.
S pes erecta parum heſperijs:fuſa agmina maurum
T erga dabant inuito Erebo.reuocabat euntes
T iſiphone/ſimulanſq; ducem toruo increpat ore.
Q uo ruitis clamans fugitiua & perdita turba?
I n manibus cum iam noſtris victoria/tergum
V ertitis?hic nobis labor vltimus.Vndiq; fuſus
C antaber it preceps.trepidans elabitur Aſtur:
E t ſupereſt hæc vna cohors.Conuertite fortes
O ra Viri:mecumq; alacres in bella venite
V ltima.ab hoc vno pendet victoria nixu.
S ic ait.hiſpanos animant non concita verba
V erum exempla Ducis:rurſum reuocantur/euntq;

A cribus in mauros animis/bauritq́ꝫ cruorem
P ugna atrox libicum: potuitq́ꝫ aſperrima virtus
V incere fata/niſi Alecto immiſſiſſet Iberis
L ucrandi ingluuiem Sanci ſub imagine nota:
(S ancius Alfonſi fuit armiger) ite rapinis
M aurorum Hiſpani/diteſcite/vincitis hoſtem
C lamabat volitans/ſpemq́ꝫ incutiebat auaram.
T um maior dilapſa cohors. Alfonſus ab hoſte
C lauſus in ingenti maurorum abſconditur vnda.
V ictus ad extremum numero atq́ꝫ labore/caducum
P ectus in excelſo Numidarum inclinat aceruo.
H eu male conſultum mauris in funere tanti
P rincipis. Accingunt non inferioribus armis
T res ſimul ammiſſo nati genitore/potentes
P ro capite vnius læto dare plurima maurum
M illia/Franciſcus/referenſq́ꝫ & nomina & ora
P etrus aui: & Iannes non iam virtute ſed annis
V ltimus/Alfonſi totidem/totidem Leonici
A lcidæ totidem. pœnas dabis impia maurum
B arbaries. malefida tibi fortuna repoſcet
P ro Duce Granatam. patriiſq́ꝫ eris exul ab oris.
T u quoq́ꝫ Ferrantes ſuperes Conſalue iacentis
A lfonſi germane/ferens victricia ſigna
E t pelago/& terris. iam ſe tua gloria cœlo
I nſerit/& totum radians illuminat orbem.
T e duce quos trepidet caſus hiſpania neſcit:
E t quos non liceat ſub te ſperare triumphos.
T u patriæ defenſor eris/tutela nepotum:
T u decus armorum/Tu fama æterna tuorum.
O mnia tu quondam rigidi diſcrimina martis
D octus adhuc iam pene puer/genitore ſub ipſo
C reuiſti/vt vicina Pado noua populus/ arbor

H erculis/ante diem veniens/ſenioraq́ꝫ vincens
R obora: & intonſon caput vſq́ꝫ ad ſidera tollens.
M aurorum occaſum granatenſenq́ꝫ ruinam
V idiſti/& florens annis iuuenilibus arma
C ontra ſemen Agar pro relligione tuliſti
V ltus auos/fratrem/atq́ꝫ Deum/temerataq́ꝫ ſacra.
H allora te ſenſit:ſenſit Marbella: ſolumq́ꝫ
M enobium:necnō regio turrita prealtis
O retana iugis:gemini ſenſere Cunicli.
C artbamaq́ꝫ:& ſetbnil pbœbo vicina cadenti
T unc aderas cum Rbonda Deum/cum loxa recepit/
C æteraq́ꝫ illius quot erant inſignia regni
O ppida/& aereæ duris in cotibus arces.
O Macbometigenæ gentes/bic maximus ille
B elliger/armatus qui vos cobibere ſolebat
M œnibus effuſos/& in aſpera bella ruentes.
I pſe aderat quando atrati ſine murice reges
A d regum venere pedes/cum victa ſuperbos
D epoſuit Granata oculos.ipſe inter ouantes
Q uando triumpbato patefecit mœnia regno
V rbs ea/ſtipatus magnis beroibus ibat.
In Latium veniens ad Tybridis boſtia claſſem
E git:vbi impoſitas tyrrbenis fluctibus arces
M unierant Galli ſtantes pro turribus altis.
N ec mora/ſcalarum gradibus ad mœnia miſſis
H eſperij velut ardentes circum arida flamæ
L igna volant tecti clipeis:& in aere pugnant.
Q uid moror?euadunt victis in culmina gallis
P rotinus Heſperij.ſenones de turribus acti
P ræcipites foſſe reſidem voluuntur in vndam.
P ar fortuna tuos nutrix enæia belgas
I nſequitur/tua ſeruabant qui mœnia miſſi

P ræſidio: ſaxūq; illud quod in æthera ſurgens
P roſpicit irato ſalientes æquore fluctus.
S ors eadem fuit Vrbi Aquilæ/ quæ celſa ſuperbum
I nſiſtens apicē videt hinc ſamnitica rura/
H inc Vmbros/ Tuſcoſq; procul/ gentemq; ſabellam.
N anq; vbi Concubiæ venere ſilentia noctis
M œnia Ferrantes ſuperans/ obſcura peragrat
C ompita cum paucis. primoq; ſopore iacentes
E t nil tale ratos (Q uis enim formidet in vrbe
T ales nocte dolos) intra ipſa cubilia Gallos
O ccupat: & cæde ingenti tenebroſa cruentat
A tria: & exorto redit in ſua caſtra tumultu
I ncolumis. Tanta in magnis ſolertia rebus.
C um Duce Mantoo/ qui iam concluſerat intra
A ttelana Duces Gallorum mœnia/ totam
A ſſerit Auſoniam/ Campanaq; liberat arua.
N ec ſatis eſt terras vicisſe. Per æquora victor
N auigat. Ionio procul eſt audita profundo
F ama viri. Nam cum Veneti naualibus armis
A rua Cephalenum premerent (Tum Thracibus illa
I nſula parebat dominis) cum claſſe vocatus
V enit in auxilium/ clademq; inuexit acerbam.
N anq; locos vbi ſiſiphius regnabat Olyſſes
A lcinouſq; ſenex/ Epiri littora & agros
S ic contriuit/ vti ſolet arua virentia grando
A ſpera/ cum geminos fratres inuaſit Apollo.
D umq; per id tempus (ſic ſors tulit) arua Zacinthi
V iſeret/ excelſa montis de rupe patrenſes
V idit aquas. vidit longe nigreſſere in vndis
A equoreis terram Pelopis monſtrante Nicandro
I ndigna/ qua fama refert regnaſſe Coæuos
R egibus Aſſyrijs reges Sycionis & Argo/

T um memor antiquæ Lacedæmonis/vnde ſciebat
D iſcendiſſe Atauos/patriæq; impulſus amore
B elligerum Iuuenem muſis ab origine ſacrum
C ongeneremq; ſibi ſic compellauit Iaccbum.
E cce in conſpectu generis natalia noſtri
A rua vides: vbi ſcis noſtros regnaſſe parentes:
E t centum tenuiſſe vrbes/ecatombica regna.
I nterea dum bella gero/gentemq; nefandam
F inibus arcemus Venetis/da garbaſa ventis
Q uando viam Zephyrus facilem facit: atq; sereni
N il crudele minans Nautis clementia cœli.
V ade vide quid ſparta facit.mora nulla biremen
S candit/& Ionias Iuuenis ſecat impiger vndas.
I t Comes Andreas/Comes it Traianus: in vnam
T res iſti cobiere fidem/tria fœdere iuncta
P ectora perpetuo/nullis dirimenda periclis:

F I N I S.

OCciderat Titan/ & nox calligine pontum
Inuoluens picea æthereos accēderat ignes/
Cum tetigit primas ephiræi littoris oras
Nauita: ſuccedūt Ichti/ qua curua theatrū
Ripa facit ſpargēte comā ſup̄ æquora lauro.
Hic ſumptis ad lunam epulis (Nam luna meabat
Biſſenos tunc nata dies) data membra quieti.
Et iam ſomniferæ caput inclinauerat vmbræ
Phœbus in occaſum, labens incognita ſubter
Aequora & extremis auroram oſtenderat Indis,
Cum Iuueni Deus illabens tenuiſſima rerum
Signa ſub arcano mentis ſeruata receſſu
Excitat ac fingit contextu ſomnia miro
Viſus enim ſummo martis cōſiſtere in orbe,
Diuorūq; choros de ſummo audire loquentes
Multa deo & fatis, venturiq; ordine ſæcli
Quæ vulgare nefas. Quid cœlum & ſidera voluant,
Et quibus excidium regnis vicina minentur
Tempora: Conſaluo qui decernantur honores.
Viſus & a ſuperum quondam ſe in mœnia duci
Quæ a priſcis veterum geniis habitata locorum
Diceret, & genii ſeſe petiiſſe doceri
Quid valeant, quid ſint, quid agant: Et protinus illum
Greſſu intermiſſo verba hæc audire loquentem
O Iuuenis mortalis adhuc archana Deorum
Quod tibi ſcire datum, grates perſolue Tonāti.
Ille Deus molem hanc tantam, qui condidit, arcem
Supremam cœlorum habitat, nutu omnia ſolo
Quæ ſubiecta videt moderans vſq; ad caua nigri
Antra Erebi: & viſu penetrās & viribus ipſum
Legibus æternis ſubigens acherunta, Iouemq;
Tartareum. Tanti potis eſt vigor illius ingens.

Cuncta miniſterio Diuum gerit/hos modo mittens
Quo res cũcq; vocant/illos modo:regna reguntur
Præſidibus nobis.fatalia ſidera certe
Multa valent/ſed nos(quæ res iam plurima fallit
Sæcula mortales)flammas moderamur olympi:
Non ſecus ac ſolet argenti fabricator & auri
Dans adimenſq; focis vires/nunc follibus ignem
Irritans/nunc amne premens incendia fuſo.
Et pro Diuorum ingenijs/nec enim omnibus vna eſt
Vis genijs/diſpar venit & diuerſa locorum
Atq; hominum natura.Quibus cuſtodia Diuum
Eſt noua/mutati mores hominum atq; locorum.
Sunt Diui qui magna animo atq; ingentia voluant.
Hos vetus heroes ætas vocat.Altera longe eſt
Mens alijs.Nam ſunt qui relligione ferantur/
Et pietate magis:populoſq; in pace gubernent.
Mopſopiæ gentis præſes(dixere Mineruam)
Quod ſapiens eſſet/ſtudijs precellere Athenas
Fecit:& ad rerum cauſas attollere mentes:
Tranſijt a grais ad Celtica regna:tenetq;
Nunc quoq; parrhiſios.animum per ſingula volue
Oppida:& ediſces genios.Lacedæmona priſcam
Magnanimus qui rexit erat:Qui rexit Amyclas
Quiq; Argos ſtudijs bellandi intentus/& armis.
Quando tui fugere patres Lacedæmone capta
Iuit & ipſe loci deus ad Bebrycia regna:
Succeſſitq; minor quidam de plæbe Deorum:
Quo duce paulatim virtus ſpartana receſſit.
At prior eſt genti veſtræ datus.auſpice tanto
Res veſtræ creuere alibi.reuocata Lycurgi
Illa vetus probitas ſtudio atq; labore Cleomnis:
Et Leonicenæ ſancto moderamine curæ.

Contulit hoc vobis/vt ſint in ſemine veſtro
Magnanimæ forteſq; animæ: quod temporis huius
Nunc quoq; ſignificant res atq; ingentia facta.
Aſpice Conſaluum: Viden illa ardentia corda
Humanum tranſgreſſa modum? ſine numine nulli
Fas hominum tantos bellando euoluere caſus.
Sed nihil eſt quod geſſit adhuc: maiora videbunt
Poſt paucos ventura dies in finibus acta
Auſoniis Galli/atq; Itali tepida arma ferentes.
Nuper ab extrema mundi vertigine rumor
Fluxit in hos orbes quendam de littore Ibero
Miſſurum in pelagus claſſem quæ nauiget omne
Aequor ab occaſu veniens Titanis ad ortum:
Si Conſaluus erit/nondum res cognita: certo
Certius eſt ipſum gallis Campana fugatis
Regna recepturum toto admirante triumphum
Orbe Ducis talem/rerum tam mobile fatum/
Tam inſtabiles fortunæ animos/tam incognita Diuum
Conſilia/& fatis hominum contraria fata.
Tunc fundanus ager/vicinaq; fluctibus Anxur
Liris/& Aeneæ nutrix bella aſpera & ingens
Excidium cernent/& lubrica ſanguine rura.
More ouium cum viſa lupi venientis imago
Martia/proripient ſeſe per aquoſa volantes
Arua leues Galatæ facti ludibria toti
Italiæ: cui tam elati inſultare ſolebant.
Arx noua Parthenopes quæ martia nulla timebat
Inſtrumenta prius/quæ ſulfura riſit & ignes/
Conſalui ſubigenda manu: quod Gallia nunq̃
Venturum perſuaſa nihil trepidare videtur
I/propera Gonzaga viam/Quid tempora perdis?
Contra fata venis. Sors eſt tua vincere gallos:

Vincere pro gallo Nemeſis vetat/exue martem:
Vade: animos grandes meliora in tempora ſerua.
Talia in ætbereis cernentem oracula campis
Aurea perfluctus radians aurora rubentes
Excitat/& frondes crepitans Libys aura per altas.
Aequora ſubreptant remis in aperta/leuantes
Lintea: & accepto ſulcant croceum mare vento.
At Iuuenis ſecum nocturna oracula voluens:
Geſtit: & auditos recolit Ferrantis honores.
It vento ſpirante canens. tenuiq; ſuſurat
Murmure/neſcio quid: poſitaſq; in montibus arces
Nunc bac/nunc illac viſu conſiderat acto:
Alpbei vada prætereunt: Aſinæa relinquunt
Littora. Leuctra legunt circum: ſubeuntq; laconū
Aequor: ad Eurotæ ripas veſtigia ſiſtunt.
Mox iuuenis laureta ligans ad odora biremem
Exit/& in læuam gradiens qua reſpicit alti
Cornua Taygeti/vicum (Myſiſtrata vulgo
Dicitur) exilem ſubijt. Lacedæmona credunt.
His ſediſſe locis/cum res ſpartana manebat.
Omnia perluſtrat quærens monumenta per agros
Si qua forent ſparte indicium facientia: tandem
Inuenit agreſti veſtitam gramine molem:
Et raris annoſa comis Caprificus in alto
Culmine erat radicem adigens per biantia ſaxa.
Per fruticoſa ferens greſſum virgulta/ruboſq;,
Et propius ſcrutandi auidus: gladioq; ſequaces
Abradens ederas, aperit candentia ſaxa.
Inſtat, & in lapidem pronus cauat enſis adacto.
Inuentas mucrone notas, attentius bæret:
Abſtergitq; ſitum ferro: titulumq; recurrens
Sæpius Eudamidum Perſas legit eſſe fugatos

A uſpicijs/& Ages: truncata vocabula regis.
C ætera preterijt carioſa extincta ſenecta.
A ltera laureto circũfruticante reperta eſt
N on procul inde virens ſpartano e marmore moles
P bidiacam teſtata manum. pendebat ab alto
M argine pars clauæ: partem conſumpſerat ætas.
L ernææ pars prima Hydræ: quæ guttura ſeptem
P orrigit: & linguis ſeptem vibrantibus ora.
A rcus/Acarnanis fluuij duo cornua frugum
P lena. molorchæo pellis detracta Leoni.
S tant fixis in molem oculis. & biantia verſant
O ra per excelſos lapides: Epigramma figuras
E cce vident pregrande cauis deſcendere in herbas.
N anq; ager ad Calcem multis accreuerat annis.
H ic aliquid preclari inerat: ſed longa ſenectus
I nuida maiorum titulis incõmoda ſecum
M ille ferens verſus fœde interciderat omnes:
V erbaq;: vix licuit quædam fragmenta notari
V nde nihil certi poſſint haurire legentes.
T unc Iuuenis notæ illachrymans telluris amore
O/ait a noſtris regnata parentibus olim
S parta vetus ſalue/quæ tot tegis oſſa virorum
Q uos miramur adhuc/& quos mirabitur ætas
O mnis/vbi illuſtres illæ regumq; Ducumq;
A c diuinæ animæ/quæ tot geſſere per altum
B ella/per Europæ campos/Aſiamq; per omnem?
T erra tot inſignis titulis/tot clara triumphis
N unc ignota iaces. Vbi tot delubra Deorum?
T ecta tot in cœlum ſculptis ſurgentia ſaxis?
T ot fora? & illa vias diffuſa frequentia in omnes
B elligere gentis? ſepelit ſimul omnia tempus.
N il ſupereſt modo tantarum niſi nomina rerum

O quicūq; habitas Cenomana per oppida gente
A edite Agellaria patris memor Herculis eſto.
E t cole ducentem Cœlo noua ſæcula Chriſtum.
H ic Deus ille tuo qui dictus ab Hercule quondam
T erminus: huic Cerere & Baccho monet eſſe litandum
N eu Ciues imitare tuos: externa peragra
M œnia: & ante oculos habeas exempla virorum/
I ndole qui magna fuerint/genioq; potenti.
E xternas tibi quære Nurus/tibi nubat Amazon
V lla/vel antiquæ ſi qua eſt de ſanguine Romæ.
N am vicio matrum tellus Chinnæa iacentes
F ert animos/qui ſegniciem/qui ſordida lucra
A nteferant immortali famæ atq; triumphis:
S ic ait. & Nautas repetens dat vela: reuerſum
M ulta ſuper terris rogitans Conſaluus Achæis
S uſcipit/ille locos omnis enarrat/& vrbis
R elliquias tenues: inuentaq; nomina gentis.
F atidiciq; aperit diuina oracula ſomni.
N ec mora. Confecto Tyrrhena per æquora bello
I n patriam læti decus immortale reportant.
R ex vbi cognouit reditum Ferrantis ad oras
H eſperiæ (virtus quid non emolliat ingens)?
V enit in occurſum. Laribus Regina relictis
V enit: & inſolito reducem ſuſcepit honore.
R es nulli conceſſa Ducum. Cum regibus ingens
M ore triumphali/plebiſq;/patrumq; Caterua.
A d feſtum Laureta diem miſere virentes
E t myrteta comas. ſacræ ſolennibus aræ
I lluxere focis/fumoq; oluere ſabæo.
F ronde Thymi ſparſere ſolum/luxere coruſcæ
N octe faces prima/& ſonuere in turribus æra.
T um gauiſus Anas: & qui facit aurea Bethys

Velera/& auratis Tagus inuidioſus harenis:
Cinga ſimul ſicoriſq; Comes.gauiſus Iberus
Cantaber Hiſpaniæ faciens cognomina terræ.
Bilbilis/ac durius/ferro ille/hic inclytus auro:
Atq; Chalibs/atq; Eunemius/Miniuſq; colorem
Purpureum vultu referens:& Turia multo
Flore nitens.Quid multa moror? langore ſepulto
Tota triumphalem celebrauit Iberia plauſum.
Sed Coniurati reges poſt tempore paruo
Gallus & Heſperius violenter Aragone pulſa
Regnum vſurparant.Gallo Campania ceſſit:
Heſperio Chalabri colles/& Daunia tota.
Ferrantes igitur Chalabros recturus & arua
Daunia in Italiam rurſum cum remige multo
Mittitur:& Tyrrhena ſecat grandi æquora claſſe.
Et nunc bella ſuper regni confinibus orta
Temperat armiſono ſternens molimine Gallum.
Orta duos inter reges diſcordia in vnum
Vult partes reuocare duas.Concordia regum
Diuidit & lacerat regnum.Diſcordia cogit.
Tanta ſeneſcentis reputans diſcrimina mundi
Tam varios hominum caſus/tot funera regum/
Tot ſpes fruſtratas/tot regna extincta/tot vrbes
Funditus euerſas/videor freta concita ventis
Cernere? iactataſq; rates/has vortice torto
Abſorberi/illas ſcopulorum incurrere cautes
Has hærere vadis/totoq; eferuere ponto
Horrendum Prothei pecus/& neptunia monſtra:
Et tutum nihil immenſo lunæ eſſe ſub orbe.
Seu Cœlum id faciat/ſeu ſors/animæue profundi
Siue aliud quicq̃ quod nos latet/omnia nutant/
Cuncta labant.Si mens vlla eſt incredula/noſtræ

Viderit Italiæ durum/ac miſerabile fatum
Hac ætate/viros adigens ſua limina fortes
Linquere/& ignotum profugos errare per orbem
Premia nec meritis hominum poſcentibus iſtam
Debita ſic reddi quiſq̃ reſpondeat iram.
Inſontes/ſonteſq; eadem diſcrimine nullo
Multa premit. Iuſtus princeps æque atq; Tyrannus
Exulat: atq; omnes ſtrepitu inuoluuntur eodem.
Mitto alios. Iannes nobis ſe anthonius offert
Semen ab Archeleo veniens. longa abdidit ætas
Stẽmata. maiorum ſeries inuoluitur annis.
Non aliter q̃ cum ſurſum exſudata cauernis
Fumat hyems/Aether nigro ſubtexitur imbre.
Hic poſtq̃ Domino Inſubrum fortuna tetendit
Retia/& e Cœlo pulſum ſepeliuit Auerno/
Cum nuſq̃ terris eſſet locus/iuit ad vndas
Aequoris: & pelago ac ventis ſe credidit heros.
Tanta etenim gallis erat orta licentia in omnem
Italiam/tantus terror peruaſerat omnes
Auſonios/vt gallorum terra ipſa negaret
Ferre hoſtes. Sicut diræ Iunonis ob iram
Reſpuit/vt fama eſt quondam titanida matrem/
Aequoris donec tellus noua prodijt vndis.
Tum Venetus gallo concors precluſerat omnes
Sforciadis/& ſectæ omni/Cœloq;/Ereboq;
Inuiſis aditus: & erant indagine cincta
Omnia/Conualles/ſyluæ/iuga/flumina/& arua.
Tum quoq; non habita mitræ ratione nec vmbræ
Puniceæ Aſcanius ſacri pars tanta ſenatus
A Venetis captus/loca dum per inhoſpita & altos
Proripitur montes/regi pro munere magno
Mittitur/eximij monumentum inſigne triumphi.

Per medios igitur gallos/Venetumq́ per ipſa
Caſtra/ſecus Trebiæ ripas/vi irrumpere adortus
Cum ſocijs inuenit iter: totamq́ cohortem
Incolumen(vis tanta animis præſtantibus)vltra
Gallorum inſidias/tandem in loca tuta recepit.
O diri ſtellarum ignes/o impia/ſi fas
Dicere fata: Quid hic ſcelerum cõmiſerat heros?
Non cædes, non furta virum, non prodita regna,
Iudice qui fecit leges & iura lycurgo
Arguerint. ſine labe fides/ſine crimine vita:
Ingenui mores forſan/ patrimonia nullis
Aucta dolis, pietas. ſancti conſortia lecti,
Relligio in ſuperum patrẽ, clementia in omnes
Hoc meruere? animis viſum hoc cœleſtibus æquum;
Ergo vbi circuitu veniens ad littora longo
Cum ſocijs ſtetit in campis vbi fluctibus Ancon
Vapulat incuruans hiſpano littora portu.
Mox rate conducta penus inſtruit: atq́ marinos
Ingreditur fluctus. Boreas ad garbaſa ludens
Incipit afflatu ſalis vndam excire ſecundo.
Soluite proclamans Anthonius, æquora dudū
Vela vocant, inquit: terris inimica, per altum
Proſpera, ſpondet iter nobis fortuna ſecundum.
Quærite Corcyram, graiaſq́ annemus ad vrbes.
Quod felix fauſtum velit regnator olympi
Maximus, & dextri quot ſunt ſuper æthera Diui.
Portu abeunt/leniq́ implent caua garbaſa vento.
Iam prora in fluctus medios cædentia longe
Arua fugit: ſulcatq́ fretum ſpummãtibus vndis.
Vaſtus ab arcturi plauſtro decurrit in auſtrum
Adria: & aggeribus dextra leuaq́ ſuperbis
Cingitur: illyricos montes aurora, latinos

Heſperus heſperijs qui fecit nomina terris
Aſpicit.hos inter populos campo æſtuat amplo.
Fuſus ad Hydruntem duplices diuerberat vndas
Tyrrheni/Ionijq; freti.mox nomina perdens
Deſinit: & magna Neptuni abſconditur aluo.
Ora leuans/circũq; ferens Antonins altos
Per maria & montes oculos in colle ſupino
Proſpicit albentes muros/turrimq; minantem
Pyramide in Cœlum/miſſoq; in ſidera Cono.
Atq; ait o Rector quæ nam hæc in collibus altis
Italiæ moles aſpectu læta decoro?
Quicquid ideſt/preclari aliquid promittit imago.
Tum rector quod cernis ait picentia iuxta
Littora/Delubrum eſt illud venerabile magnæ
Matris/ab Aſſyrijs quod Dij ſuper æquora quondam
Huc manibus vexere ſuis: viſa ire per vndas
Hæc(res mira)domus/viſi ire per æquora Diui.
Nam Diuum regina Arabis offenſa tyrannis
Qui temere Aſſyriam ſeſe effudere per omnem
Fugit/& huc voluit ſecum migrare penates.
Quotquot ab Aſſyrijs hæc vſq; ad littora pontum
Iuxta habitant fecere fidem.Pamphylia iurat
Se vidiſſe/Cilix/Lycius/minoia tellus:
Tænarus affirmat: Delphine & Arione vecto
Tænarus inſignis.facti meminiſſe fatentur
Arcades.Aetoli.ſcopulis Epirus ab altis
Ad mare tota ruit.thalamo fuit hoſpita ſancto
Illyris.Illyricos primum diuertit in agros:
Sed perteſa locos paruo poſt tempore rurſum
Prodigio grandi volitans de littore in vndas
Italiam verſus greſſum aſpirantibus euris
Vertit/& vt tetigit terras/ſublimis in auram

Exiliens (vidit Picens miracula/& Vmber)
Hos tenuit colles/illacq; reſedit in arce.
Et quia tranſuectam mulier Laureta recepit
Virginis ædiculam/præbens vbi ſiſteret agrum/
Lauretæ delubra vocant. Neu crede ſuperbam.
Hanc ædem veniſſe fretis: ſuperaddidit iſta
Templa ſacerdotum princeps ingentia Paulus.
At breue ſublimi latet hac ſub mole ſacellum/
Quod fugat infernos manes/quod diſcutit omne
Morborum genus: extremis venit vnde periclis
Auxilium/ſeu ſors terra ſeu ſeuiat alto.
Huc Itali ſiculiq; ferunt ſolennia vota.
Huc fluit Epirus/fluit Illyris/accola Rheni:
Accola Danubij. Venit vſq; a littore Narbo
Galliæ/& Iſthmiacæ ſpartanus ab æquore terræ:
Tanta fides nunq̃ Delphis: & Iupiter Hāmon
Et claros/& Delos longe minor. omnia vincit
Quotquot erant olim veterum delubra Deorum.
Hæc vbi dicta manus tendens Antonius ambas.
Surgit: & ad templum verſo ſic incipit ore.
Diua Parens magnum partu cōnixa Tonantem
Virgineo/quæ ſceptra tenes fulgentis olympi
Audieram: nam terrarum fama amplior orbe eſt/
His tibi ſacra locis īmania ſurgere templa
Quæ veneror: quæ ſi dederis me ad noſtra reuerti
Littora cum ſocijs/multo cum munere viſam.
Audieram, voluiq; aliquando accædere motus
Maieſtate loci. Verum in diſcrimine rerum
Magno incertarum poſito vota irrita fecit
Aſpera ſors/quæ me in ventos/& in æquora miſit.
Salue ſancta Domus lactenti conſcia Chriſto
Conſcia Diuinorum operum/domus hoſpita Diuum.

D a facilem da ſancta Parens ad littora curſum
T bracia: da placidos reditus huc ad tua rurſum
L imina/& Italiæ fer opem Regina iacenti.
T alia finierat/cum mox longinqua Truenti
H oſtia proſpectant/vbi ſe ſamnitica iungunt
L ittora picenis. Leua procul albicat Aulon/
O driſijs Aulon dudum poſſeſſa Tyrannis.
V elaq; rara vident niueas referentia nubes
S cindere iter liquidum: & vento contraria eodem
L ittora/& oppoſitos ſerpendo inquirere portus.
I am minor eſt Ancon procul aſpicientibus. intrant
I n nebulas Vrbini apices: Recinatia ſenſim
E x oculis abeunt iuga. Cæruleumq; colorem
A ccipiens vix apparet domus alta Sibyllæ.
V ertice Gargani reſidens Archangelus alto
F rondoſas aperit rupes/& porrigit vmbram
A d Diomedeæ ſibi proxima littora terræ.
B runduſij iam portus abit. fugit ora Tarenti/
Q uo memorant olim genus aduentaſſe Laconum
E t noua magnifico ſtruxiſſe palatia ſumptu.
T unc heros conuerſa tenens Titanis ad ortum
L umina/Dic inquit Rector memorabile ſi quid
F orſitan Italiam contra ſita continet ora.
I lle loqui iuſſus cano ſic incipit ore.
I ſta Liburnorum terra eſt/quæ ſurgit in altos
D ucta apices. hac ſunt priſcis ignota Buennæ
H oſtia(ſic iſtud flumen dixere Liburni.
B oianam Auſonij quod vulgatiſſima fama eſt
E ſſe nouum. vapor abſtruſus terræ intima rumpens
V iſcera fecit iter lymphæ. Conuallis in amplos
I bat fuſa ſinus/gremioq; incurua capaci
C lauſit aquas: fecitq; in grandem excreſcere campum:

S ic ingens lacus euaſit/qui tolleret vndas
Q uicꝗ graues veheret tergo inſultante carinas.
S ed res mira magis/veterem q̄ diſpulit alueo
V nda recens Drinum/qui dicitur arua rigaſſe
I lla prius/ripiſꝗ ſuis eiecerit amnem.
T andem vbi diffuſæ complerunt æquora lymphæ
I n mare delabi curſu didicere coacto.
S codra lacu vicina ſedet: Scodra inclyta bello
T hraicio/& nulli armorum virtute ſecunda.
S ed modo Lunigeri patitur iuga dura Tyranni.
C redimus audieris bella illa īmania noſtris
G eſta(obtundit adhuc aures fragor ille)diebus:
I lluc militiæ robur contraxerat omne
T urcus ab Aetolis/a Phocyde/& ab Hellade tota/
A/Ponto/a Galatis/Cilices/Lyciiꝗ/Phrygeſꝗ
E t Cares fixere illis tentoria campis.
N ec maiore putant Xerſem veniſſe tumultu
I n graios citra fauces maris Helleſponti.
S codra nihil pendens ea barbara caſtra ſedebat
T uta ſupercilio montis/tuta auſpice Chriſto/
T uta viris/quotiens tantas ad mœnia vires
A dmouere hoſtes/totiens per ſaxa ruebant
P recipites pulſi ferro atꝗ trabalibus haſtis
V ertice de ſummo montis de turribus altis.
N on poterat tellus cædem abſorbere.redundans
I bat in arua cruor/riui de colle rubentes
P er dumeta Vagi ſubiecta in caſtra fluebant.
N ulla fames vrbem/nulli potuere labores
I ncuruare:omni demum certamine victrix
D eſperare hoſtes atꝗ obſidione ſoluta
S æpius infectis egit diſcedere rebus.
A t Veneti longo attoniti diſcrimine pacem

V rbe emere data/ruerent ne regna/ ſenatus
N autarum exemplo/cum tempeſtate laborant/.
E xtenuauit onus: ſparſitq́ per æquora merces:
S ic perbibent Fibrum quotiens perpontica rura
S e videt vrgeri canibus iaculiſq́ ſequentum
V ulnere ſe petere/obſcenaſq́ relinquere partes.
T alia dum ſumma fatus de puppe magiſter
I am prora Ionium ſubit: Epiri leguntur
A equora: Corcyram fugiunt/ & Echinadas ori
O biectas Acheloe tuo: quem Theſſala Pindi
S axa vomunt: quem iuxta habitant Aetolus/ Acarnam.
D um ratis inflato currit prope littora velo
D uctor Agellarius gelida vidiſſe ſub vmbra
F orte feram ſimilem caput ora iubãq́ Leoni
V iſus ait Nauarche ferunt hæc arua leones
F orſitan? hoc Libyæ ſoli pecus aſſe putabam.
I mmo Gubernator pecus hoc Europica tellus
F ert inquid: ſaltuſq́ duo quos flumina claudunt
A borea Neſtus labens/Achelous ab Auſtro.
V idi ego (& id genus eſt longe magis Acre. Leonum
Q uam quod in exuſtis Libyæ ſpaciatur harenis)
C um reuocat primi venerem Clementia Veris.
I re greges: & per vacuos ſe effundere campos:
T alia narrantes ibant: Zephyrumq́ ſequuti
P rætereunt ſtrophadum ſcopulos: gyroq́ per altum
I onium ducto patrenſia littora linquunt
A d leuam/ætolumq́ ſalum/pelopenſia circum
A rua tenent curſus. Verum famoſa Maleæ
I n mare currentis facit vnda recedere in Auſtrum.
H ic memor auditæ cladis/belliq́ recentis
T orcigenum: fare o dixit ſomallius heros.
O ptime fare precor/regio cui nota magiſter:

Q uod ſtetit ante loco quondam preclara Methonæ?
P aſſa tot vt memorant ſtrages & marte furenti
D ebellata? trahens genitum Nauarchus ab alto
P ectore clinoſo muros in littore monſtrat
S emirutos: & paruæ vrbis veſtigia tantæ:
O ſtendit vacuos portus tot nauibus olim
H oſpitium: fluit in lachrymas & talia fatur:
O fidei magnum noſtræ Decus. o memorandum
H umano exemplum generi poſt ſæcula mille.
V rbs ea pro Venetis pro relligione Sagunto
F ortior antiqua/ Thracum tulit vna trecenta
M illia/ quæ vidi bis oculis effuſa per iſtos
E bullire agros/ ratibuſq́ abſcondere pontum.
I pſe videns nil poſſe duces ea mœnia contra
E t fundi in caſſum tot opes/ tantāq́ virorum
P erniciem ammitti/ ſolio deſcendit ab alto
R ex Aſiæ Thracum ac ponti danauinq́ ſuperbus
I mperijs. Vrbemq́ petens feſſam atq́ labantem
A pplicat ad muros hominum tot millia quot vix
R oma habuit/ cum magna fuit cum maxima rerum
Q uot vix ferre ſolum poterat/ tormentaq́ magnis
F aucibus/ in validas ſemper iaculantia turres
N octes atq́ dies. Libycos audiſſe putarim
C lamorem ac ſtrepitus/ & ſaxa tonantia cœlo.
A equarant campis foſſas: ſuper ora ſuorum
S anguinolenta ibat veniens ad mœnia Turcus.
P onſq́ erat ad ſummos cædes altiſſima muros.
A rmati ſtabant ad propugnacula Ciues
I mpauidi/ infracti quaſi contra armenta Leones.
N ecpoterant niſi morte loco veſtigia pelli.
T hraicij poſt longa Duces certamina tandem
C um vis nulla ſatis/ verſi ad cōmenta doloſq́

M ore Italo ſeptem properant armare triremes:
E t Venetum mendax ſignum in ſublime leuantes
A uxilium ſimulant vrbi/res credita/pandunt
L imina portarum: ducuntq́ in mœnia turcos
E ſſe rati Venetos.o execrabile fatum,
O fraudis crudele genus.mora nulla tumultus
F ulminat ad muros: vis circum mœnia & arma.
M agnanimi Ciues poſtq̃ ſtratagema dolumq́
A duertere/animis preſtantibus vltima/Clamant
I n virtute dies cum laude & gloria agenda eſt
F ortiter o Comites: & Cœlum hoc ſanguine nobis
Q ui intereſt poſt tot cædes/& vulnera/emendum.
V na hodie in diuos pro relligione obeundo
T endimus. Ante oculos patrum verſetur imago
Q uos colimus templis.illum ſibi ſanguine honorem
E meruit. Via mors breuis eſt ad olympica regna.
S ic animis macti/& pluſq̃ mortalia poſſint
O ra loqui audentes/ſupremo occumbere fato
C erti/ignes in tecta ferunt/atrumq́ penates
I n cinerem vertunt: dumq́ vrbem incendia totam
C orripiunt/ipſi in pugnam ferrumq́ ruentes
E llegere necem potiuſq̃ Thracibus ire
S eruitum Dominis/agarenaq́ cernere ſacra.
S ponte igitur vacuam turcis victoribus vrbem
L inquentes ſemel occaſu periere cruento.
S ic ait: excidium lacbrymis ſtillantibus omnes
M agnanimæ fleuere vrbis. Tum maximus Heros
O Comites quid mœrori indulgemus? & ora
F rigida ſegnities funeſta obnubilat vmbra?
N oſtra iſti collata poteſt fortuna videri
P yrrhica/vel quædam innocuo certamine Troia.
N am neq́ nos vita eiecti/ſed limine tantum

I taliæ ad tempus vento iactamur & vnda.
S tat nobis patria incolumis:ſtant mœnia & arces
V t prius:ſupereſt portæ Iouis ardua moles:
T emplaꝗ Romanorum operum excœdentia laudem.
N ec ſortis natura vetat finire laborum
Q uicquid ideſt:in ſpem potius nos erigit altam,
V t pote quæ inconſtans/incircūſpectaꝗ ſemper
P ropoſiti poſſit cœptiꝗ oblita putari.
N ec ſtyga ſulcamus rate/ne phlegethonta vadamus/
S tagna vbi perpetua ſquallent abſcondita nocte.
H æc quoꝗ ſub cœlo tellus.regionibus iſtis
N ulla Abatos:nautis hæc ſunt freta peruia:Titan
H as quoꝗ non ſecus ac noſtras illuminat auras:
A t neꝗ dictæo deuoti in pabula Tauro
M ittimur vt quondam Theſeus.non ſicut Oreſtes
A d Triuiæ cultros/non vt Pagaſeus Iaſon
A d pecua ardentem referentia naribus ætnam.
E t genus humanum Torci quoꝗ:pectora nec ſunt
F errea/terrigenis etiam Deus omnibus idem,
A ltera relligio q̄uis/atꝗ altera iura.
D urandum/& quid noſtra ferant hic fata/videndum.
T alibus orabat/cum ſe detexit ab ortu
I nſula/quæ magni Iouis incunabula vidit
N obilis Aſſyrij furto bouis/ac labyrintho
D edaleo:illuſtris Tauro/memoranda volatu
I cario/qui mœſta dedit cognomina ponto
E t Minoe:tulit Iouis armigeros Corybantas.
V t pleriꝗ volunt/Creta vrbibus inclyta Centum.
A tꝗ ideo dicta a Grais Hecatompolis olim.
S uſpiciunt oras/vbi quondam florida Troezen
C laruit,& paruæ radunt vicina Calaureæ
A equora.Neptuni quondam breuis inſula templo

Nota fuit.nomen fato Demoſthenis auctum.
Nam macedum fugiens iras & atrocia regum
Arma illic ſumpto petijt phlegethonta veneno.
Calcidis euadunt rapidum mare:ſaxa Caryſti
Inclyta.per ſexti fauces labuntur:Abydo
Prœterita flexo ſporades/& Cycladas intrant
Limite: nūc illac/nunc hac flectente magiſtro.
Per Delum & Myconem/Gyariq́ infamia ſaxa
Delati Phrygiam dextra leuaq́ relinquunt
Hellada:iam apparet ſamos illuſtrata ſibyllæ
Carmine/Pythagora/templo Iunonis:& arce
Vnde licet Priami muros diſcernere & Idam.
Omnia mirantes veteri loca cognita fama
Circūlata nouis paſcebant lumina rebus.
Curarum immemores/obliti prandia/tenſis
Cuncta vorant oculis.Quærunt bizantia longe
Mœnia/& inſiſtunt fixis veſtigia plantis
Sublato in Boream vultu/cupidumq́ videndi
Ad Cilium porrecta manus viſum adiuuat vmbra.
Certatim intendunt acies.ſublimia quædam
Tecta vident ſole aduerſo radiantia.templum
Rector ait templum ecce ingens/quod nubila tangit
Culmine liuenti/ſtant alta cacumina plumbo
Incuruata graui/titulis inſignia Diuæ
(Sic memorant illam)Sophiæ.non vidimus vſq́
Maius opus.q̄q̄ Inſubres veſtri ſua iactent
Templa/fere æterno multum ſudata labore.
Cernitur æquorei moles īmenſa theatri
Infima ad æpeos mittens veſtigia fluctus.
Iam turres/obeli/ac metæ/geminæq́ Columnæ
Sculptura inſignes celebri/iam regia celſam
Frontem aperit/tenui effigie per inane videri

I ncipiunt mali teretes.exilia dicas
S tamina Ceruleo procul impendentia ponto
C uncta legunt oculis regum monumēta priorum
A c fidei.plorantq́ꝫ vrbis fata impia tantæ/
A emula quæ Romæ quondam fuit/æmula & omne
I mperium & titulos Aſiæ atq́ꝫ orientis adepta.
I am ſubeunt portum.dicas naualibus illis
S tare rates quod arant terris ex omnibus æquor.
I nuenta ad littus vix eſt via.littora merces
N on capiunt.magnis paſſim cumulantur aceruis.
E xonerant alij naues/& pontibus actis
E xportantur opes:alij in ſublimia roſtra
F une trahunt onera:& ratium latera ardua complent.
H ac illac it turba frequens/græciq́ꝫ/Arabeſq́ꝫ
M aſſagetæ/Phryges/& Cilices/Galliq́ꝫ/Italiq́ꝫ
M ixti omnes:varijſq́ꝫ ſonant incognita linguis
M urmura.Se populo immiſcent/vrbemq́ꝫ ſubintrant
I gnoti prius.at poſtq̄ꝫ peruenit ad aures
P rincipis/ex Italorum oris magna indole quoſdam
A duentaſſe viros:ſubito data copia fandi.
C um ſocijs igitur gradiens Leonicius heros
I ntrat in Auguſtas ædes/vbi mille colūnis
M armoreis innixa domus ſe regia pandit
A equa iugis/picta argento/ſpectabilis auro.
V t ſtetit ad magni ſolium regale Tyranni
A ula omnis mirata hominem.Rex ipſe tueri
V iſus in herois vultu venerabile/grande/
A c diuinum aliquid/veteremq́ꝫ in imagine Romam
C æſarea.putat Italiam/gentemq́ꝫ latinam
V oluit/& antiquum Latij decus/atq́ꝫ triumphos
M aieſtate viri monitus.Tum talibus heros
I ncipit ingenti Satraparum aſtante corona.

M axime Turcorum princeps/cui grandia regna
P er maria & terras/ideo regnator olympi
F ecit vt humanum ſerues genus:vt tua conſors
D iuini imperij pietas mortalibus amplam
P oſſit opem ferre/ac duros compeſcere caſus.
V enimus Italia pulſi/dum fortiter omnes
G allica pro Inſubrum Duce contra nitimur arma.
I pſe dolus regno .pulſus tenet omnia gallus
I taliæ inſenſſus:nos ad tua regna coacti
Tranſmigrare/tuis regum fortiſſime caſtris
I ungi oramus:opem tibi qua magis arte valemus
I mpartiri animus. Tu qui potes omnia/nobis
P ortus eris. Sub te tanq̄ ſub Numine quodam
T erreſtri(Nec enim reges ſine Numine)caſus
Q uotquot erunt & fortunam tolerabimus omnem
M ilitiam teneris aliquo cum nomine ab annis
E xperti/& martem per mille pericula docti
N on erimus damno:tua nec fruſtra arma feremus
S ic ait.annutans placido Rex incipit ore.
M agnanimi Italidæ noſtras quos egit ad oras
G allica non virtus ſed fulta ſuperbia fraude/
C ædere fortunæ quotiens irata proteruit
F as homini:& melius fatum expectare ferendo.
F as &/in aduerſis rebus curare potentum
A uxilium:id nature omni commune. Leonem
S æpius auditum eſt homines adijſſe rogatum
V ulneri opem. Reges etiam quando aſpera ſurgunt
T empora/coguntur multis ambire Tonantem
S upplicijs diuoſq; omnes in vota vocare.
F lecti etiam precibus iuſtis Clementia regum
N on negat:humanis humanum eſt caſibus angi.
Iſtæ igitur quæ corda etiam generoſa fatigant

C uræ abeant/ſi vos gallus procul egit ab oris
I taliæ: ſunt ampla ſatis nobiſq; Italiſq;
I mperia/& regno & caſtris accedite noſtris.
A tq; vtinam Dux veſter ad hæc mea littora pulſus
V eniſſet: feciſſem illi communia regna.
S ed modo poſthabitis qui vos tam atrociter vrgent
C aſibus/ad latiæ decora immortalia gentis
S fortiadumq; genus clarum atq; illuſtre parumper
C onuertamur/& id primo repetatur ab ortu:
F are igitur/quando nobis ſunt ocia. & aures
N e longo ſermone oneres/deſiſte vereri:
D ixit: & in ſummos vix dum peruenerat axes
L onga dies/rapidum phœbo ingrediente Leonem.
C ontinuo famuli conſtrata ſedilia Coo
V elere bombycum/Coccoq; ardentia & auro
I n medium contra ſpeculas vbi flantibus euris
M itior æſtus erat/greſſu admouere citato.
H ic Traceſq; Italiq; ſimul diſcumbere iuſſi
O ra omnes ſuſpenſa tenent. Somalius heros.
P roximior regis ſolio ſic ora reſoluit.
P oſtq̃ tanta tibi fortunatiſſime regum
C ura Latinorum felicia fata/nouamq;
S fortiadum gentem primo cognoſcere ab ortu
P arebo: lætiſq; animis tua iuſſa capeſſo.
I talia poſtq̃. ſub te modo vera fateri
F as mihi/nec maius quicq̃/nec pulchrius vnq̃
V idit in immenſis cum res romana vigebat
I ncolumi imperio/ſol qui videt omnia/terris,
N am neq; Alexandri qui victo oriente tetendit
T am late imperium/noſtræ par gloria Romæ.
E t Babylon/q̃uis rerum pulcherrima quondam
E xtiterit/nil tam eximium ſpectabile & altum

V idit.erant vnum Romæ regna omnia regnum.
Q uicquid habent reges noſtri modo: quo tua late
Q uæ rerum pars magna quidem/confinia tendunt
C appadocem/Medum/Armenium/Babylona/Syrūq;
P unica/& Aethiopes vſq; ad maurusia rura
Q uæ Getullus arat/Veteres tenuere Latini.
N ec breuis hæc fortuna fuit: tot ſplendida facta
T ot domitas gentes/fractum tot claſſibus æquor
T otq; triumphales pompas/tot nomina regum
Q uis numeret? pelagus pene inſcrutabile rerum eſt.
P ercita finitimo mittebat dona tumultu
I ndia Cæſaribus noſtris: nam proximus Indis
I mperij limes noſtri fuit. vltima Romam
Q ua modo Cattaicum genus eſt/aurora timebat.
N obiſcum genitor rerum diuiſerat orbem
A ethere contentus/nobis maria omnia & omnes
C æſſerat ambitas vnda oceanitide terras.
A t poſtq̃ a Geticis emerſit Vandalus oris
E t Gothus/atq; Gotho longe crudelior Hunnus/
C onſenuit tandem imperium/Romæq; venuſtas
T ranſit in rugas/& anili impalluit ore:
R omanam aſſeruit rem Iuſtinianus in amplos
R urſus agens fines/Libyam Auſoniamq; recepit
I taliæ/vt memorant contrito in limine mundo.
N am tunc rumor erat/cum noſtra ad regna rediſſet
A phrica/mox cum prole ſua mundum interiturum
V ulgus id ad Cœlum referens terramq; putabat
O mnia cõmuni peritura animantia fato.
N ec fuit omnino fama irrita. pluribus vnum
C onueniens nomen luſit mortalia corda.
H unc tulit euentum rumor. Poſt punica Cæſar
A rma Gothos cupiens italis depellere regnis

Præficit huic operi Mundum/qui magnus in armis
Dux erat. hic igitur tanti molimine belli
Suſcepto/dum caſtra mouens iam permeat Iſtros
Hoſtiles ſubit inſidias/& in arma Gothorum
Miſſus obit cum prole ſua: Nam pignora patrem
Conſectata pari venere in funera fato.
Sic ſunt ambiguæ ſortes/oracula Diuum
Tanta ambage ſolent noſtras deludere mentes.
Cœlituum dubio tantum in ſermone pericli eſt.
Verum proſperitas hæc iuſtiniana ſerenæ
Par hyemi fuit inconſtans. paucisq́ꝫ receſſit
Impatiens legis mundus dum fluctuat/annis.
Longobardi Italos ſubigunt. Babylona/Syrosq́ꝫ
Perſicus inuadit ſpolians vulgo omnia Coſdras.
Gallia francones dominos tulit. Heſperiamq́ꝫ
Maurus inundauit: Seſe ſaracenus ab ortu/
A/Borea innumeræ gentes fudere per orbem.
Gens tua quæ vicit graios/Aſiamq́ꝫ minorem
Inclyta gens armis/atq́ꝫ omni munere preſtans
Venit in hos agros. ſic Cœlum & ſidera voluunt.
At nedum imperium Romæ/ſed Dij quoq́ꝫ fatum
Id ſenſere. noui ritus/noua condita templa
Et noua relligio/quam vatum oracula finem
Ignorare volunt/totum fuſa iuit in orbem.
Poſt longam nox longa diem ſucceſſit: & altis
Id iubar immerſum tenebris non claruit vnq́ꝫ
Amplius. infami permiſſa licentia vulgo
Vexandi Italiam altricem regumq́ꝫ Ducumq́ꝫ.
O Decus/o latiæ laudes & gloria gentis
Quo cecidiſtis? erunt ne vllis ea gentibus vnq̃
Nomina. Num tantum poterunt ſors Numia & aſtra
Tam felix/tam læta olim tam clara potensq́ꝫ

Nunc eadem ſupereſt tellus/fortuna receſſit.
Secta potentatus plures accepit/& Iſthmo
Perſimilis triplex inter mare tendit ad Auſtrum:
Inde Ligur/Lydumq; ſonant:hinc Adria clamat.
Appulus/& Calaber/Samnis/Campanus ad agrum
Vſq; Reatinum/mediam qui limite iuſto
Diuidit Italiam/regnum coguntur in vnum
Parthenopes/vbi nunc Gallus nunc regnat Iberus.
Pontifices Latium/Veios/gentemq; faliſcam
Flaminiamq; omnem/Picentia littora & vmbros
Sortiti:partimq; agro dominantur Etruſco.
Partem ſena vetus/partem Florentia/partem
Luca/Ligur partem Tyrrhenæ poſſidet oræ.
Rheti/Iſtri/Euganei latis Cenomania campis
Sub Venetis degunt.Venetis tamen extera ſubſunt
Regna.Liburnorum colles/montanaq; rura
Dalmatiæ/illyricum littus/cum Chaonis ora/
Corcyræ/Pelopiſq; ſolum/Creta/vltima Cyprus.
Arua Pado pretenta magis vergentia ad æquor
Vſq; Rauennates campos/Adriæq; paludes
Gonzagæ/Eſtenſeſq; tenent.hic inſula magno
Cincta lacu reſidens/ſicco fert mœnia tergo:
Mantua cui nomen ſolas adeunda per vndas:
Verum iniecit aquis longos induſtria pontes
Coctile opus/dupliciq; patet via penſilis actu.
Vrbs antiqua/ferax frugum/pecorumq;/hominumq;:
Ingenijs pollens,nec vi expugnanda nec arte.
Mantua Franciſco ſub principe ſola tumultus
Non experta nouos,dictu mirabile,ſola
Nondum paſſa atrox,quod nos ita diſſipat Aſtrum.
Cætera,quæ Italiæ pars eſt vberrima,ad alpes
Vſq; ſalaſſorum,genuam,ligureſq; marinos

Inſubrum tenuere duces, ac ſforciadarum
Progenies, genus acre Virum, gens inclyta bello.
Hi primum reſides animos, vt Romulus olim
Martia progenies, ad claſſica & aſpera rurſum
Arma retraxerunt, & corda tepentia longa
Segnitie tandem duras acuere per artes.
Omnibus his vt Fabricio patribuſq; latinis
Vt Mario. Cipo, atq; Lyco, ſiculoq; Agathocli,
Principio genus a tenui. Nam ſfortia gentem
Sfortia Flaminiæ pauperrimus incola terræ
Hanc tulit. Ipſe nouæ vix dum lanuginis annos
Natus ab agreſti ſtudio properauit ad arma:
Et cultu agrorum functus genitore relicto
Inter aratra domi, lituos & claſſica (tantum
Aſtra valent) patriæ antetulit, laribuſq; paternis.
Iam pro bobus equos, enſem pro vomere, contum
Pro ſtimulo tractans ad magna negotia mentem.
Appulit: & toto concepit pectore martem.
Ingenium Iuueni ſolers, verſatile, promptum
Circũſpectum. Animus cui formidabile nullum
Martis opus, vegeti ſenſus: habitudine corpus
Compactum ſolida: armorum ferrugine ſemper
Affectum, ſetis horrens, veniſq; redundans,
Procerum, crudo horrificum martem ore figurans:
Mars erat: & veluti ſcintilla in fomite ſicco
Rapta parit flammas, & in ampla incendia ſurgit
In magnum euaſit ſubito decus. ipſe per omnem
Italiam factus belli paciſq; magiſter
Regna, magiſtratus, vrbes, populoſq; mouebat
Arbitrio nutuq; ſuo: & regnabat in armis.
Sunt tamen in Phorcum, Phorcum qui dicitur olim
Sardoo regnaſſe ſolo, & Cyrnæa per arua

Q ui genus hoc referant.longis abſcondita ſæclis
M aiorum ſeries ſtemma hoc ignobile fecit.
T empus enim facit ætates/atq; omnia ducens
I n ſenium tandem cogit ſuccumbere morti:
H uic ſoboles numero preſtans/preſtantior armis:
T ota etenim domus a teneris genitore ſub ipſo
D octa grauem thoraca pati/diſcrimina docta
M artia/& horrendis bellorum expoſta periclis
D uruit/ac totis robur membriſq; animiſq;
T ale tulit/qualem ardenti noua vaſa camino
A ccipiunt: quali eximius faber afficit arma
B ellica cum chalybem medica magis aſperat arte:
C um gladios acuit ſucco atq; potentibus herbis.
T um quoq; in auſonijs clarebat Braccius armis
M ontibus in tuſcis genitus Traſimenia proles:
O rtus & ipſe loco tenui: Sed origine virtus
C larior abſcondit tenebroſa exordia. Virtus
I gnea quæ Martis veteres æquauit alūnos
S cipiadas/Marium/Hānibalem.duo magna latinæ
F ulmina militiæ ſimul orta/ſimulq; ſepulta.
S ic ſortes cecinisſe ferunt: oracula nanq;
B raccius audierat/ſibi quæ vicina canebant
F unera/cum ſummam clauſiſſet ſfortia lucem.
A mbo igitur ſimul extincti: ſub flumine Aterno
S fortia, belligerans Aquilæ ſub mœnibus altis
B raccius inuenit pulchram inter ſpicula mortem.
H os memor antiquæ tellus œnotria laudis
E ſt enixa/decus cupiens reparare latinum.
T alia dum memorat/mœſtum in ſuſpiria pectus
I bat & in fletus italæ dulcedine laudis
L umina. Conticuit paulum/linoq; madentes
E xſiccans oculos/rurſum ſic ore loquutus.

Ardua res omnes gentis percurrere caſus
Sfortiadum verbiſq; genus comprehendere totum.
Ardua res inq̃/Cithara Colophonis/& Andis
Et fide dircœa celebranda/& Apolline toto.
Prœteriens alios igitur de principe tanti
Seminis attinget rerum faſtigia ſermo.
Tota ſuum ſoboles animis confeſſa parentem
Tota ardens/tota armifero formata ſub aſtro.
Franciſco fortuna tamen propenſius auxit
Res & opes/ac regna dedit ditiſſima & ampla:
Atq; vtinam ſic firma/malis ſic inuia fatis.
Nam Domino Inſubrum ſine ſucceſſore Philippo
Decœdente/vrbes ſtudia in contraria verſœ
Antiquis arſere odijs. Sub principe duplex
Factio/quœ Italiœ populos peſſundedit omnes
Preſſa diu/ſumpta mox libertate reuixit:
Inq; nouas auſu rixas inuecta proterno/
Non ſecus ac ſonipes longum retinacula paſſus
Ore capiſtrato/fractis prœſœpia vinclis
Cum fugit/& campo inſultans bacchatur aperto.
Auſonias omnis Rex Clementiſſime gentes
Auditu res mira quidem/nam tempore longo
Conditio feralis agit/phlegethontis ab alto
Gurgite conſurgens/atq; a plutone profundo
Per furias miſſa excidio telluris & vndœ.
Quondam etenim magno flagrans diſcordia motu
Inter pontifices noſtros regemq; Latini
Imperij qui lora tenet/ſurrexit: & omnem
Complexa Italiam populos diuiſit, & vrbes
Egit in ambages longas/& in aſpera bella.
Factio Pontificum Gelfo duce bella gerebat.
Regia Gibello. pars vtraq; protinus horum

A ppellata Ducum cognomine:tanta Megeræ
V is in corda hominum.manſere vocabula/manſit
M ens diuiſa.odium manet immortale.nepotes
T otaq́ poſteritas duplici inceſtata veneno.
T ranſijt ad plantas/ad aues/pecudum genus omne
C oripuit /fruges etiam teterrima peſtis
T angit/& a gelfo quædam cognomina /quædam
A duce gibello capiunt/res cognita vulgo.
S tyx ea ſic animos ſtimulat ſic excitat iras
V t ſæpe a ſolo ſurgant cognomine bella
I nteſtina domos/arces & mœnia magno
I mpete/& immiſſis ſegetes/vinetaq́ paſſim
A rboreum genus & pecudes ſternentia flammis.
V idi ego & hi mecum Comites in collibus altis
P luribus in campis/fuerant quæ florida quondam
O ppida/nunc laceris deſerta & inhoſpita muris.
A bſcondere domos ſpineta/feræq́ ruinas
S ylueſtres habitant.ſola hæc cognomina tanti
C auſa mali.ſic eſt animis hoc virus inuſtum/
N ec conſanguineis parcens/nec fœdera iungi
V lla ferens/nulloq́ potens manſueſcere pacto.
Q uiſquis ab externis bellum regionibus infert
I taliæ/belli ſocios in qualibet vrbe
I nuenit:& ſemper prebens vnam hoſtibus anſam
F actio demoliri aliam tali incohat arte.
S igna docent dominos/ſeu ſint animantia ſeu res
Q uædam aliæ:ceu nocturnas quæ illuminat vmbras
G entis luna tuæ ſignum/tot adepta triumphos
E t pelago & terris:& ab hoc diſcrimine vulgus
N on ſolum hos quibus eſt tenuis fortuna/ſed ipſos
G ibelli Gelfiue notant cognomine Reges.
S ic gallos Italum dominos non gallica virtus

Q ui ſoliti Italiæquondam ſeruire/ſed excors
I talia/ infelixq́; hominum diſcordia fecit.
F actio pontificum gallis adiuncta recepit
H oc genus: hanc molem noſtros conuoluit in armos.
H æc via Franciſco regnis fuit inuadendis.
A dde q̀ in thalamos eius ſata Blancha Philippo
V enerat ipſa Duci nubens pulcherrima virgo
S partanæ par foma Helenæ/par moribus ipſis
D ijs ſuperis: par Mercurio lingua/ingenioq́;
F lectebat primatum animos. Ducis inclyta virtus
M omenti non villis erat: nam gloria ſemper
P ectora/& auditæ capiunt mortalia laudes.
E t generis ſordem abſcondunt. Qui flumina cernit
V oluere prægrandes vndas non reſpicit ortum.
H ic erat inſignis forma/facundus: ad arma
I mpiger/acer eques/pedes acer/ad omnia promptus
M unia militiæ/gladio impetuoſus & haſta/
H ectora qui poſſet/qui ſiſtere poſſet Achilem:
C autus/in euentus omnes oculatus: & vllo
N ec caſu eluſus/nec circumuentus ab hoſte.
M ille vias euadendi/mille inſidiandi
S emp̄ habens/ contemptor opum/ſitibundus honorum
P rodigus in laudes Comitum: nam fortiter acta
Q uæ in bello acciderant/non vſurpare volebat
V t pleriq́; ſolent/ſed reijciebat honorem
I n ſocios decorans omnes: placabilis iræ
Non ſegnis tamen/at clemens pro tempore & atrox
S plendidus & cunctis tranquillo affabilis ore
N ec pacem melius quiſq̄/nec prelia rexit:
Q uando in bella ibat/pacem ignorare putaſſes.
P acificus potuit bellum neſcire videri:
F atum erat armorum/ quo ſe inclinabat/eodem

I nfluxus aſtrorum ibant vexilla ſequentes
V t magneta Chalybs/helicæacꝗ ſidera Magnes.
C oniurati ambo Mars & bellona ſonantes
Q ua audierant lituos & claſſica/protinus acto
A d ſtrepitum curſu Comites ſe in bella ferebant.
S ic igitur facili benefortunatus olympo
I bat per populos & regna per omnia victor.
D ux itacꝗ Inſubrum poſt bella aſperrima tandem
L ectus ad augendas ſtudijs melioribus vrbes
I ngenium vertens/curācꝗ animumcꝗ paternum
I nduit: ac populos æque ac ſua pignora fouit
S cilicet hi veri reges quos ſidera mittunt
A d commune bonum populorum orbiſcꝗ ſalutem.
H os natura facit dominos. hos publica vulgi
V ota vocant reges. Vltro his ſe ſubijcit orbis
I us regnandi aliud nullum eſt preſtantius. omne
S tema minus. minor eſt maiorum purpura. & aurum.
N ec refert qua gente ſati / quo ſemine nati:
N am veluti ſolis laudandum a frugibus aruum
S ic hominum decus a ſola virtute petendum eſt
Q ui bonus eſt orbi/credendus ab æthere miſſus
L ex quæ non habita meriti ratione parenti
I mperat in regno primos ſuccedere natos
L ex iniuſta/nihil pendens quod pendere ſupra
O mnia debuerat meritum: Natura reliquit
I mperium dignis/ & non in murice natis.
P ræteriens natos/digni mea regna ſequantur
C lamat Alexender moriens: ea principe digna
T eſtamenta. Nihil ſanguis valet/omnia virtus.
Q uem voluit regno Chriſtus ſuccedere/ dignum
F ecit: & hanc lator facto legem indice ſanxit.
A d Franciſci annos igitur ſobolemcꝗ reuertor.


T um pietas/tum relligio/tum floruit omne
I uris opus/legum officium. Preceſcerat ætas
C ruda hyemi ſimilis: fueratq́ abſcondita virtus
S ub vicio/velut hyberno ſub frigore meſſis
C um ſopita rigent ſcythicis aquilonibus arua
I ſte nefas reſcecans probitatem exurgere fecit
P er genus humanum/& ſanctos reuireſcere mores/
N on ſecus ac Maio tellus animata reuerſo
F ronde noua viret: & primi decus induit anni.
Q uid longo ſermone vagor? ſub principe iuſto
S æcula viderunt noſtræ ſaturnia gentes.
N il melius preſtare queunt mortalibus aſtra
R ege pio. Q ue libertas æquauerit vnq̃
T ale iugum? curas omnis/onus omne/ periclum
R egnator fert omne bonus: populiq́ ſub illo
O cia tuta trahunt: vt grex æſtate ſub vmbra
I licis. ipſe ſuum ſolus felicitat æuum.
C anicie tandem longa ſenioq́ ſolutus
T ranſijt ad ſuperos Nato in ditione relicto
H ic potuit patrem meritis æquare/ iuuentam
S i frenare potens legem impoſuiſſet amori.
V icit amor Iuuenem. tulit impetuoſa libido
P ræcipitem. ſtrauit Boios: Florentia ab hoſte
I ſtius auſpicijs defenſa. potentibus armis:
Terruit Italiam/Gallos/Germanica regna:
V ictus amore perit: nam dum non parcit honori
F œmineo (ſic fama fuit) crudelia paſſus
T ela obijt medio in templo dum ſacra litantur/
C oniurata manus Iuuenum confecit inermen/
S ecurum/formidantem nihil inſidiarum.
H eu Iuuenis formoſe decorem vtriuſq́ parentis
O re ferens/animis ardens/quo funere raptus

E x oculis hominum fugis atra in fata repente?
F rater ob ingenium ſolers a Cæſare noſtro
L egitimas regni ſumpſit Lodouicus habenas.
I ſte per Inſubrum Campos Ligurumq́ per alpes
R egnabat maris & terræ ditione ſuperbus.
E t regnaret adhuc/niſi tam crudelibus armis
C ontra hominem fortuna atrox conuerſa fuiſſet.
A ſocijs etenim quibus imperiumq́ animamq́
C rediderat fuit infami tam turpiter auro
V enditus: & datus a turbis ĩmanibus hoſti.
D ixit/& abſtergens rorantia lumina fletu
I mpoſuit longis finem ſermonibus heros.
A t poſtq̃ Celtæ rebus regnoq́ potiti
V iſi animos ſapere humanos/ac mentibus æquis
R eſpicere Italiam/rediens ſua predia & agros
O ppidaq́ a Gallis dudum poſſeſſa/recepit.
A tq́ per ignotas alijs latitantibus Vrbes
L iber apud Gallos cum maieſtate remanſit.
¶ G entis Agellariæ proceres & ſtẽmata ab ortu
T empus ad hoc quantum licuit cognoſcere tandem
C armine complexus quaſi qui longa æquora feſſa
I am rate ſulcauit metam inueniſſe laborum
L ætor: & auſpitijs portum felicibus intro.

F I N I S.

¶ Impreſſum .In Florentiſſima Lugdunenſi Ciuitate.
Solertia.Stephani de Baſignana.Gorgonij.Car-
melitæ.Doctoris.Theologi.In officina
Bernardi Leſcuyer.Regnante.victo
rioſiſſimo Franciſco Francorum
Rege.Chriſtianũ orbem.
Moderãte Leone.deci
mo.Animarum tu-
tiſſimo Me-
dico.
A nno domini Milleſſimo quingenteſſimo decimoſexto.
Menſis Iunij vigeſſimotertio.

.S.  G.


FATORVM · IMPERIO ·
·S·
·B·
·GORGONIVS·HEROS·

¶PROBAE.CENTONAE.VATIS CLARISSI-
MAE.A DIVO HIERONYMO.COMPRO-
BATAE.CENTONAM.DE.FIDEI NO
STRAE.MIISTERIIS.E.MARO
NIS CARMINIBVS EX-
CERPTVM
OPVSCV
LVM.

¶PROBAE FALCONIAE CENTONAE CLA- RISSIMAE FOEMINAE EXCERPTVM .E.MARONIS CARMINIBVS AD TESTIMONIVM VETERIS NOVIQVE TESTAMEN TI OPVSCVLVM.

CENTONES.

CAP. I.

Amdudū temeraſſeduces:pia fœdera pacis
Regnandi miſeros tenuit quos dira; cupido
I Diuerſaſq; neces regum crudelia bella
Cognataſq; acies polutas cede parentum
In ſignes clipeos nulloq; ex boſte tropbea
Sanguine conſperſos tulerat quos fama triumpbos
Innumeris totiens viduatas ciuibus vrbes
Confiteor ſcripſi:ſatis eſt meminiſſe malorum

¶Inuocatio dei cap. ij.

Nunc deus omnipotens.ſacrum precor accipe carmē
Aeternumq; tui ſeptemplicis ora reſolue
Spiritus.atq; mei reſera penetralia cordis
Arcbana:vt poſſim natis proba cuncta referre
Non nunc ambroſiuꝫ cura eſt mibi querere nectar
g ij Nec libet aonio de vertice ducere muſas
Non mibi ſaxa loqui vanus perſuadear borror
Laugeraſq; ſequi tripodas:& inania vota
Iurganteſq; deas.procerum dictoſq; penates e viij.
Nullus enim labor eſt:verbis extendere famā e iiij.
Atq; bominum ſtudijs paruam diſquirere laudem

¶Tactandorum propoſitio cap. iij.

Caſtalio ſed fonte madens imitata beatos
Quæ ſitiens auſi ſanctæ libamina pacis
g i Hinc canere incipiam: preſens deus errige mentem
Virgilium ceciniſſe loquar: pia numera chriſti
e xi Rem nulli obſcuram: repetens ab origine pandã g iii
e 4 Siqua fides: animum veri: ſed fuſa per artus e vi.
Mens agitat molem: & toto ſe corpore miſcet
Spiritus & quantũ nõnoxia corpora tardant. e vi.
Terreniq; hebetant artus moribundaq; membra

¶ Deprecatio ad deum. cap. iiii.

e x O pater o hominum rerumq; eterna poteſtas
Da facilem curſum: atq; animis illibare noſtris e iiii
g ii Tuq; ades. inceptumq; vna decurre laborem e vi
e i Nate patris ſummi: vigor & celeſtis origo e viii.
e xi Quẽ primũ colim⁹: meritoſq; ĩnouam⁹ honores e viii
b iiii Iam noua progenies: omnis quem credidit ætas e viii
g 4 Quæ ſint quæ fuerint: & quæ ventura trahuntur
e 6 Moſeum ante oẽs totum ceciniſſe per orbem b iii
Iam pridem memini veterum monimẽta virorũ e 8
e 8 Munera vera cano ſatis eſt potuiſſe videri b 3
b 6 Omnia vt ipſe tener mundi concreuerit orbis
g ii Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas
Vnde hominum pecudumq; genus vitæq; volantum
e 6 Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus
Et ſi quid ſimul ignis habet: vel mobilis humor
g ii Haud aliter prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies alium ue habuiſſe tenorem
Crediderim: maior rerum mihi naſcitur ordo e 7
e 4 Si qua fides: tanto eſt operi natura vetuſtas e x
b ii Nãq; fatebor enim: leuium ſpectacula rerum g

Semꝑ equos atq; arma virū pugnaſq; canebā e
g 1 Et ſtudio:incaſſum volui exercere laborem e
g 3 Omnia temptanti potior ſententia viſa eſt
e 6 Pandere res altas terra & caligine merſas.
Inq; dies:aliquid iam dudum inuadere magnum e 9
e n Mens agitur mihi nec placida contenta quiete eſt
e 6 Ore fauete omnes lætaſq; aduertite mentes
g 4 Matres atq; viri pueri innuptæq; puellæ

¶De creatione mundi. cap. 5.

e 6 Principio celum ac terras campoſq; liquentes
eodē Lucentēq; globum:lune ſoliſq; labores e 1.
g 1 Ipſe pater ſtatuit:vos o clariſſima mundi g 1.
eodē Lumina:labentem cælo quæ ducitis annum
e 3 Nam neq; erant aſtrorum ignes nec lucidus æther
e 5 Sed nox atra polum bigis ſub nocte tenebat
e 5 Et chaos in præceps tantum tendebat ad vmbras
Quantus ad æthereū cæli ſuſpectus olimpum

¶De diuiſione lucis a tenebris. cap. 6.

e x Tunc pater oīpotens rerum cui ſumma poteſtas.
e 6 Aera dimouit tenebroſum & diſpulit vmbras
g 1 Et medium luci atq; vmbras iam diuidit orbem
e 3 Sidera cuncta notat:tacito labentia cælo
e 7 Intentos voluēs oculos qua parte calores
g 3 Auſonios tulerat:quæ terga auerterit axi
Obliquus qua ſe ſignorum veterit ordo

¶De diuiſione anni in quattuor partes. Scilicet.in hyemē:ver:æſtatem & autumpnum. cap. 7.

e 3 Poſtquam cuncta videt celo conſtare ſereno
e x Omnipotens: ſtellis numeros & nomina fecit
g 3 Temporibuſq; parem diuerſis quattuor annum
Aeſtus & pluuias: & agentes frigora ventos
eodē Atq; hæc vt certis poſſemus diſcere ſignis
g 2 Verre tument terræ & genitalia ſemina poſcunt
g 1 Ac medio toſtas æſtu terit area fruges
Et vario ponit fœtus autumpnus: & atra
Venit hyemps teritur ſurentia bacha trapetis
eodē Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus
Tempore iam ex illo fœcundus imbribus æther
Magnus alit magno commixtus tempore fœtus

¶Opus primæ diei. cap. 8.

e 4 Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
e 2 Ducebatq; diem ſtellis aurora fugatis
b 9 Tunc durare ſolum & diſcludere nerea ponto
eodē Incipit: & rerum paulatim ſummere formas
e 5 Et variæ pelagi facies: immania cetæ
e 8 Aequora vertebant caudis æſtumq; ſecabant
g 4 Nec non & vaſti circuibant æquora ponti
e 2 Iam ſole infuſo: iam rebus luce retectis
g 4 Exultans roremq; ſimul diſpagit amarum

¶Secundæ diei opus. cap. 9

e 3 Poſtera iamq; dies primo ſurgebat eoo
g 2 Fudit humus flores & frondes explicat omnes
eodē Sanguineiſq; inculta rubent amaricha bacchis
Non raſtris hominum nec vlli obnoxia curæ

e ii Tertia lux gelidam cælo dimouerit vmbram
g ii Auia tunc reſonant auibus virgulta ſonoris
g i Et liquidas corui preſſo dant gutture voces
b i Nec gemere aerea ceſſabit turtur ab vlmo

Opus quarti diei. Cap. xi.

e 3 Quarto terra dies: variarum monſtra ferarum e 6.
eodē Omnigenumq́ pecus: nullo cuſtode per berbaȝ
e 6 Educit ſiluis: ſubito mirabile viſu e i.
e xii Tunc demum mouet arma leo: tunc peſſima tigris g 3
g 4 Squammoſuſq́ draco: et fulua ceruice leæna
e 7 Seuire ac forme magnorum vlulare luporum
Cætera paſcuntur virides armenta per agros
Nec gregibus liquidi fontes: nec gramina deſunt

Quintæ & ſextæ dierum opera. cap. xii.

e 3 Iamq́ dies alterq́ dies proceſſit: & omne e x.
e x Hoc virtutis opus diuine mentis & artis
e i Proſpiciens genitor perfectis ordine rebus
eodē Expleri mentem nequit: ardeſcitq́ tuendo
g 4 Terrarum tractuſq́ maris cælūq́ profundum
e 8 Alituum pecudumq́ genus: ſecumq́ volutat e xii
e i Qui mare: qui terras: omni ditione tenentur
g ii Neu ſignes iaceant terra iuuet vſq́ morari e 6

De formatione primi hominis Cap. i3.

Talia verſanti ſubito ſententia ſedit

Fœlicemq́ trahit limum figitq́ premẽdo
Pingue ſolum:primis extemplo:a menſibus anni
Iamq́ improuiſo tante pietatis imago
Proceſſit noua forma viri pulcherrima rerũ
Os humeroſq́ deo ſimiles cui mentem animumq́
Maiora agit nec non opera ad maiora remittit

¶De formatio-
ne eue. Cap. 14.

e 6 Queritur hinc alius:nec quiſq́ ex agmine tanto
eodẽ Audet adire virum:ſociuſq́ in regna vocari e 7.
g 4 Haud mora cõtinuo:placidã p̱ mẽbra quietem e i.
e 3 Dat iuueni:& dulci declinant lumina ſompno e 4.
e x Atq́ illi medio in ſpacio:iam noctis opacæ e 8.
eodẽ Omnipotens genitor:coſtas & viſcera nudat e i.
e xi Harum vnam iuueni:laterum compagibus actis eodẽ
e 6 Eripuit:ſubitaq́ oritur mirabile donum eodem.
e 7 Argumentum ingens clara cum luce refulxit e ii.
e xi Inſignis facie:& pulcro cum pectore virgo e 3.
e 7 Iam matura viro:iam plenis nubilis annis
eodẽ Olli ſopnum ingens rupit pauor:oſſaq́ & artus
e 4 Cõiugiũ vocat:& ſtupefactus minime preſſit e 7.
e 8 Excepitq́ manu.dextramq́ amplexus adheſit

¶Benedictio Adæ &
Euæ a domino. Cap. 15.

e 6 His demum exactis:torquet qui ſydera mundi e 9
e x Iuſſit eo dicente:premit placida æquora pontus e x
eodẽ Et tremefacta ſolo eſt tellus:ſiler arduus æther
e 3 Viuite fœlices:interq́ virentia culta g i.
e 6 Fortunatorum nemorum ſedeſq́ beatas
e 7 Hæc domus hæc patria eſt requies ea certa laborum

e 1 His ego nec metas rerum nec tempora pono
eodē Imperium ſine fine dedi:multoſq; per annos e 1.
b 4 Non raſtrum patietur humus nec vinea falcem
g 4 At genus immortale manet:nec tarda ſenectus e 6.
e 11 Debilitat vires animi mutatq; vigorem

¶Dominus prohibet:ne comedāt de ligno ſcientiæ boni & mali alioquin morientur. Cap. 16.

e 7 Vos quæcunq; dicam animis aduertite veſtris
e 6 In medio ramos annoſaq; brachia tendens
e 1 Eſt ī conſpectu ramis fœlicibus arbor g 2
e 7 Quam neq; fas igni cuiquam nec ſternere ferro
eodē Relligione ſacra:nunquam conceſſa moueri e 3
e 6 Hac quicunq; ſacros decerpſerit arbore fœtus
e xi Morte luet merita:nec me ſententia vertit e 1.
e 3 Nec tibi iam prudens quiſquam perſuadeat auctor
g 3 Commaculare manus liceat:te voce moueri e xi.
g 2 Fœmina:nec te vllius violentia vincat
g 1 Si te digna manet diuini gloria iuris

¶Oſtenſio paradiſi & eius deſcriptio Cap. 17.

e 3 Poſtquam cuncta pater:cœli cui ſydera parent e 10
e 8 Compoſuit legeſq; dedit:campoſq; nitentes e 6
e 6 Deſuper oſtentat:tantarum gloria rerum e 4.
e 6 Ecce autem primi ſub cardine ſolis & ortus
e 1 Deuenere locos:vbi mollis amaricus illos e 1.
eodē Floribus & dulci aſpirans complectitur vmbra.
g ii Hic ver purpureum.atq; alienis meſſibus æſtas
g 4 Hic liquidi fontes:& cœli tempore certo g 4
eodē Dulcia mella premunt hic candida popul⁹ antro b 9.

b 9 Imminet & lentæ texunt vmbracula vites
g 4 Inuitant croceis alantes floribus orti
e 6 Inter odoratum lauri nemus: ipſaq́ꝫ tellus 3 1.
eodē Omnia liberius nullo poſcente ferebat
e 9 Fortunati ambo ſi mens non læua fuiſſet e 2
e 11 Coniugis in fandæ decuit poſt exitus ingens e 5.

❡Tentatio primorum e 5.
parentum a diabolo. cap. 18.

e 2 Iamq́ꝫ dies infanda aderat per florea rura e 1.
g 1 Ecce inimicus atrox immenſis orbibus anguis e 2
e 5 Septem ingens gyros: ſeptena volumina verſat
e 3 Nec viſu facilis nec dictu affabilis vlli
e 11 Obiiqua inſidia ramo frondente pependit e 7.
e 7 Vipeream inſpirat animam: cui triſtia bella
eodē Iræ inuidieq́ꝫ: & noxia crimina cordi
eodē Odit & ipſe pater tot ſeſe vertit in ora
e 11 Arrectiſq́ꝫ borret ſquāmis: et ne quid inauſum
eodē Aut intentatum ſceleris doliue relinquat
e 6 Sic prior aggreditur dictis ſeſeq́ꝫ obtulit vltro

❡Eua ſeducitur primo. Cap. 19.

e 6 Hic ait: o virgo lucis babitamus opacis e 6.
eodē Riparumq́ꝫ thoros: & prata recentia riuis. e 11.
e xi Incolimus quæ tanta animis ignauia venit
b 7 Strata iacent paſſim ſua quæq́ꝫ ſub arbore poma
g 3 Pocula ſunt liquidi fontes cæleſtia dona g iiij.
e 2 Atractare neſcis: id: rebus defuit vnum
e 5 Quis probibet cauſas penitus temptare latētes e 3.
e 8 Vana ſuperſtitio: rerū pars altera adempta eſt e 9.
e 12 Conditio mea ſi non irrita dicta putares e 10.

eodē Auctor ero audendi ſacrata ſoluere iura e ii.
e iiij Tu coiunx tibi fas eſt animū temptare precando e iiij
b 7 Dux ego veſter ero tua ſit mihi certa voluntas
e 3 Extrumuſq; choros dapimus epulamur opimis

¶Et comedit eua de fructu ligni vetiti. cap. xx.

e ii Sic ait & dicto citius: quod lege tenētur e xii.
e 7 Subiciunt epulis oculi: venerabile lignum eodem.
eodē Inſpiciunt: atq; dapes contactuq; omnia fœdant e 3.
e i Precipue inſiſtit peſti deuota futuræ
g ii Miraturq; nouas frondes nec: non ſua poma
e 7 Cauſa mali tanti ſummotenus attegit ore e i.
g ii Maius adorta nefas maioremq; adorſa furorem

¶Eua ſeduxit virū ad eſum pomi Cap. xxi.

e ii Heu miſero cōiunx aliena ex arbore germen
e xi Obicit: atq; animum ſubita dulcedine mouit e 8.
e xi Continuo noua lux oculus effulxit: At illi e xi.

¶Vident ſe nudos & faciunt ſibi perizomata cap. xxii.

e 8 Terrentur viſu ſubito: nec plura morari e 5.
e 7 Corpora ſub ramis abiecte frondis in vmbram
e 4 Conſertum tegmen. nec ſpes opis vlla dabatur e ii
e xi At non hoc illis hominum rerumq; repertor
e xi Obſeruans oculis: cedes & facta tirampni e 8.
e 4 Præſenſit votumq; ferens quod fœmina poſſit e 5.
Continuo inuadit: procul o procul eſte profani e 6.
Conclamat cælum ac terras qui numine firmat. e 4

¶Et quærunt fugere & ſe abſcondere cap. xxiij.

e x Atq; illi longe gradientem ac dira furentem
eodē Vt videre metu verſi retroq; ruentes
e 6 Diffugiunt ſiluas & ſic vbi concaua furtim
e 5 Saxa petunt:piget incœpti lucemq; nec auras e 6.
eodē Reſpiciunt:tedet cœli conuexa tueri e 4.

¶Increpat illos dominus. cap. xxiiii.

e 4 Nec lōgum in medio tempus cū creber ad auras e ii.
e ii Viſus adeſſe pedum ſonitus genitorq; per vmbram
e x Talibus affatur dictis:atq; increpat vltro e 9.
e 5 Infœlix quæ tanta animum dementia cepit
eodē Quis furor ille nouus quo nunc quo tenditis inquit
e 4 Regnorū immemores:quæ mentē inſania mutat e xii.
e 6 Dicite.quæ lucis miſeris tam dira cupido
e i Maturate fugam:totoq; abſiſtite luco e 6.
e 3 Nec reuocare gradum:ſi quādo aduerſa vocatis e 9.
e x Eſt licitum:flammis : ambit torrentibus annis e 6.
e 6 Per medium ſtridens torquentq; ſonantia ſaxa eodē
e 3 Attollitq; globos flammarum & ſydera lambit

¶Adam ſe excuſat. cap. xxv.

e 5 Ille ſub hæc tua me genitor:quoq; triſtis imago e 6.
e 8 His poſuere locis.merui nec deprecor inquit e xii.
e x Omnipotens ſonitūq; pedum vocemq; tremiſco e 3
e xi Conſcius audacis facti:monitiq; ſiniſter e x.
g ii Fœmina fert triſtes ſucos tardumq; ſaporem
e 4 Illa dolos dirumq; nephas ſub pectore verſans
e ii Inſontem infando iudicio:moritura puella g 4
e x Dum furit in cautum crudeli morte peremit
e 6 Suaſit enim ſcis ipſe:nec eſt te fallere cuiquam g 4
b 7 Vt vidi vt peri:vt me malus abſtulit error

e xi Contigimus manu quod non ſua ſeminat arbos

¶Hic primo deus maledixit ſerpēti. cap.xxvi.

g ii Tūc pater omnipotens ſolio ſe miſit ab alto e 8.
e 3 Accipite ergo animis atq̨ hæc mea figite dicta
e 6 Tuq̨ prior ſcelere ante alios immanior omnis e 1.
e 5 Quem nec longa dies: pietas nec mitigat ulla.
e 6 Hortator ſcelerū:coluber mala gramina paſces e ii
g 4 Deſidia latamq̨ trahens inglorius aluum
e 7 Cede locis.nullis hominum cogentibus ipſe g ii
g ii Tentus ut argilla & dumoſis calculus aruis

¶Deinde inf ligit homini labores. cap. xxvij.

e ii Attibi pro ſcelere:exclamat pro talibus auſis
e xi Omne æuum ferro teritur primuſq̨ p arte̅ g ii
e vi Heu miſerande puer:terram inſectabere raſtris g ii
g 1 Et ſonitu terribis aues:horrebit in aruis
eode̅ Cardinis & ſpinis ſurget paliurus acutis
Lappæq̨ & tribuliq̨ & fallax herba veneni.
At ſic triticeam in meſſem robuſtaq̨ farra
Exercebis humum:fruſtra expectabis aceruum
eode̅ Concuſſaq̨ famen in ſyluius ſolabere quercu
e vi Inſuper his ſubeunt morbi triſtiſq̨ ſenectus

¶Poſtea reprehendit euam. & indicit eis mortem cap. xviii.

g 3 Et labor & diræ rapit inclementia mortis
eode̅ Hæc tibi ſemper erunt:tuq̨ o ſæuiſſima coniunx e xi
e 1 Non ignara mali caput horum & cauſa malorum
g 4 Magna lues commiſſa tibi:heu perdita neſcis. e 4

e 4 Nec quæ circunſtent te tanta pericula cernis
eodẽ Nunc morere vt merita es:tota quod mente petiſti.
e ix Nec mea iam mutata loco:ſententia cedit

¶Et flentes ambo fugantur de paradiſo cap.xxix.

e ii At iuuenem primum ſeuus circunſtetit horror.
e vi Diriguere oculi:nec ſe celare tenebris e ix.
e xii Amplius:aut notas audire aut reddere voces e v.
e vii Haud mora feſtinant rapidis iuſſiq; feruntur
Paſſibus & pariter greſſi per opaca dierum e vi.
e vi Corripiunt ſpatium mediũ lumenq; relinquũt e v.
e x Flentes:& paribus curis veſtigia figunt e vi.
e 4 Tum victum in ſiluis baccbas lapidoſaq; corna
eodẽ Dant rami:& vulſis paſcunt radicibus herbæ

¶Naſcuntur duo filij Euæ cap. 30.

e 4 Inter ea magno ſol circunuolitur anno
eodẽ Matri longa decem tulerant faſtidia menſes
g i Vnde homines nati durũ genus inde per artem e xii
9 3 Haud herbæ campo apparent aut arbore frondes.
g ii Inq; nouos ſoles audent ſe germine tuto
Credere: & lentis vuam dimittere rammis g 4
g 4 Inſtituunt ideoq; dolent inboleſcere ſulco g ii

¶A Caym poſt altare occiditu Abel Cap. 31.

e vii Tunc gemini fratres adolent dum altaria cedis e vii
e ii Alter in alterius prælato inuidit honori e v
eodẽ Horreſco referens conſanguinitate propinquũ e ii.
e 3 Excipit in cautum patriaſq; obtruncat ad aras
e ii Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes

¶ Deinde ceperunt oĩa mala in boĩbus et aĩali-
bus propter auaritiam et inuidiam. cap. xxxij.
e iii Tunc genitor: virus ſerpentibus addidit atris g i
g i Malaq́ʒ decuſſit folijs ignemq́ʒ remouit
Prædariq́ʒ lupos iuſſit pontumq́ʒ moueri
eodẽ Et paſſim riuis currentia vina repreſſit
Mox & iumentis labor additus vt mala culmo
Eſſet rubigo: & victum ſeges ægra negaret e 3
¶ Incipiunt aĩalia capi & volatilia
g iii Tunc laqueis captare feras & fallere viſco
eodẽ Inuentum & duris vrgens in rebus ægeſtas g i.
eodẽ Mouit agros curis acuens mortalia corda
e viii Deterior donec paulatim decolor ætas
g ii Ferrea progenies durum caput extulit aruis
e viii Et belli rabies & amor ſuccreſſit habendi
g ii Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit
e iiii Nec longum in medio tempus: furor iraq́ʒ mẽtem e ii
g ii Precipitant gaudent perfuſo ſanguine fratres
eodẽ Condit opes alius defoſſo incubat auro
Nec doluit miſerans inopem: dexteramq́ʒ tetẽdit
¶ Deꝰ miſit diluuiũ ꝑpter maliciã boĩm ca. 33.
e x Tunc pater omnipotens: grauiter cõmotus ab alto e i
e ix Aethere ſe mittit: tellurem & fundit in vndas e xii
e xii Diluuium mittens cœlumq́ʒ in tartara ſoluit
e ii Sternit agros: ſternit ſata leta: boumq́ʒ labores
g i Diluit: implẽtur foſſe & caua flumina creſcunt
g iii Et genus omne neci pecudum dedit atq́ʒ ferarum
¶ Et noe ſaluatur cũ tota eius familia. cap. 34.
e i Tum pietate graui ac meritis: mirabile dictu e 4
e ii Qui fuit inuentor veri & ſeruatiſſimus æqui
e vi Erripitur læto: tantis ſurgentibus vndis e vi
g iiii Vt genus vnde noue ſtirpis reuocetur humanum

¶Populus iſrael fugit a pharaone in deſertũ et trã-
ſit mare rubrũ et date ſunt leges moyſi. Cap.35.

e vii Diluuio ex illo:patribus dat iura vocaris e v
e xi Omnipotens:magniſq; agitat ſub legibus æuum e 4
e viii Quid memorem infandas cedes quid facta tirampni
g iiii Neſciaq; humanis precibus mãſueſcere corda
e vii Egyptum vireſq; orientis & vltima bella
g iiii Magnanimoſq; duces totiuſq; & ordine gentis
b v Quo curſu:deſerta petiuerit & tribus & gens e vii
e ix Magna virum tanti meriti non immemor vnquam
e 6 Quiq; ſacerdotes adſint altaria iuxta e 4.
eodẽ Quiq; pij vates pro libertate rubebant
e 7 Qui bello exciti reges:quæ littore rubro e 8
e 8 Complerint campos acies quibus aſſerit armis eodẽ.
e 4 Rex genus egregium magno inflammãte furore e 4
eodem Agmen agens equitum & florentes ære cateruas
e i Cetera facta patrum pugnataq; in ordine bella e 8
g 4 Prætereo:atq; alijs poſt memoranda relinquo.

¶De miſterijs noui teſtamenti.
Et primo de ĩcarnatione filij dei per ſpũſctũ Cap.i.

e xi Nunc ad te & tua magne pater conſulta reuertor
e 7 Maius opus moueo: vatum predicta priorum e 4
e 3 Aggredior:quamuis anguſti terminus æui eodem
Accipiat:tentanda via eſt:qua me quoq; poſſim e 3.
Tollere humo:& nomen fama tot ferre p annos eodẽ
b 4 Quod tua progenies cœlo deſcendit ab alto
e 8 Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
eodẽ Auxilium aduentumq; dei:cum fœmina primum e 8.
e i Virginis os:habitumq; gerens mirabile dictu e 7
b 7 Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt
e 5 Sed quia terrifica cecinerunt omnia vates
e 7 Aduentare virum:populis terriſq; ſuperbum e 2

e ii Semine ab æthereo:qui viribus occupat orbem e 7
e i Imperium occeano famam qui terminet aſtris e 7.

¶De natiuitate ieſu chriſti. ca.ij

e 8 Iamq; aderat promiſſa dies:quo tempore primum
eodē Extulit:os ſacrum: diuinæ:ſtirpis imago e 5
Miſſa ſub imperio.venitq; de corpore virtus eodez
g 4 Mixta deo: ſubijtq; cari genitoris imago e ii

¶De magis offerentibus munera & ſtel-
la eorum duce cap.iij

g 4 Haud:mora continuo cæli regione ſerena e 8
e ii Stella facem ducens magna cum luce refulxit
e 9 Agnouere deum proceres:cunctiq; repente e 1.
e 5 Muneribus cumulāt:et ſanctum ſydus adorāt e ii.
e ii Tunc veri manifeſta fides clarumq; paterne e xi
e xii Nomen virtutis & chriſti agnoſcere vultum e ii
e 1 Flagrant:& quæ dent diuini ſigna decoris e 5.

¶Herodes rex turbatur audita natiuitate
ieſu chriſti. ca. 4.

e 4 Protinus ad regem:magno clamore furentem e 4.
e 3 Fama volat magnaſq; acuit rumoribus iras e xii.
e 4 Incenditq; animum:matriſq; allabitur aures e 8
eodē Illa dolos:dirumq; nephas:ac inſcia rerum e xii.
Præſenſit:metuſq; excipit prima futuros e 4
e 6 Præſcia venturi:furtim mandauit alendum e 4
e 8 Dum curæ ambiguæ:dum mens exeſtuat ira e 4

Herodes rex iubet occidi pueros cap. 5

e 7 At rex ſollicitus:ſtirpem et genus omne futurū e 4
e ii Præcipitare iubet ſubiectiſq; vrere flammis

e 3 Multa mouens: mittitq́ viros qui certa reportent e ii
eodē Haud ſecus vt iuſſi faciunt rapidiſq́ feruntur
Paſſibus & magnis vrbem terroribus implent e xi
e 6 Continuo audite voces: vagitus & ingens
eodē Infantumq́ anime flentes: ante ora parentum g 4
eodē Corpora natorum ſternuntur limine primo

¶ Maria mater domini aufugit
cum filio in egyptum. Cap. 6.

e 4 At mater gemitu non fruſtra exterita tanto
e xi Ipſa manu pre ſe portans: turbante tumultu e 5.
g 3 Infantem fugiens plena ad preſepia redit
e 8 Hic natum anguſti ſubter faſtigia tecti
e xi Nutribat teneris immulgens vbera labris
b 4 Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores
eodē Mixtaq́ ridenti paſſim cum baccbare tellus
Molli paulatim collocaſia fundet acanto

¶ Cbriſtus diſputat in templo
in medio ſeniorum. Cap. 7.

b 8 Et iam finis erat: perfecto temporis orbe e 7.
e 7 Vt primum ceſſit furor & rabida ora quierunt
e 9 Ante annos animum geſtans cœleſtis origo.

¶ Omnes mirantur de ſapientia Cbriſti
& ſequũtur eum. Cap. 8.

e 7 Per medias vrbes graditur populoſq́ propinquos
Illum omnis tectis agriſq́ effuſa iuuentus
eodē Attonitis inbians animis proſpectat euntem
Turbaq́ miratur matrum quis ſpiritus illi e 5
e 5 Quis vultus vocis ve ſonus vel geſſus eunti eſt

¶ Teſtimonium iobannis
ieſu de cbriſto. Cap. 9.

e 7 Continuo vates nanq́ bic certiſſimus auctor
e 8 Vt procul a gelido ſecretum a flumine vidit

e 6 Tempus:ait deus ecce deus:cui maxima rerum e 9.
eodē Verborumqꝫ fides:tu non eris alter ab illo b 5.
b 6 Fortunate puer:cœli cui ſydera parent e 10.
e 6 Sic equidem ducebam animo rebarqꝫ futurum
e ii Expectate venis:ſpes & ſolatia noſtri. e 8.

¶ Chriſtus baptizatur a iohanne & ſpiritusſanctus deſcendit de cœlo. Cap. 10.

x Hæc vbi dicta dedi fluuio verſare ſalubri g i
eodē Accipit venientem:ac mollibus extulit vndis
e 3 Exultantqꝫ vada:& ſubito commota columba e 5
e 4 Deuolat & ſuper caput aſtitit:inde repente
e 8 Rapit iter liquidum celeres quoqꝫ commouet alas

¶ Multi baptizati ſunt cum chriſto. Cap. 11.

e 6 Huc omnis turba ad ripas confuſa ruebat
g i Certatim largos:humeris infundere roris

¶ Vox de cœlo audita eſt:hic eſt.&c.cap.12

e xii Tunc genitor:natum dictis compellit amicis
e i Nate mee vires:mea magna potentia ſolus
e x Et prædulce decus:magnum rediture parenti e 10.
b 7 A te principium tibi deſinit accipe teſtor e 10.
e 7 O mea progenies:qua ſol vtrumqꝫ recurrens e 7
eodē Aſpicit occeanum perfecto lætus honore e 4
Omnia ſub pedibus verti regiqꝫ videbis
e 9 Tu regere imperio populos matreſqꝫ viroſqꝫ e ii.
e i Iam pridem deſides animos deſuetaqꝫ corda
g i Ignaroſqꝫ vie mecum miſeratus inbertes
eodē Aggredere & votis iam nunc:aſſueſſe vocare
e 3 Dixerat ille patris magni parere parabat

eodē Imperio:inſtans operi regniſq; futuris e i.
e 6 Heu pietas heu priſca fides quas dicere grates
e ii Incipiam:ſi parua licet componere magnis g 4
eodē Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi
b i Nec ſpes libertatis erat nec cura ſalutis

¶ Omnia rident de aduentu domini. Capitl'. 13.

b i Hic mihi reſponſum dedit primus ille petenti
e 6 Concretam exemit labem purumq; reliquit
eodem Aethereum ſenſum:meq; in mea regna remiſit e ii
e 6 Illum ego per flammis agerem ſi ſirtibus exul
e x Per varios caſus:per mille ſequentia tæla e 6.
e xii Quo res cunq; cadant:vnum per numine tanto e ii.
e 6 Exquerer:ſtrueremq; ſuis altaria donis
eodē Huius in aduentu tantarum munera laudum e 8
b 5 Ipſi leticia voces ad ſydera iactant
eodē Intonſi montes:reſpondent omnia valles b x

¶ Ductus eſt ieſus vt tentaretur a diabolo. Capitulo. 14.

g 3 Tempore non alio:magnum et memorabile nomē e 4
e 7 Serpentum furiale malum meminiſſe neceſſe eſt e 6.
e ii Auſus quin etiam:fama eſt obſcurior annis e 7
e 3 Compellare virum:& veniendi poſcere cauſas e 6.
e 6 Huc vbi tendentem aduerſum per gramina vidit
e x Subſtitit infremuitq; ferox:dominumq; potētē e 6.
e xi Sautius at ſerpens affatur voce ſuperba e 6.
e 3 Vera ne te facies:verus mihi nuntius affers
e 8 Qui genus vnde domo:qui noſtra ad limina tēdis e 6
e 6 Fare age:quid venias:nam te dare iura loquūtur e i.
g 4 Aut quis te iuuenum:confidentiſſime noſtras
eodē Iuſſit adire domos:paciq; imponere morem: e 5

b i Non equidem inuideo miror magis accipe porto e x
e x Quid dubitem? & que nunc animo ſententia ſurgat
e x Eſt domus alta: voca zaphyros: & labere pennis e 4
e 7 Ardua tecta petens: auſus te credere cœlo e 5
g 4 Si modo quem memoras pater eſt tibi? ſydera parent.

¶ Chriſtus diabolum alloquitur. Cap. 15.

e 9 Olli ſubridens ſedato pectore fatur
e 8 Haud vatum ignarus venturiq; inſcius æui
e 4 Diſſimulare etiam ſperaſti perfide ſerpens
e 3 Nec dubites iam vera vides optataq; pennis e xii.
e xii Aſtra ſequi clauſumq; caua te condere terra
e x Quo periture ruis. maioraq; vicibus audes?
e 5 Cede deo: toto proiectus corpore terra. e xii.

¶ Diabolus fugit audito chriſto. Cap. 16.

e 6 Nec plura his ille admirans venerabile donum
e x Fronte præmit terram: et ſpumas agit ore cruēto g 4
e xi Contentuſq; fuga cecis ſe immiſcuit vmbris

¶ Dominus ieſus eligit diſcipulos & multa turba ſequitur illum. cap. 17.

e 3 Interea magnas volitans it fama per vrbes
e 5 Conuenere viri: mens omnibus vna ſequendi
e ii Inquacunq; velit pelago decurrere terras
e 5 Multi præterea: quos fama obſcura recondit
e 4 Concurrunt fremitu denſo ſtipantq; frequentes
e xi Exultantq; animis: medium nam plurima turba e 6
e 6 Hunc habet atq; animis extantem ſuſcipit altis

¶ Ieſus predicat ad turbas de regno dei de contemptu diuitiarum: & de penis inferni. Cap. 18.

e ii Quos vbi conſertos audere in prelia vidit
e 8 Incipit & dictis diuinum inſpirat amorem
e 6 Diſcite iuſtitiam moniti & ſuccurite feſſis
e 5 Pro ſe quiſq; viri:cuicunq; eſt copia læti e 5.
e 8 Communem vocate deum: meliora ſequamur e 3.
e 5 Quoq; vocat vertamus iter:via prima ſalutis e 6.
e ii Intemerata fides & omnes ſibi conſcia recti
e 3 Vobis parta quies perfecto temporis orbe
e 9 Nam qui diuitijs ſoli:incubuere repertis
Nam partem poſuere ſuis: dum vita maneret
Pulſatus ve parens & fraus innexa clienti
e 3 Tunc cum frigida mors animam vel deſerit artus
e 7 Incluſi penam expectant: quæ maxima turba eſt
Inferniſq; ciet tenebris: veterumq; malorum e 6.
e 6 Supplicia expendunt alijs ſub gurgite vaſto
Infectum luitur ſcelus aut exuritur igni
Turbidus hic cœno vaſtaq; voragine gurges
e 6 Extuat atq; hominem:cocciti eructat harenam
Hinc exauditi gemitus & ſeua ſonare
Verbera:rum ſtridor ferri ſtrictæq; cathenæ
Semper & obducte denſantur nocte tenebre

¶ Et predicat ne colant idola. Cap. 19.

e i Præterea quæ dicam:animis aduertite veſtris e ii.
b i Non ego vos poſt hac:ceſis de more iuuencis e 3.
e 8 Relligione patrum:truncis & robore natas e 8.
e 9 Mortali ve manu effigies nec templa deorum
e 3 Audite & repetens iterũ iterumq; monebo
e 9 Sed perijſſe ſemel ſatis eſt: natumq; patremq;
g i Profuerit meminiſſe magis: ſi credere dignum eſt
g 3 Sed fugit interea fugit irreuocabile tempus

g i Flãmarumq; dies: & vis inimica propinquat

e 5 Attonitis beſere animis: nec plura moratus

¶ Prædicat de iudicio venturo cap. xx.

e ii Hic aliud maius miſeris mortalibus egris

e 3 Iudiciũ que canit triſtes denuntiat iras

e i Venturum excidium: & vaſta conuulſa ruina e 3.

g i Omnia tunc pariter rutilo miſerier igni

e 9 Pallenteſq; pollo ſtellas cœliq; ruinam. e i.

e ii Tunc vero tremefacta nouus per pectora cunctis

Inſinuat pauor & taciti ventura videbãt.

¶ Quidam rogauit dominum quid faciendo vitam poſſideret. cap. xxii.

e 7 Hæc ſuper aduentu cum dicta borrẽda moneret e 3

e 9 Ore puer: prima ſignis intonſa iuuenta

e ii Diues opum ſtudijs florens & nobilis ortu g 4.

e 7 Quinq; greges illi ballantum & bina redibant

Armenta & dapidus menſas onerabat opimis g 4.

e 6 Continuo alacris palmas vtraſq; tetendit e 6.

e i Et genua amplectens: ſic ore affatus amico eſt. e 3.

g 4 O deus o fame merito pars maxime noſtre

e i Ad te confugio & ſupplex tua numina poſco

e 6 Omnia perfeci iuſſa atq; animo mecũ ante peregi

Eripe me bis inuite malis quid deniq; reſtat e xii.

e 3 Quod ve ſequens tantos poſſim ſufferre labores

e 8 Accipe daq; fidem mibi iuſſa capeſcere fas eſt e i.

¶ Reſpondit ei dominus cap. xxiii.

e 6 Atq; buic reſponſa paucis ita reddidit beros

e xii O preſtans animi iuuenis aſſiſte precando e 8.

b x Nec te peniteat nihil tibi o amice relictum eſt e 6
e 7 Hoc etiam his addam tua mihi ſi certa voluntas
e 8 Diſce puer contempnere opes & te quoq; dignum
Finge deo: & que ſit poteris cognoſcere virtus b 4.
e 6 Da dextram miſero: fratrem ne deſere frater: e x.
e 7 Si iungi hoſpicio properat coniunge volentem e 5.
g ii Caſta pudicitiam ſeruet domus: en age ſegnes e 4.
e iiii Rumpe moras: rebus veni non aſper egenis e viii.
e xi Dixerat hæc: ille in verbo veſtigia torſit e 3.
e i Triſtior: ora modis attollens palida miris e xi.
e xii Multa gemēs ſeſeq; oculis attolit et aufert e 4.

¶ Chriſtus inſedit aſello. Cap. xxiiii.

g i Tunc etiam tardi celeſtis herus aſelli
e ii Inſedit nimbo effulgens tum plurima circum e 5.
g iiii Matres atq; viri pueri velamina voto e 6.
Subiciunt: funemq; manu contingere gaudent e ii.
e xi Iamq; propinquabant portis templūq; vetuſtū e ii.
e 8 Antiquæ cedri centum ſublime colūpnis e ii.
e x Ingredit: magna medius comitante caterua e 5.

¶ Xp̄s. expulit flagello emētes & vendentes de templo: cap. xxv.

e 7 Horrendū ſiluis: hæc illis curia: templū e 7.
Hæc ſacre ſedis: miroq; honore colebāt e 4.
e i Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula tēplo
e 7 Horreſcit viſu ſubito inſonuitq; flagello e 5.
e xii Significatq; manu & magno ſimul intonat ore
e 7 Quæ ſcelerum facies quæ vecra micātia cerno e ii.
e 3 Cæſaris & nomen: & nomen inſania mutat e 3.
Hæc nobis prima ſedes: eſt hic tempore certo g 4.
e 7 Perpetuis ſoliti patrum conſidere menſis

e ii Obſtupuere omnes geliduſq; per oſſa cucurrit e 6.
Ima dolor:mēſaſq; metu liquere priores e 3.

¶Diſcipuli periclitantur in mari. Cap. xxvi.

e 3 Inde vbi præ fides pelago tranquilla per alta e ii.
e ii Deducunt ſocij naues atq; arte magiſter e 8.
Hic alius funda latum tranſueto erat amnem g i
Alta petens:pelagoq; alius trahit humida lina
Poſtquā altū tenuere rates:nec iam amplius velle e 3.
Occurrunt terre:crebris micat ignibus ether e i.
Erripiunt ſubito nubes cœlumq; diemq;
e 5 Conſurgunt venti & fluctus ad ſydera tollunt e 5.
At ſocijs ſubit gelidus formidine ſanguis e 3.
e 3 Diriguit:cecidere animi:cunctiq; repente e 1.
Portum expectabant flentes vox omnibus vna e 5.

Diſcipuli clamant adiuua nos perimus

Spemq; metūq; inter dubij ſeu viuere credat e i.
e i Siue extrema pati læti diſcrimine paruo. e 3.
Qualia multa mari naute ponuntur in alto. e 7.

¶Chriſtus ambulans ſuper mari imperat ventis. cap. xxvii.

Ecce deus magno miſeri murmure pontum e i
e i Emiſſamq; hyemem ſentit cui ſumma poteſtas e x
e 5 Par leuibus ventis: & fluminis otior vndis e 6
Prima petit maria & pelago decurrit aperto
e 3 Nec longo diſtat curſu pereunte carina e 5
e x Agnoſcunt longe regem dextramq; potentem e 7
e 3 Nudati ſocij & magno clamore ſalutant
Poſtquam altos tetigit fluctus & ad æquora venit

Hic vero horrendum ac viſu mirabile ferre e 7.
e 5 Subſidunt vnde: ramo vt luctamē id eſſet e 8.
e i Collectasq; fugat nubes graditurq; per æquor e 3.
Iam medium: nec dum latera ardua corpore tangit
At media ſocios incedens naue per ipſos e i.
Ecce gubernaculū rector ſubit ipſe magiſter
e 5 Intremuit malus: gemuit ſub pondere cimba e 6.
e 4 Vella cadunt pupiq; deus conſcendit in alta e 5.
Et tandem leti naute: auertuntur harenæ e 9.

¶ De cæna domini. Cap. xxviii.

e 6 Deuexo interea prior ſit veſper olimpo
e i Tunc victu reuocant vires fuſiq; per herbam
Et dapibus menſas onerant & pocula ponunt

¶ Chriſtus tradidit corpus & ſanguinem diſcipulis: ad ſacramenti myſterium. Cap. xxix.

e i Poſtquam prima quies epulis: menſæq; remotæ
e ii Ipſe inter primos genitor inſtaurat honores
e xii Suſpiciens cœlum. tunc facta ſilentia linguis e i.
e xii Dant manibus fruges: dulceſq; et fortib⁹ vndis g ii.
e i Impleuitq; mero patheram rituſq; ſacrorum e xij.
e x Edoar immiſcetq; preces: ac talia fatur e xii.

¶ Chriſtus predicat apoſtolis.

e 3 Audite o proceres: & ſpes vt diſcite veſtras
e 5 Nemo ex hoc numero: mihi non donatus abibit
Promiſſiſq; patris: veſtra inquit munera vobis
Certa manēt pueri: & palmā mouet ordīe nemo e 5.

¶ Chriſtus pronuntiat paſſionem ſuam apoſtolis cap. xxx.

e 8 Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet e 8.

e 5 Vnus erit tantum in me exitiumq; meorum g i.
e 3 Dum medium pati ſe offert de corpore noſtro e i.
e 5 Namq; dies ni fallor adeſt ſeducite curas e x.
e 4 Mecum erit iſte labor: nec me ſententia fallit e x.
e 5 Vnum pro multis dabitur caput: hæc ita fatus e 6.
Conticuit ſe iamq; dedit per membra quietē e 8.

¶ Fugiunt apoſtoli Cap. xxxi.

Diffugiunt comites: & nocte tegūtur opaca e 4.
Multaq; dura ſuo triſtici cum corde volutant e 8.
e viii Quid faciant herent infixi pectore vultus e 4.
Verbaq; nec placidum membris dat cura quietem.

¶ Conqueritur petrus cum ſocijs. Capi. xxxij.

Tunc ſenior tales referebat pectore voces. e 5:
e 6 Multa putans vbi nunc nobis deus ille magiſter e 5.
Quē ſequimur? quo ve ire iubes vbi ponere ſedes e 3.
e x O dolor atq; decus tantarum gloria rerum e 4.
e ii Iam iam nulla mora eſt & nos rape in oīa tecū e ii.
Optamus teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro e 6.

¶ Tumultus fit in iudeis. Cap. 33.

e 4 Occeanum interea ſurgens aurora reliquit
e 8 Iamq; ſacerdotes: late loca queſtibus implent g 4.
Cū pplō & prīb⁹ ferturq; p agmina murmur g 4.
e i Qd' gen⁹ hoc hoīm q ve hūc tā barbara morē. e xii.
Permittit patria? pœnas cum ſanguine poſcunt
e ii Vndiq; collecti: & magno clamore ſequuntur e ii.
Inſontem ſæuitq; animis ignobile vulgus e 9.

¶ Xp̄s hora ſexta illuditur & ductus eſt vt cruci-figatur. capitu. 34.

e 4 Sol medium cœli conſcēderat igneus orbem e x
e 9 Tunc ſubito accurri omnes populoſq́ patreſq́
Expoſcunt: fariq́ iubent: quo ſanguine crenis
e xii Quid ve petat: q̄d ve ipſe ferat prædamq́ tuētes e 3
Facta viri man⁹ dolor & ſtupor vrget in bertes e x
Neſcia mens hominum certant illudere capto e ii.
e 4 Tunc vero captis concurrunt vndiq́ tœlis
e xii Tollitur in cœlum clamor cunctiq́ repente e i.
e ii Corripuere ſacram effigiem: manibuſq́ cruentis
e xi Ingentem quercum diciſis vndiq́ ramis
e 6 Conſtitunt ſpiniſq́ ligant ingentibus illum e ii.
e 6 Tendebantq́ manū pedibus per mutua nexis e 7.
e 6 Triſte miniſteriū ſequit̃ quos cerera proles e 5.
Anſi omnes immane nefas auſoq́ potiti e 6.

¶ Chriſtus alloquitur iudeos

e x Ille autē impauidus quo vincula nectitis inquit b 6.
Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri e i.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis
e ii Talia perſtabat memorans: fixuſq́ manebat

¶ Fit teremotus & ſol obſcuratur. Cap. 35

e ii Interea magno miſceri murmure cœlum e i.
Incipit: & rebus nox abſtulit atra colorem e 6.
Impiaq́ eternam timuerunt ſecula noctem g i
g i Terra tremit fugiere feræ & mortalia corda
Pergentes humiles ſtrauit pauor: inde repente e 8.
e 9 Dat tellus gemitum: & cœlū tonat oē fragore e 9.

❡Chriſtus deſcendit ad limbum
& extrahit animas. Cap. 36.

e xi Extemplo comites herebi de ſedibus imis g 4
g 4 Vmbre ibant tenues:tellus quoq; et equora pōti g i
Signa dabant:ſiſtunt amnes terreq; dehiſcūt
Quin ipſæ ſtupuere domus:atq; intima læti g 4
Tartaraq; & vmbroſe penit⁹ patuere cauernæ e ix
g i Sol quoq; exoriens:cuncti ſe ſcire fatentur e xi.
Tunc caput obſcura nitidum ferugine tinxit g i.

❡Chriſtus tertia die reſurrexit. Cap. 37.

e xi Hoſq; inter motus media inter talia verba e xii.
e x Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram
g 4 Iamq; pedem referens ſuperas veniebat ad horas
e ii Cum ſubito ante oculos ingenti mole ſepulchrū e 6
e xi Corp⁹ vbi exanimum poſitū nec clauſtra nec ipē e ii.
e ii Cuſtodes ſufferre valent auulſaq; ſaxis e ii.
e ii Saxa vident:laxis laterum compagibus arctis
e 9 Fit ſonus ingenti concuſſa eſt pondere tellus
e ii Horror vbiq; animum ſimul ipſa ſilentia terent

❡Floribus clauſis apparuit
chriſtus apoſtolis. Cap. 38.

e 8 Ecce autem primi voluunt cum culmine cantus
e 7 Ingreditur linquens antrum ſpoliiſq; ſuperbus e 8
Ibat ouans pulſaq; pedum premit excita tellus
e ii Vulneraq; illa gerens foribus ſeſe ingerit arctis
e ii Atq; hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum
e ii Inuenit admirans numerum cunctiſq; repente e i.
e i Improuiſus ait:coram quem queritis adſum
e 6 Vicit iter durum pietas & inuida virtus e 5
e 4 Præcipites vigilate viri timor omnis ab eſto e xi.

e xi Hi veſtri reditus expectatiq; triumphi
e xi Hæc mea regna fides: oterq; quaterq; beati e i.
e xi Quæ vobis quæ digna viri pro laudibus iſtis
e xi Præmia poſſe reor ſolui quæ digna paraui e 4.
Accipite ergo animis quæ vos a ſtirpe parentum e 3
Prima tulit tellus eadem vos vbere læto e i.
Accipiet renocate animum meſtumq; timorem
Mittite: & voſmet rebus ſeruate ſecundis

Chriſtus comendat pacem oſtendens vulnera dubitantibus de eo. Capitulo. 39.

e xi Quod ſupereſt leti bene geſtis ordine rebus
e x Pacem opate manu: pacem laudate ſedentes e xi
e xii Magnanimi pacis ſolum inuiolabile pignus
e 5 Et ſimul his dictis faciem oſtendebat & ora
e 6 Ora manuſq; ambas: populataq; tempora ferro

Gauiſi ſunt diſcipuli: viſo domino. Capitulo. 40.

e 5 Immiſcentq; manus manibus: gaudentq; videntes
e 6 Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat vſq; morari
Et conferre gradum et dextræ coniūgere dextrā e 8

Aſcendit ad cœlos vidētibus diſcipulis Capitulo 41.

e 6 His demum exactis: ſpirantes dimouet vmbras e 6.
e 9 Aera per tenerum cœlo quæ inuectus aperto e i.
e 4 Mortales viſus medio in ſermone reliquit
e i Infert ſe ſceptus nebula mirabile dictu
e 7 Atq; illum ſolio ſtellantis gloria cœli
Accipit eternum que tenet per ſecula nomen

Probe falconie vatis clariſſ. cẽtone Capitulorum Tabula.

Centones Capitulo.i.
Inuocatio altiſſimi. Cap. ij.
Propoſitio tractandorũ.ca.iij.
Deprecatio ad deũ. Cap.iiij.
De miſterijs teſtamẽti veteris
De creatione mundi. Cap.v.
De diuiſiõe lucis a teneb.c.vi.
De quattuor tpirꝫ anni.ca.vij.
De prima die. Cap.viij.
De ſecunda die. Cap.ix.
De tertia die. Cap.x.
De quarta die. cap.xi.
De quinta & ſexta die. ca.xij.
De formatione Ade.Cap.xiij.
De creatione Eue. Cap.xiiij.
De bñdictiõe bois adeo.ca.xv
De probibitiõe ligni. cap.xvi.
De deſcret.delitiarũ pad.c.xvij
De tẽtata.fcã p ſerpẽ.ca.xviij.
De ſeductiõe eue p ſerpẽ.c.xix
De comeſtiõe pomi p euã.c.xx
De ſedutiõe Ade ab eua.c.xxi.
Qualiter ſe vidẽt nudos.c.xxij
Qd volebãt ſe abſcõ.ca.xxiij.
De increpatione eis facta a domino. Cap. xxiiij.
De excuſatione Ade. cap.xxv.
De maledict.ſerpẽtis.ca.xxvi.
De maledictiõe Ade.ca. xxvij.
De maledictione eue.ca.xxviij.
De expulſione eorum de paradiſo. Capi.xxix.
De natuuit.Abel et caym.c.30
De occiſiõe Abel a caym.c.31.
Multa mala fiunt in mundo ꝓpter auaritiã et ĩuidiã.c.32.
De diluuio. Cap. 33.
Noe ſaluatus eſt. cap.34.
De pharaõe & pplo dei.c.35
De miſterijs noui teſtamẽti.
De incarnatione filij dei.ca. i.
De natiuitate. cap.2.
De magis offerentibus et ſtella eorum duce. cap.3.
De turbatiõe berodis reg.c.4.
De occiſiõe puerorũ. cap.5.
De fuga.d.marie cũ filio.c.6.
De diſputatione pueri in templo in medio ſeniorũ. cap.7.
Oẽs mirãt̃ de ſapĩa xp̃i. ca.8.
Teſtimonium iobannis de aduentu chriſti. cap.9.
De baptiſmo chriſti. cap.x.
De baptiſmo multorũ. cap.11.
De voce audita de cœlo. c.12.
Xp̃s loquit̃ de pa.re. cap.13.
Oẽs gaudẽt de aduẽ.xp̃i.c.14.
De tẽtatio.xp̃i a diablo.ca.15.
De reſponſione chriſti ad tẽtatorem. Cap. 19.
De fuga diaboli Cap. 17.
De electiõe diſcipulorũ. c.18.

De prædicatiõe: ad diſcipulos & turbas de regno & contẽptu diuitiarum. cap. 19.
De alia prædicatiõe ne colant idola. Cap. xx.
De alia prædicatione de iudicio venturo. Cap. 21.
De quodam qui rogauit dominum: vt quid faciendo vitam eternam poſſideret. Cap. 22.
De reſponſione & facta per chriſtum. Cap. 23.
De ſeſſiõe xp̃i ſup aſellũ. ca. 24.
De expulſione ementium & vẽdentium de tẽplo. cap. 25.
De diſcipulis in mari periclitãtibus. Cap. 26.
De chriſto ambulante ſuper aquas Cap. 27.
De cena xp̃i cũ diſcipu. c. 28.
De cõione diſcipulo. cap. 29
De pnunciatione paſſiõis ſue Capitulo. 30.
De tractatiõe eius mortis per iudeos. Cap. 31.
De fuga diſcipulorũ. ca. 32.
De conqueſtione petri ad cõdiſcipulos ca. 33.
Sexta hora duci ad cru. c. 34.
De teremotu & obſcuratione ſolis. Cap. 35.
De ſpoliatione limbi cap. 35.
De reſurrectione xp̃i. cap. 36.
Quod foribus clauſis apparuit apoſtolis cap. 37.
Pacẽ comendauit. cap. 38.
De aſcenſione domini. ca. 39.

Impreſſum. In Florentiſſima Lugdunẽſi Ciuitate.
Solertia. Stephani de Baſignana. Gorgoni Car
melite. Doctoris. Theologi. In officina.
Bernardi Leſcuyer. Regnante. victo-
rioſiſſimo Franciſco Francorum
Rege. Chriſtianũ orbem
Moderãte Leone deci-
mo. Animarum tu-
tiſſimo Me
dico.
1516.


·FATORVM·IMPERIO·
·S·
·B·
·GORGONIVS·HEROS·

80-320
L. Witten
June 1980

Rio 1784

A516
B222a